

82

~~22.28~~

~~15~~



NAME	University
DATE	0
REMARKS	9
TOTAL	6 1/2

HOSPITAL
CANADA

A
11
394



50



per la compagnia de' Gesu di Granada D. D.

DIVI

ANTONII

DE PADVA

MINORITAE B-8776


Sermones Dominicales Moralissimi

Super Evangelia totius anni.

Adiectis in fine tribus Sermonibus, in gratiam eorum, qui
iuxta Evangelia Missalis reformati concionantur.

PER F. RAFFAELEM MAFFAEVM
Venetum Theologum Serruorum.

CVM DVPLICI INDICE.



CVM PRIVILEGIO.

VENETIIS, M D LXXIII.

Apud Ioan. Antonium Bertanum.

i MS 65076

AMPLISSIMO
A L O Y S I O
M I C H A E L I O
P A T R I C I O V E N E T O
A R C H Y E P I S C O P O
S P A L A T E N S I .

Ioannes Antonius Bertanus .S.D.




*VM inter multa, ac varia
(REVERENDISSI-
ME DOMINE) quæ ty-
pis meis in gratiam studio-
rum, & piorum hominum im-
primerè conor, Hos eminentissimos DI-
VI ANTONII (qui de Padua dici-
tur) Sermones, accuratius quàm potui, im-
primendos curauerim; cui potius (ut moris
est) dicarem, nemo occurrit, quàm tibi (An-
tistes optime) qui literarum, ac literatorum
es præsidium, & qui me, & alios sæpehorta-
tus es, ut multa quæ uetustate in Biblio-
a 2 thecis*

thecis non reperiuntur, ad communem studio-
rum utilitatem imprimerentur. Quod
& feci, & tibi optimo Antistiti dicaui Mu-
nusculum igitur hoc, ea frontis hilaritate
qua soles, & animo lato excipies, atque
BERTANVM tuum, inter eos ascri-
ptum, qui te colunt, ac venerantur, solita
benignitate foue, ac tuere. Venetijs.
11. Kalen. Octobris M D LXXIII.

F. RAFFAEL
MAFFAEVS
VENETVS

THEOLOGVS SERVITA
ERVDITO LECTORI. S.



ABES (Candide Lector) quod ab
eruditissimis, optimisque uiris, quam
diutissime desiderabatur, scilicet Ser-
mones in Euangelia, quae dominicis die-
bus in Ecclesia proponuntur, Sanctissi-
mi Antonij de Padua, olim in Cenobio
Fratrum Minorum, apud Montes Annoniae repertos, om-
ni errore scriptorum expurgatos, & sua per nos integra-
ti restitutos, atque per IOANNEM ANTONIVM
BERTANVM, quam diligentissime excussos. In qui-
bus, nullum inuenies sermonem, in quo Euangelium ip-
sum, non morali, & allegorica, atque eruditissima expo-
sitione, & biblica historia, praesertim concurrentis Domi-
nica locupletetur: Nec mirum, cum in hoc Beatissimo ui-
ro, vapor quidam virtutis Dei extiterit, ut quicquid do-
cuerit, & scripserit, tanquam ex ore altissimi proditum
sit, neminem dubitare existimem. Qua de re, tantam lau-
dem, & excelsam gloriam in Ecclesia, apud viros pios,
& eruditos est semper consecutus, ut a Summo Romano-
rum Pontifice, Arca utriusque testamenti, & Diuinae
Theologiae Sacrarium, miro celebraretur praecomio. Quod

6 3 tibi

tibi probatum iri non dubito, si conciones eminentissimas (vel hoc Sermones) eleganti quidem, & Diuino artificio elaboratas, ac Paduæ habitas spectes. In quibus Pium hominem eruditè cognosces, & Studijs Christianorum optimis apprimè deditum. Nam panem tantummodo scripturarum utriusque testamenti paruulis in Christo frangit, Christi testimonium solum annunciat, nihil aliud quam IESVM CHRISTVM, & hunc crucifixum cum Paulo Diuini verbi concionatore se scire profitetur, eos potissimum declamatores detestans, qui Euangelij puritatem stomachantes, nec Christum, nec Christi Euangelium, sed Platonem, uel Aristotelem, Demosthenem, seu Ciceronem, Homerum, aut Virgilium, ceterosque similes docent, prædicant, & in testimonium aduocant. Vultque nos ad Christum, non ad Ethnicos accedere, quorum iugum suo pondere oneratos, ad inferna deprimit. Iugum verò Christi, sua leuitate, & cælesti quadam agilitate, ad cælum extollit. Est itaque quod gaudeas, te in hos Sermones incidisse, In quibus expressa Redemptoris nostri effigies, & vera Dei imago relucet, His mortifera, & detestabilis, quæ pervertere nititur ueritatem, humanæ Philosophiæ arguta detestatur, & Christi Doctrina lucidius exponitur, & declaratur, nihilque quòd ad benè beateque uiuendum nobis intentatum reliquit, quoniam per hunc intonuit Dominus de cælo, & altissimus dedit uocem suam. Cuius uitæ Sanctitas, Sanctitatisque euidentis persuasio, & miraculorum operatio tanta extitit, ut quemadmodum innumeros ad salutiferam pœnitentiam adduxerit, ita eiusdem scriptis, legentium mens uegetatur, omnium animus grauioribus exiit cu-

vis,

ris, & delitijs inenarrabilibus refouetur. Affert sanè Diuinus iste præco, materiam eruditam, luculentam, eminentissimam, qua nulla est utilior, sanctior, securior, aut augustior disciplina. Sunt lucidissima paraphrasès, acutissima interpretationes, annotationes uigilantissime, opera elegantia, pulchra, valida, ampla, figurata, sæpe Euangelij Epistolas concordantia, & cum maxima Auctoris laude diffusa. Nunc attollitur, nunc residet, excelsa depressis, exilia plenis, iucunda saueris, mutat: multum in eo sanguinis, multum industria, multum interdum indignationis. Inest ei oratio materiæ & tempori semper accommodata, nec satira ieiunè, nec grandia minutè pertrahat, sed (quòd Cicero in oratore plurimum cupit) habet ipsis semper rebus parem, & æqualem orationem, siue de diuinis, siue de humanis disserat, siue ut auditores erigat, siue ut impellat, siue ut doceat, siue ut deterreat, siue ut concitet, aut incendat, semper uel ut riuus deriuat, adest ei affluens rerum materia & oratio, & quocumque ingreditur, non tanquam scriptor, sed concionabundo similis, eodem est instructu, ornatuque comitatus. Est denique (ut uo uerbo concludam) de concionatoris arte, secundum omnia benemeritus, cum habuerit semper prudentiæ oculos, libram iustitiæ, fortitudinis sedem, regulam temperantiæ, honestatis exemplar, charitatis splendorem, omniumque gratiarum fontem, ita ut Diuini uerbi Præcones habeant deinceps, uirum sanè nemini secundum, quem ueluti Enchiridion in manibus continenter habere possint. Ex quo tantam utilitatem capient, ut nullam aliam fructuosiore animabus fidelium erudiendis, deque rebus diuinis informandis existimem, nec opportuniorem.

44 Quod

Quod tu, si tanti facies, quanti ego semper iudicavi facien-
dum esse, pulchrè facies, & sapienter declamabis (quan-
do tibi opus fuerit) eam Diuini uerbi doctrinam, quam
Chrysostomus, Magnus ille Basilus, & Gregorius Na-
zianzenus in Græcia; Ciprianus, & Augustinus in Af-
frica, Hylarius & Irenæus in Gallia, Isidorus & Iephō-
sus in Hispania, Ambrosius, Petrus Martyr, Bernardi-
nus, Nicolaus Tolentinas, Philippus Florentinus, An-
tonius de Padua, & alij legitimi Christi prædicatores in
Italia docuerunt, nempe ueram Christi, Apostolorum, &
Sanctorum Patrum Doctrinam, a Sancta Romana Ecclē-
sia receptam, & approbatam. Ex quibus omnibus, non so-
lum animam appuli ad hos Sermones recognoscēdos, tabu-
lisq; & indicibus illustrandos, Verum etiā, TRES MEAS
CONCIONES in calce addere statui. Primum, ut hoc
opus in posterum esset vsui, & ornamento concionatori-
bus, qui secundum vsum Missalis Romani ex decreto Sa-
cri Concilij Tridentini, Sub Pio, V. Pont. Maximo
reformati, prædicant, & docent. Deinde, ut hisdem om-
nibus testatum facerem (sicuti in alijs meis operibus)
quam fidem ego (qui etiam concionatoris munere inter-
dum uarijs in Italia Ecclesijs functus sum) quamque do-
ctrinam corde crediderim, & ore confessus fuerim constan-
tissimè. Nihil enim charius, aut antiquius, hoc nostro
tam corrupto, ac maligno sæculo, Theologis esse debet,
quam præclarum aliquod suæ fidei, atque religionis publi-
cum testimonium adere, quo præsentis & posterij intel-
ligant, eos uera fide, & sincera charitate Ecclesiam coluis-
se Catholicam, & eiusdem ueneratos fuisse doctri-
nam, fuisseque detestatum illud fermentum Luthe-
ri,

ri, non modo hæretici hominis, sed omnium iniquis-
simi, mordacissimique, quo ferè totam Catholicæ Ecclesiæ
massam deformare, conculcare, atque corrumpere conatus
est, quemadmodum nihil est, quod Christianæ Reipublicæ
magis officiat, quod Christum magis offendat, quod re-
ctum uiuendi cultum magis auferat, perturbet omnia, &
ad internicionem deducat, quam hæresis. Inde Hæreti-
cum (idest suæ sententiæ in re pia & contra catholicam ue-
ritate ueritatem) tanquam pestem euitandum Diuus
Paulus iubet. Hæc ratio tantum apud me ualuit semper,
ut nihil ab hoc negotio exequendo, me reuocare potue-
rit. Quin tam laudatum officium Ecclesiæ præstarem. In
quo si quid est, quod pijs, & eruditis auribus satisfaciat,
id totum Deo Optimo Maximo tribuendum, qui iustissi-
mus est bonorum omnium distributor. Boni itaq; consule
(optime Lector) & hos Sermones commendatos habe.

I N D E X
**EORVM QVAE PRAECI-
 PVA IN SERMONIBVS D. ANTO-
 NII DE PADVA HABENTVR.**



<p>A</p> <p>el ouium pastor Christi figura 226</p> <p>Abel luctus inter terpretatur 82</p> <p>Abies præceteris arboribus se extollit 7</p> <p>Abigail uxor David, anima pœ nitens 319</p> <p>Abimelech, desiderium dominæ di significat 468</p> <p>Ab illicitis abstinendum 590</p> <p>Abigail anima conuersa 244</p> <p>Abominationes, quatuor 568</p> <p>Abalon pax patris interpreta- tur 113</p> <p>Abstinencia gulæ ardorem, & uitiorum refrigerat 19</p> <p>Abraham penitentem denotat 74</p> <p>Abortum facere 154</p> <p>Abyssus multi 526</p> <p>Aeternum tria habet 597</p> <p>Accessus securus hominis apud Deum 5</p> <p>Accipitris natura, uiro iusto cõ ueniens 116</p> <p>Actiones primi Aduetus Chri- sti 25</p>	<p>Actiui hominis studium 102</p> <p>Achias quæstio uitæ dictus con- scientia reclamans est 393</p> <p>Accubare in terminis, & nõ in ter terminos 39</p> <p>Acus duæ partes 266</p> <p>Adam tentauit dominum 114</p> <p>Adæ peccatum triplex 113</p> <p>Adæ filij Miseria 191</p> <p>Adam tribus lanceis fuit inter- fectus 113</p> <p>Ad cor altum accedere 503</p> <p>Aduentus Domini fœlicitas. 603</p> <p>Ad cœnam intrare, qui compel- luntur 32</p> <p>Ad patrem Apostrophe 279</p> <p>Ad descensum exhortatio 54</p> <p>Adonidem plangere 570</p> <p>Ad scribendum tria sunt necessa- ria 224</p> <p>Aduetus Christi quadruplex 1</p> <p>Aduentus secundus dicitur dex- tera 24</p> <p>Aduentus Domini primus dicitur sinistra 24</p> <p>Adonia a Salomon interfectus 372.175</p> <p>Ad monumentum ire est mona- sterium ingredi 212</p> <p>adulationis damnum describi tur</p>
---	---

I N D E X.

<p>tur. 276</p> <p>aduentus qui 251</p> <p>adulterium unde dicitur 98</p> <p>aer matutinus 531</p> <p>aer falsi religiosi. 247</p> <p>affectus carnalis, Pilatus dicitur tur 108</p> <p>afflictio malorum, est gaudia bonorum uidere 317</p> <p>agar uoluptatē significat. 169</p> <p>ager est ecclesia 98</p> <p>ager mundus 470</p> <p>alchimus simoniacum figurat. 534</p> <p>alleluia, i. laus Dei 48</p> <p>alienigena tria fecit. 487</p> <p>aluearium iustorum 172</p> <p>altare reedificat Helias 372</p> <p>altare per montē Tabor signifi- catum 364</p> <p>alta re aureum. 140</p> <p>altare incensi, mentis compun- ctio 295</p> <p>altare quadruplex 377</p> <p>altitia occisa 555</p> <p>amaritudo duplex. 94</p> <p>amalech lingentes sanguinē in- terpretatur 173</p> <p>amasa proximi charitatem si- gnificat 335</p> <p>Amen quid importet 190</p> <p>amicus quasi animi custos. 410</p> <p>amicitiæ descriptio. 410</p> <p>amigdalus ante alias arbores floret 410</p> <p>amores uiri iusti tres. 478</p> <p>amor Dei dulcis 278</p>	<p>amphora uini tres mēsuras ha- bet 321</p> <p>amor dominandi in sacerdote 268</p> <p>amethystus lapis præciosus 477</p> <p>anathema in medio israel 417</p> <p>anna gratia mea interpreta- tur 320</p> <p>anchora nauis 356</p> <p>annæ clamor 499</p> <p>angelum, in dextris sedere 223</p> <p>angelus Domini pro gratia spi- ritus sancti accipitur 276</p> <p>angelus, gratiam spiritus sancti significat 212</p> <p>angelorum nouē ordines 564</p> <p>angeli dicuntur montes 10</p> <p>angelorum nomina animali ap- pellata 588</p> <p>angeli Loth significatio 450</p> <p>anhelitus cur fetidus 300</p> <p>animus multis curis laceratur. 303</p> <p>anni sterilitatis 176</p> <p>anni quatuor tempora 536</p> <p>anima nostra dicitur uinea. 86</p> <p>anima pœnitens, parturientis gerit figuram 261</p> <p>anima tribus, & corpus qua- tuor dotibus glorificabitur 93</p> <p>animæ splendor 137</p> <p>animæ uestimentum 135</p> <p>anima duos pedes habet 606</p> <p>anima quomodo impinguatur 55</p> <p>anima fidelis mulier est, am- ta</p>
---	--

I N D E X.

Et Sole	243	491	
animæ conceptio, & partus	299	animæ conceptio, & partus	84
animæ destructio describitur	74	animæ destructio describitur	67
anima quæ sit	460	anima quæ sit	398
animæ uis, & energia	286	animæ uis, & energia	516
animæ triplex status in Hieru- salem designatur	413	animæ triplex status in Hieru- salem designatur	496
anima uineę comparatur	84	anima uineę comparatur	7
animę sex uirtutes	85	animę sex uirtutes	512
animi lapsus	535	animi lapsus	120
animæ precium Christus.	243	animæ precium Christus.	256
anima cur puella dicatur,	603	anima cur puella dicatur,	594
anima rectè loqui debet.	174	anima rectè loqui debet.	102
animæ spiritualis reedificatio	75	animæ spiritualis reedificatio	263
animæ quatuor uirtutes	125	animæ quatuor uirtutes	519
anima quando sub sole, & quã do super iohem	414	anima quando sub sole, & quã do super iohem	520
anima ante baptismum est si- tiens	15	anima ante baptismum est si- tiens	423
anima spiritualiter parturiens	257	anima spiritualiter parturiens	331
animæ nostræ sponfus	58	animæ nostræ sponfus	331
Anima ad instar Lazari mendicis	313	Anima ad instar Lazari mendicis	383
anima mortua	600	anima mortua	270
anima peccatrix, est filia ma- ris	88	anima peccatrix, est filia ma- ris	99
animæ medicamenta	491	animæ medicamenta	47
animæ uirginitas fides	277	animæ uirginitas fides	
animæ uexatio	150	animæ uexatio	
anima duas habet partes.		anima duas habet partes.	

Apo-

I N D E X

Apostoli decem uirtutibus ex- colluntur.	441	Apostoli decem uirtutibus ex- colluntur.	424
Apostoli, palmę fuerunt	201	Apostoli, palmę fuerunt	396
Apostoli, Saphyro comparan- tur	48	Apostoli, Saphyro comparan- tur	40
Apostoli columnę	369	Apostoli columnę	140
Apostoli dicuntur colles	10	Apostoli dicuntur colles	94
Approinquantes ad Iesum.	332	Approinquantes ad Iesum.	285
Apum differentia	174	Apum differentia	604
Apes nigri coloris pœnitentes significant	174	Apes nigri coloris pœnitentes significant	234
Apum operationes, Spiritui- sancto sunt appropriatę.	209	Apum operationes, Spiritui- sancto sunt appropriatę.	64
Aqua de petra exire	217	Aqua de petra exire	160
Aqua odore, colore, & sapore caret	61	Aqua odore, colore, & sapore caret	190
Aquę Marath.	46	Aquę Marath.	543
Aquę multę populi, & gentes.	94	Aquę multę populi, & gentes.	164
Aqua diuitias significat	307	Aqua diuitias significat	22
aqua spiritualis, quę in uinũ	64	aqua spiritualis, quę in uinũ	22
Aquis niuis	241	Aquis niuis	22
Aquę transeantes sunt homi- nes in mortem defluentes.	181	Aquę transeantes sunt homi- nes in mortem defluentes.	9
Aqua gratię infusio.	473	Aqua gratię infusio.	469
Aquę ductus	439	Aquę ductus	469
Aquila	477.478	Aquila	159
Aquila uir iustus	119	Aquila uir iustus	162
Aquilę spiritualis alę	115	Aquilę spiritualis alę	469
Aquilę, superbus comparatur	104	Aquilę, superbus comparatur	606
Aaron interpretatio significa- tio	133	Aaron interpretatio significa- tio	130
Arabia, mens iustorum signifi- cat	118	Arabia, mens iustorum signifi- cat	118

meli

I N D E X.

melli	365	aurora initium diei, & finis no-	
Ascensus mentis	544	ctis	86
Assistentia Christi utilis	186	asini nitentes qui	68
Astutia serpentis	509	asinus, quasi alta sinens	41
Aspera sunt fortium corda	34	asinam ad uitrem, & pullum al-	
aspis furda	592	ligare	491
assimilatur palmæ	ibid.	asinus	528
assueri pietas erga Hester regi-		atrium, ostium, medium, & ora-	
nam, & Christi erga ui-		culum templi	386
duam Naym	510	atrium diaboli mundus	161
Asina alligata cum pullo	199	azael diabolum significat	392
Asina Balaam cui assimiletur	200		
		B	
avaritia amphora dicitur	595.		
	604	B Balsamus, & eius natura	
Auarus surdus	18	542	
auari miseria	526	Balsami uirtus	543
auari natura	129	Babylonis fornax	585
aues sunt pij homines	172	Basis solida	457
aues infirmi liberatrix	153	Bellum tertium Dauid	265
auis quæ struthio dicitur	194	Bella tria	559
auertoritas absoluendi pecca-		Benadab luciferum significat	
tozem sacerdotibus collata	222	381	
		Beniamin filius dexteræ	239
auricalchi significatio	232	Beniamin interpretatio	136
audax est habens cor mediocre	120	Bersabæ interpretatio	141
		Bethel domus Dei dicitur	74
augustini Regula quæ doceat	113	Bestiarum septem genera	119
		Bestiæ Iudæi	118
auris dicta, eo quod auidè ra-		Binarius numerus	606
piat	18	Bis custos, & bis dominus deus	
auris bona	301	dicitur	400
auris quæ, & quomodo forma	300	Bis spiritum sanctum post re-	
ta		surrectionem Christi rece-	
auster est uentus calidus	286	perunt Apostoli	ibid.
austrum infortunium	41	Bona negotiatio	125
aurum bona conscientia	573	Bonum descendere	572
		Bonum	

I N D E X.

Bonum summum non potest	140	cadere in faciem	487
non amari	136	calamus doctrinæ mensuram	
bona quæ peccator dissipat	404	designat	387
bona Hierusalem	414	candelabrum ornatum	550
Boni plorant, in ærumnis hu-		candelabri rami sex	550
ius sæculi	248	carnales sensus sunt fratres	
bonorum triplex est status	33	malorum, bonorum autem	
Booz, Christum significat	243	serui	319
boues septem pulchræ, Dona		cathena iustorum	565
Spiritus sancti significant.	175	capitis ornamenta	518
		cathenæ malæ operationis	171
breuis & utilis confessionis for-		castellum contrarium	198
ma	159	canticum actus mūdanzæ scien-	
Bos cornupeta carnalis appe-		tiæ	229
titus	371	carcer mundus est	585
boues uendere	421	castor animal continens	494
bosra interpretatur munita.	13	castellum ex muro, & turre cō-	
		stat	198
bosra interpretatur inimica.	251	Castrare propter regnum cœ-	
Butyro pedes lauare	461	lorum quid	74
		caro serua uiri iusti	72
C		capharnaum ager pinguis	508
C Ados est amphora tres ur-		causa	575
nas continens	406	cautio a cauendo dicta	408
Cades interpretatio	376	cauti esse debent omnes cōtra	
Charitas in quatuor consistit	581. 589	hypocritas	391
charitas lata	79	Cauda hostiæ sacrificij perue-	
charitas signaculum Dei	295	uerantia	92
Charitatis initium & progres-		capilli ex longa infirmitate, &	
sus	549	senectute defluere iob. 13	
calculus est lapillus terræ ad		Caro hominis sicut uitulum.	
mixtus	453	58	
candelabri templi ornamenta		carmen lugubre	603
		cathena iustorum quam docuit	
		Salomon	350
		classis Salomonis	356
		Calcia-	

I N D E X.

Calciamenta , opera mortua sunt	177	ceruorum aures	
Chamare ad Baal quid fit.	165	Cerethei	71
	371	Chanaam negociator	237
Claudus est, qui clausus incidit	17	chanaam interpretatio	127
Cæcus mendicus quatuor præs- tit	107	chana zelus interpretatur	56
clerici, pulli dicuntur	199	chermel cognitio circuncisio- nis interpretatur	20
cæcus laodiciæ collyrio illumi- natus	110	clamare ad Dominum ex Seir quid	400
cæcus a natiuitate qui	103	Ciuitates quinque ex terra Ae- gypti	168
cæci sunt Religiosi, & clerici	17	ciuitas solis	168
		cilicium & cinis	415
cæci, alij uidentes multa & sibi nulla	17	ciuitas contemnenda	89
Cedrus suo odore serpentes fu- gat	7	ciuitatis supernæ fœlicitas.	253
Cedar , mæror interpretatur	174	ciuitas solis, quæ sit	5
		ciuitates refugij	445
Cedri , serpentes fugiunt	68	cisterna sine aqua	157
coeli Angeli dicuntur	457	circulus aureus in naribus.	418
coelum , & infernus coarctatur	ibid.	circulus Raphaelis archangeli	265
ibid.		circuncisio spiritualis	528
coelorum uirtutes, quomodo commouebuntur	11	cithara	310
coenaculum spirituale	221	circulus in spiritualibus	264
Cæna pœnitentiæ, & gloriæ.	320	circulus in naribus Diaboli	364
		circulus, dicitur Christus.	264
Cœna Christi in Bethania.	195	cygnus cantando moriens est	
centenarius numerus perfe- ctionem significat	332	peccator pœnitens	156
centurionis fides	70	cipressus in altum se extollens	444
centurio, Asinus, cur dicatur	26	cogitationes, fontes abyssi.	307
cerua parit in uia trita, & cer-			

colo.

I N D E X.

Colores quos fingere non ua- lemus	587	consilium malum	598
Collyrium quo animæ oculi illu- minantur	111	concha mirine	530
Collyrium oculi Christus	430	compasio Christi	415
Confessio ad modum Citharæ	122	conuentus quinque	183
		conturbatio peccatoris	145
Confessionis uirtus	180	continentiam dominus requi- rit	21
confessionis effectus	40	cōtra hæreticos testimonium	192
confectio optima	254	contra Christi blasphemos ia- uehitur	191
confessio domus Dei dicitur	123	contra superbos reprehensio	433
confitentium duo genera	68	contritio uehemens	116
confessor tria facere debet.	66	contritionis uirtus	60. & 66
confessio hora tertia dicitur.	88	contritionis uis	224
confessione cautio danda	88	contritio dicitur spiritus	116
confessio porta coeli	124	corona, quasi capitis rota	242
confessio desertum dicitur.	116	cornua recuruata habere, quæ significant	165
confessio secreta esse debet.	117	cornua declinantia, quæ signi- ficant	ibid.
confitens in tribus se culpabi- lem fateri debet	89	cornua quatuor sunt, quatuor uitia	602
confessio quatuor assimilatur	563	corpus nostrum iumentum.	472
confessio singulis diebus esset necessaria	343	corpus nostrum plaustrum di- citur	285
confessionis effectus	60.66	corpus nostrum holocausti al- tare	379
contēplatio uelut tumulus	81	corporis glorificationis	232
contemplantium dominū læti- tia	454	corporis humani formatio	256
contemplatiuus tanquam auis	92	corpus humanum, ex quatuor elementis constat	109
conceptio, & partus animæ	259	corpus Christi terra dicitur	83
		corpus hominis, dicitur lu- na	b na

I N D E X.

corpus Christi mysticum, hoc tempore crucifigitur & occiditur	244	rit Christus creditus	193
cordis conditio	ibi.	curfus peccatoris	483
corporis pars superior, propter cor creatur	255	curfus ad potum	606
corporis quatuor dotes	93	cur quandoque a Domino laudatur	409
Cor mœrens quale	24	Curam aliorum habere, & sui obliuisci malum	498
cor primū ante cætera formatur	255.259	crescere quomodo oporteat.	503
cor est fons caloris, & principium sanguinis	252	crines ecclesiæ	390
cordis situs	458	Crines iumentū, quando ton- di debeant	473
cor inter mamillas positum.	459	crucis cœnaculum ascendit	340
cor inter caput, & pedes positum	24	Christus	340
cor quinque habet ministros	446	crux Christi, nauis dicitur	72
cor humanum, membrum diabolo aptissimum	161	crux uirga aurea	511
cor pœnitentis ad lateris similitudinem est propter quatuor	78	crux contradictionis signum,	43
cor prauum quando sit directum	34	crucifixum, qui spernit	204
cor Nabal quasi lapis	43	crucifixi malleator, ac pilatus	204
cupidus alter manasses	557	crux Christi, frænum dicitur	264
cupiditas terrenorum, fermentum dicitur	208	crux Christi armilla	ibid.
corui natura	253	crux Christi lignum densarum frondium	202
corus modijs triginta impletur	406	crucis longitudo	379
cubiti duo	541	Christus gigas	368
cubitus altar is	378	Christus herba fullonis	556
cur quinquaginta annorū fuerit	292	Christus dominus Deus	114
		Christus quæ ex diuinitate acciperit	60
		christus emptor animæ	292
		christus nos a quatuor liberat	292
		christi	

I N D E X.

Christi fortitudo.	112	nis.	743
Christus Ioannis discipulos quomodo confirmet.	16	christus sex alas ut seraphin habuit	451
Christus quomodo positus est, in ruinam.	41	crux christi desertum dicitur.	30
Christus sine peccato.	185	christus dicitur lux	80
christi humanitas laguncula.	30.	christus firmamentum dicitur	83
christus præliator.	25	christus terra dicitur	83
christus mons & collis humilitatis.	33	christus quotidie, a filijs lapidatur.	193
Christi humiliatio in primo aduentu.	33	christus rex	336
christus, vt rex sedet in porta.	331.	christus, est omne donum perfectum	267
christus alter Noe, ecclesiam ædificans.	96	christus facit sicut cucus.	
christus dicitur pax.	27	christi iter ad patrem ibid.	
christi Heliæus figura fuit.	76	christus spoliæ distributor.	164.
christum rogare quid aperiat.	35.	christi potentia quæ.	66
christus arbor.	ibid.	christi generationis eminentia	538.
christus caprea dictus.	374	christus similis filio hominis uestitur	22
christus est seminator.	95	christi & struthionis comparatio	195
christus a chrismate dictus.	601	christus unguendus est ex quo unguento	21
christus quomodo inuenitur.	39	christus Diabolo fortior	
christi humanitas terra dicitur.	105	christi funda humanitas, & lapis	162
christus apis.	556	christus uictor	162
christi manus.	449	christi de monte descensus.	
christi humilitas figulo comparata.	3	christus oppressorum præfatus.	65
christus oppressorum præfatus.	329	christi iter.	194
christus signum contradictio-		Christus omnem dubietatem	
		b 2 Thomæ	

I N D E X.

Thomæ, sicuti Saulo aufert	Christus tria in templo facie	224	53
Christus est sol	Christi maiestas in quo ostenditur	241	12
Christus est brachium domini	Christi nomina	25	451
Christus ut triticum, in cruce attritus	Christus piscis	176	490
Christus sepultus sexta sabba	Christi & Adæ, tentationis comparatio	213	114
Christus post resurrectionem decies apparuit	Christi Sapientia, triplici die boli tentationem superavit	213	114
Christus in cruce ubera sugit	Christus, quatuor in ecclesia, quotidie operatur	179	152
Christus nos in manibus propter tria deferri possit.	Christus nullus resistere potest, & cur	225	422
Christus Eclipsim passus est	Christus candor lucis æternæ	175	421
Christo, omnia præsentia.	Christus ad patrem sicut mulier ad virum pro filio orando, ut parcat.	226	283
Christus pastor	Christus columba, carens felle	226	337
Christus tria genera seminum seminavit	Christi Dormitio	95	77
Christus cur manus, pedes, & latus discipulis ostenderit.	Christus stare, secus stagnum	222	352
Christus magister uerax	Christi gemitus ut turturis,	599	269
Christus noster interpret	Christus dicitur sol	170	2
Chrisma de balsamo fit, & oleo	Christus uirtus Dei	540	29
Christus non Moyses audientis	Chrystalli natura	319	81
Christi opera quomodo christianus faciat	Christus medicus	19	70
Christus sacerdos, & orator	Charitas oleum dicitur	282	407
Christus aduocatus		283	

Dragma, numus certæ quæ ratis 335
 Dagma decem significatio 335

Dragma

I N D E X.

dragma, qualiter pditura	335	multa tribuunt peccatrici.
Damasci interpretatio	135	605
Dauid noluit condemnare Abalon	340	dæmon tria mala homini infert 155
Dauid in deserto Engadi habitare, quid signet	112	dæmones uolucres dicuntur 97
debitam dimittendum	591	dæmon fera pessima 155
decimas soluere debet populus Dei	599	dæmones Hircundines, dicuntur 107
decimæ pars simile significatio	69	Deus in iudicio loquetur, quasi parturiens 12
Descensus, ascensum præcedit	73	Dei magnalia 286
descendere oportet, quia Iesus descendit	54	Deus tribus modis uidet nos 252
Descendere in Hierico	464	Deus quomodo hebraicè, & latinè dicatur 186
Hierico.		deus filet ad flagella 12
desertum	594	Deus quomodo quæritur, & inuenitur 401
desertum triplex, in quorum quolibet Iesus ductus fuit	112	Deus solus scit, quæ sit uia spiritus 287
destruere ædem Baal	296	dei misericordia tria facit 584
desertum dicitur religio	20	Deum in mentem habere 499
deficere spiritualiter	57	Deus peccatorem sanat 527
desolati quomodo securi miant.	464	Deus pater noster 277
defunctus qui	506	Deus uocat peccatores ad tres nuptias 554
dextrum, & sinistrum quid significet	337	diaboli arma 159
differētia inter offensionē Dei, & proximi	584	diabolus coruus dicitur 254
Dentes, sensus interiores	478	diabolus draco & serpens 569
denarius numerus	606	diaboli nomina 565
decapolis dicitur, quia decem ciuitatis est regio	441	diabolus tria nomina habet 249
dæmon græcè ualde sciens dicitur	190	diabolus pater diuitis 318
dæmones animæ amatores,		diabolus Regulus 59
		diabolus textit telam sicut Aranea 160
		Diaboli ambulatio est cum aliâ quem

b 3 quem

I N D E X.

quem tentat	171	duorum numerus mysterium,
diabolus duo specialiter timet	197	diues quatuor mala fecit Laza-
238		ro
diabolus fortis armatus	158	315
diaboli suggestio	144	diuitis, & Mendici discrimen
Dei scire	475	311
diabolus exactor	90	diuinæ cognitionis ignorantia
Dies lucis	85	85
Diaboli amor	151	diuites mundi
diadema regia	512	diues epulo Iudæus fuit
dies Domini triplex	192	diues aliqua, de genere bono-
Digitorum nomina	450	rum fecit
digiti Christi quinque	450	dominus impossibile non præ-
dilectionis ordo	458	cipit
dilectio Dei		dominica. 5. Quadragesimæ
Deum diligere quomodo de-		cur in passione Domini in-
bemus	458	titulatur
dilectio & passio Christi de-		Domine uere dicere, quid im-
monium eijciunt	157	portet
diligere, odire, sustinere, & con-		Dominus una manu nos te-
temnere notanda	494	net, & altera percutit
dilectio Dei sola cõparatur	91	dominus bis legitur uenden-
dilectio proximi comparatur		tes, & ementes de tẽplo eij-
lunę	91	cisse
Dilectio in duob. incipit	456	Domini laborem uacuum fa-
Dimittere pallium	492	cere
Dinã filia Iyæ uexata	150	Dominum esse prope quando
dolor triplex notatur in tripli-		28
ci A. a. a.	395	Dominus quibus apparet
discordare, est cor diuersum		Dominus contrarijs, contra-
habere	189	ria curat
discretionis uirtus	135	Dominum flere super Hierusa-
disciplinæ decem genera	301	lem
discordia inter Elephantes, &		domũ Domini cur Deus pro-
dracones	361	hibuit Dauid ædificare
discipulus dicitur, quia disci-		domus Christi
plinam discit.	197	Domus ex tribus constat

In

I N D E X.

In domo cõtritionis peccator duplex est beneficium, de quo		
resuscitatur	195	gaudendum
Dono spiritus sancti in manu		
Christi	227	E
domus Dei bona	426	
Domus Saul decrescens	36	E Brietas lachrymas prouoc-
Domus Dauid accrescens	36	cat
Dona peccatori conuerso col-		Ecclesia assimilatur Sarræ
lata	336	183
Doctor iustitiæ Christus	293	Ecclesia quomodo in altũ du-
doctores carnales reprehenduntur	354	citur
duo testamenta	79	363
duo luminaria in Christo		ecclesia semen sanctum
duobus panibus homo saturatur	405	454
duo Dei iudicia, in una re cõ-		ecclesia tribulationibus purga-
plentur	312	ta
duo luminaria, spiritus angeli-		227
cus, & anima hominis	6	ecclesia, ad instar arcæ Noë
duo Angeli Loth	450	96
duæ ciuitates a principio mundi	97	ecclesiæ figura
duo necessaria ad aliquid faciendū	581	225
duæ naues quid significant.	361	ecclesiæ cruciatur, in peccatoris
353		conuertendis
duo pisces, Moyses, & Petrus	183	242
183		Edon filia
dulcedo melis, opus uiri iusti	438	250
438		Edon
duos passeres uiuos offerre	67	595.604
duodenarius numerus	239	eletri species Christus
duo aduentus Christi	403	573
duæ uix, & duæ Seruitæ Christi	403	effraim frugifer interpretatur
403		97
duæ oliuę spes, & timor	598	Egressus uirtutis ingressum ui-
		ri operatur
		493
		egressio Dauid transtorrente
		Cedron Christus figurabat
		348
		Aegyptij Dæmones
		146
		elephantium sagacitas
		222
		elementa quæ in corpore pec-
		catoris
		109
		elemosina lignum pomiferum
		90
		elemosinę efficacia
		62
		elemosina spiritalis, est iniu-
		riarum remissio
		62
		elemosinæ ethymologia
		426

b 4 Ele

I N D E X.

elemosina ordinata	91	tis	517
eloquentia erudita	230	Exire a finibus Tyri	440
embryon, idest foetus in utero		F	
254		F Abba abstinentiuu cibum	147
emunctores pauperum	468	Facies Christi boni praelati	228
Episcopi nostri temporis	200	ti	
episcopi, tauris assimilantur		facies hominis spiritualiter tribus sensibus ornatur	133
13		facies hominis, confessio	485
Episcopo quinque necessaria		falsos prophetas consulere, malum	393
110		falsi prophetarum artes	392
episcopi stellae dicuntur	227	falsi Christiani conditio	597
Equus de sella regis	514	Falsi prophetarum sunt hypoeritice	381
equi quatuor significatio	232	fames magna	384
equi nigri fessor	236	Fasciculus myrrhae	40
equa non dolet, cum parit	154	fauilla humilitatis nostrae conditio	448
eritius peccatorem significat.		Febris a feruore dicta	574
121		foelix miseria, quae ad meliora ducit	327
erigere tabernaculum iuxta turrem gregis quid significat		foeminarum in ecclesia multarum	
207		foenum carnalitas	503
erubescencia, maxima poenitentiae pars	449	festuca in oculo fratris quid sit	348
eruca	596	ficus in fructuosa est anima.	300
esau quercus interpretatur	121	381	
eruere oculos	325	fermentum a feruore dictum	200
Euangelizari est uerbo Dei pasci	19	foenum carnalitas	503
Exemplaris processus	475	festuca in oculo fratris quid sit	348
excusatum se haberi non perit	327	ficus in fructuosa est anima.	300
qui uxorem duxit, & quare		327	
excusatio mala	323	ficus	595
exploratores, poenitentes dicuntur	357	Vinea	595
exstercore luxuriae, quatuor uerues generantur	98	fides, matutinus imber	595
exuere uestimentum uiduitatis		fides est llypeus	335
		fidei progressus	572
		fidei torpor	77
		fides	

I N D E X.

fides magna, in confitente requiritur	66	frater noster quadruplex	379
fides Ecclesiae primitiuue uelut herba tenera	83	fructus Spiritus declarantur.	
fidei oculus	133	fumus cupiditatis	142
fides Sanctae trinitatis.	288	fulgura quae signum	486
in confitente magna fides requiritur	66	funis argenteus	420
fideles aquae superiores dicuntur	81	funiculus triplex	602
figulus Christus	451	funiculos duos metiri	547
figulus sedens ad opus suum.	481	fur & latro	134
filia regis aegypti.	260.	furtum Achor	417
filij iusti septem beatitudines	467	G	
fimbria Christi.	607	Galileae interpretatio.	56
fores sunt corporis sensus.	221	Galilea transmigratio dicta	441
fornicaria mulier	248	Gaudiu sanctorum, in tribus consistit	281
fornicatio quae, & unde dicitur	98	Gaudium partus spiritualis.	262
fornicatio fugienda	274	Gaudium plenum, & uacuum	280
Fornicarij cor	274	Gaudium commune, de bono communi, esse debet.	336
Fornicatio cor auferit	272	Gaudere debemus propter duo	24
fornicatio, idest, formae necatio	272	Gedeonis signum	333
fontes obturare	307	Gehennae acetum	250
fleuit Christus ter.	379	Gemere, nos docuit Christus	453
flos campi Christus	502	Genus hominis est alter homo	91
florere in horto uel in deserto melius quam in campo marcescere	502	Generatio sine operatione, non perficitur	276
flumina quinque	445	Gentium fides commendatur.	
fluxus sanguinis immunditiae, peccati manifestatio.	606	Gladius ex utraque parte acutus	232
fugere in Madian Moyse fugere peccatum notat.	374	Gladius, quid importet.	604
		Gloria	

I N D E X.

gloria mundi, sicut uesica	442	395
gob lacus dicitur	266	Hærodes, & Hærodiæ, inter-
goliæ interpretatio	158	pretatur gloria pellis
gratiæ infusio effectus	531	Herodes mundum significat.
gratiæ effectus	31	14
grex tonfarum	447	Herodias est caro
grues imitandæ	338	Hester figura
gulæ peccatum quinque mo-		Hiebusoi tenuerunt Hierusa-
dis committitur	127	lem
gulæ triplex rapina	311	Hierusalem triplex
gulosi dicuntur mortui	18	Hierusalem subuersa est per
gubernaculum nauis	356	Titum, & Vespasianum
		Hierusalem, cur sic dicta
		Hierusalem triplex
		Hinnulus ceruorum Christus
		374
H Abitus de difficili mobi-		historia Iudith tria specialia
lis	37	habet
Hamus quid significet	2	505
Hay ciuitas	335	hydropisis anime
Hebdomadæ tres	590	ibid.
Helcanæ uxores duæ	314	hydropisis morbus aquosus,
Helix actiones	138	525
Hæliæ lignum, humanum ge-		hypocrita semper gracilis &
nus significat	76	pungit
Hæli interpretatur extraneus		hypocritis in Leuita designa-
236		tur
Hæredes Christi sumus dupli-		hypocritæ Leprosi
citer	269	16
Heth, uita interpretatur	65	hypocritarum odor
Hæretici mamma denudant.		542
121		hypocritarum apparatus
Hæreticorum error de Ioanne		393
Baptista	16	hypocrita similis hyenæ
Hæretici Christum blasphe-		394
mant	206	hypocrita sicut pauo
Hæreticorum uallo	382	120
Hæreticus quasi alter hyena	108	hypocrita claudicat uno pede
		17
		hydria cupiditatis
		420
		hiades sunt quinque stelle
		286
		hyems peccati status
		536
		Holocaustum unde dicatur,
		108

Hordeum

I N D E X.

Hordeum tenacem habens pa-		humilitas, ingressum uirtutis,
leam quid	147	egressusque uitij operatur.
holofernes	509	72
Hora coenæ, sæculi finis	323	humilitas Christi, superbum
horologium Acham, cor humi-		humiliat
le	397	106
hortus uoluptatis	168	humilitatis commendatio
hortus est anima iusti	444	438
hortus quadruplex	558	humilitas prima uirtus
hospitium diaboli, hominis		257
cor	159	humilitatis digressio
humanum genus cœcusa nati		257
uitate	103	humilitas fortior supbia
humanitas Christi terra dici-		167
tur	105	humilitatis laudes
humanitas Christi calcul ⁹	453	ibi.
humanum genus pauper	185	humilitatis laus
homo interior, uerbo Dei ui-		55
uit	114	humilis ludit cum Deo
hominum quadruplex status.		55
567		humilitatis encomion
hominum genera quatuor	409	37
homo diues Christus dicitur.		humiles, pauperes dicuntur
402		19
homo tribus uirtutibus sancti		humilitas uera
ficatur	171	397
homo secundum mentē ima-		humilitas omnium bonorum
go Dei dicitur	461	initium
476		21
hominis doctrina	ibi.	humilitatis gradus decem
homo microcosmos dicitur.		397
270		humilitas Christi maxima
homo omnia continet	304	56
hominis morientis notæ	8	humilitas mentis uallis
homo lingua probatur	524	32
250		
humilitas custos uirtutū	534	

Ieiunia

I N D E X.

ieiunij uirtus	61	Isaiaꝝ auct. cap. 11. primo scilicet tempore alleuiata est terra Zabulon, exponitur.
ignis comedere speciosa deserti, quid significet	144	
ignis quatuor habet naturas.	31	
298		Isaac risus uel gaudium interpretatur
ignis tria habet	537	108
ignis, & confessionis comparatio	306	insufflatio Christi, quid discipulis importet
illusiones Christo factæ	204	Iræ gradus
in latrones incidere quid	464	ira, ab iracundia differt
incipientium seminatio	33	ira ablata, homicidium non fit
infideles aquæ inferiori comparantur	81	ira rationem ne præoccupet.
inferni pœnæ	561	275
inferni duæ pœnæ	562	iracundus Basilisco similis
infernus quare dicitur	399	iræ effectus
in Sole, candor, splendor, & calor	243	Ioannes Baptista non dubitauit de Christo
in deserto pœnitentiæ quaeruntur	22	Ioannis incarceration
in sole tria	136	Ioannes habebat uestimētum de pilis camelorum
ingressus latus	500	Ioānes Baptista, uox & aer
in gloriam Christum iudæi faciunt	189	Ioannis dicitur uox
In gratitudo	488	Ioannes Spiritus hominis dicitur
induti bysso, & purpura	310	Ioannes prælatum Ecclesiæ significat
iniquitas, quibus comparatur	440	Ioseph Christi figura
incestus quid sit	98	Ioseph filius accrescens
in medicis non est confidendū	607	Iosias rex Iuda, umbra pœnitentis
inter ubera commorare	40	Iosue bellum
inimici Crucis Christi	600	Iordanis humilis descensus interpretatur
in tribus, conuertitur Deus	594.603	Iordanis interpretatio
In speculo tria sunt	281	Isphiboseth, claudus ueroque pede
innocentia in agno notata	230	

Iter

I N D E X.

Iter contritio dicitur	485	
juda pistor malus fuit	164	
jugum ferreum	492	
jugum Domini, & diaboli	325	
judicium damnationis, & discretionis	186	
judicium mētis, in oculis	349	
in omni iudicio, sex personæ requiruntur	273	
judicij extremi honor	12	
in iudicio tria erant	585	
judicium, mundani, subire nolunt	273	
iudicare alios difficile	339	
iustus gyrum cœli dicitur	285	
iustus dum uiuit, minus de se sentire debet, quàm sit	207	
Iustus, uelut Myrtus	233	
iustitię definitio	273	
iustitiæ opus	24	
iustitiæ definitio	372	
iustitiam exhibere quilibet tenetur	372	
iustitia indutus	466	
iustitia Pharisaorum, & pœnitentium	370	
iustus quando descendere spiritaliter in Hierusalem tenetur	50	
iustus sedit super asinam, & pullum	200	
iudicium Christi	578	
iustorum opera pomis comparantur	91	
iumentum	472	

L

L Abores mundanorum.	469
Labor, superfluitates confundit	257
Labrusca dicitur, quia in labijs uiarum pender	597
Lac inebriare quid significet	177
lachrymæ uirtus	527
lachrymæ præcipua gratia debetur	540
laguncula humanitas Christi	30
lamech primus sterco bigamiæ duxit	24
lamentatio piissima, ob Christi passionem	203
lâpas gratiæ illuminatio	598
lampas contempta	602
Lanceæ duæ	237
lanceę tres, quibus Adam fuit interfectus	113
languor peccati	492
lappa est herba, quæ uestimēto adheret	100
lapidis reuolutio reseruationem sacramentorum Christi insinuat	211
lapides altaris, peccata	595
lapides ad lapides concurrunt	193
lapis molaris in mare positus	250

Lio. lici,

I N D E X.

Laodicia, tribus amabilis inter libri, quando complicabuntur	pretatur	110	12
Lamia quæ sit		121	libra duodecim vncijs perficitur
Latrones sunt corporis sensus	tur		196
466			libra unde dicatur ibi.
latro in cruce bos quare dicitur		26	Lignum 542
laxare rethia in uerbo		365	Lilium, quasi lacteum dictum 21
Lazari mendici, & Dauid comparatio		318	lilia tria habent 501
Lazari, & Annæ comparatio		316	lilium quid 444
lectum tollere quid		546	ligna Serhim cogitationes cordis 378
lectulus floridus conscientia		391	lineam tetendere quid 457
legis transgressores		82	liuor auaritia 24
linguæ serpentis extensio		509	Lyra 310
leprosi omnes peccatores		480	lingua sub duplici ostio recluditur 274
lepræ quinque genera		480	lingua coercenda 275
lepra candida simulata religio		480	linguæ uitium describitur 275
480			linguæ usus 275
lepræ qualitas ibid.	Et in lingua cum uerbo, cognatio.		linguæ serpentis, & Spiritus sancti discrimen 297
quibus membris		482	lingua canis medicinalis 314
lux impiorum		481	lingua membrum frigidum 297
leprosus peccatorem significat		65	linguæ legis Moyfi & Christi collatio 297
lepra luxuriæ est affluentia diuitiarum, & deliciarum		17	lingua igni non abſimilis 305
lepræ species		482	linguæ usus ibid.
læticie uinum		250	linguæ natura ibid.
læuitarum dicuntur		75	linguæ significatio ibi.
Lex Moyfi in igne data 50. Die		296	lingua chanaam dicitur com- minuta 5
libanus interpretatur candidatio		7	lorica diaboli 160
librum in humero portare		475	locusta 596
			locusta in hyeme uires amittit 411

locu-

I N D E X.

loculus qui	504	M
loqui recte	453	
loquentium recte multitudo	453	
lucernæ quatuor	599	M Acedæ interpretatio, 126
lucis, lucernæ & luminis discrimen	481	Magdalene artificium 459
lucifer ut Benadab tria facit	382	Magi Pharaonis 577
luctari cum Deo	293	Magna agere, & de magnis apud se fiduciam non habere difficile est 487
luctum unigeniti	ibid.	Maieſtas Domini declaratur. 13
ludere in tympano, & choro	100	Maieſtas Christi ad iudicium 579
Lugere	415	Mala quatuor super quæ Deus non conuertitur 594.603
lupus quis	238	Mammona nomen est damonis 495
lumen uultus Dei	84	mammona Syra lingua diuitiæ 410
luna quasi lucentium una dicta	6	mannæ significatio 135
luna nigredinem terræ contra hit ex nimia terræ uicinitate	6	manasses peccatorem designat 170
luna conuerſa in sanguinem quid ſignificat	6	mandata Christi, non ſunt legi contraria 375
Peccator Moyfi comparatur	6	mandragora herba aromatica 347
lunæ ſigna	5	manſuetudo Christi 398
luna plena	443	manus Christi uirtus 600
lunam in puteo uidere	467	mare cor hominis 76
lux Christus dicitur	80	maris filia eſt anima peccatrix 88
lux habitat in Hieruſalem	464	maria uirgo, arbor pulcherri- luxuriſus ſtercus 97
luxuriæ iacula oculi	575	ma 201
luxuriſus ut Salamandra	562	maria uirgo petra deſerti dicitur 112
luxuriſus uelut Aſinus	120	maria uirgo commendatur de cem uirtutibus 442
luxuriæ flumen	247	
luza pœnitentiam ſignificat.	218	

Maria

INDEX

Maria stella maris interpreta- tur	196	maria uirginitas matroni cō- paratur	548
maria uirgo, sex tantum uerba protulit.	51	maria uirgo porta clausa	47
maria uirgo altare est dicta.	453	uenter uirginis beatus	176
maria uirgo centesimum fru- ctum, super omnis uirgines meruit adipisci.	178	maria uirginis sex gradus uir- tutum	362
maria uirginis & matris fecū ditas	58	maria uirgo liliū dicitur	177
maria uirgo Bethania dicitur	194	maria fuit uallis	47
maria uirgo assimilatur cer- uæ.	177	maria Magdalena ad instar a- pis	210
maria uirgo uallis fuit	32	margaritæ generatio	530
maria mare amarum inter- pretatur	45	martyres portæ dicuntur	47
maria uirginis fides maior, quam tentationis	70	martyres smaragdo comparā- tur	48
maria uirginis humilitas	36	Marcha ministrare Christum mysterium	196
maria uirginis partus exem- plum non habet.	178	Marutinum duplex	532
maria uirgo cuti assimilatur.	178	mater struthionis ingenium, 194	
maria uirgo ciuitas refugii, & turre fortissima	178	mathir filius Amihel	341
Moyse peccatore significat	6	malogranata, uirtus trium- phantis ecclesiæ	322
uirginis uenter, aceruus triti- ci liliis uallatus	176	medicina de terra creata quæ 432	
maria uirginis uenter beatus	176	medici sunt carnales affectus, 606	
maria uirginis duplex partus	44	medium proprium locus Ie- sus	222
maria dolor in passione filii.	44	melanchonici conuersationē humanam fugiunt	398
maria condolendum, & con- gaudendum	44	mel de petra sugere	423
		membra Christi	227
		memoria crucifixi, uitia cruci figit	491
		mendicus unde dicitur	311
		mendicus uelut arca Domini ante dagon	312. 316
		mentes	

INDEX.

mentes fidelium arbores	334	moyse libri, quinque panes di- cuntur	180
mentes hominum secularium		naues Tarsis dicuntur	116
mens peccatoris laguncula	166	moyse facies gloriosa, manus ue- rò leprosa cur	454
mensa Domini, & dæmoniorū	313	montes, & colles	597
mens firmamentum dicitur	563	mons æternam gloriam signifi- cat	62
mensura triplex	342	mons Oliueti triplici lumine lucidus	197
mercenarius	235	mons Synai poenitentia	220
meridies	507	montes sine pluuia, & rore	333
mercatores falsi	26	mons Oliueti ab Hierusalem distantia	221
metere	500	mons & collis humiliari quo- modo exponatur	33
mercenarij qui	128	De morte inimici non est gau- dendum	340
metreta est mensura	63	mors a morsu primi hominis dicta	190
militis Christi conditio	572	mors animæ duplex	603
millearius numerus perfectio euangelica	579	morientis hominis notæ	8
Iustitia triplex	596. 605	motus magnus in corde disci- pulorum	76
migma hordeum est, cū palea	8	monumentum dicitur, quia mo- net mentem	207
mirabilia in Christo	452	mūdus semper est in motu	270
miseriordia Dei circa nos tri- plex	337	mundi uinū, in quo uino splen- deat	58
miseriordia nostra circa pro- ximum triplex	ibid.	mundi uanitas, in quo consistat	15
miseriordie opera, necessaria	45	mundus Hierico	357
miseriordia Dei tria facit	584	mundi uanitas, propheta senex	292
mitis quis	465	mundus dicitur lacus	1266
myrrha Arabiæ	182	mundus castellum	480
moab peccatorem significat.	198	mundani hominis nota	270
modestia dicta, quia modum in omnibus teneat	24	mulier amicta Sole, ecclesia	241
modestia in duobus consistit	25	mulier	
modicum Christi	245		
modicum septies ponitur	245		
moyse conditio	138		

I N D E X

mulier a mollitie dicta 605
mulier parturientis conditio. 254
mulier Thecutes anima poeni- tens 336
mulieres mentes hominum ef- feminant. 150
multi colunt Christum uidere in celo, sed non in cruce. 455
muremulæ aureæ 580
munus triplex 465
munus quadruplex 479
motus, eo quod mugiat dictus. 446

N

N Aaman leprosi typus 387
Naaman uxor 144
Nabal, & Epulonis comparatio 309
Naboth conspicuus interpre- tatur 252
Naym ciuitas 505
Nardus pretiosus 194
Nasus libani. 134
Nauiſ spiritualis regimen 75
Nauiſ regimen quatuor re- quirat 75
Nauiſ Simonis 357
Nazareth humilitas 54
Negociatio bona 125
Negociatio ſpiritualis 150
Nemus Abrahamæ 334
Neptalim conuerſus, uel dilata- tus interpretatur 91

Nix 578
Nicodemi ſignificatio 518
Noe interpretatur requies, 96
Nomen Chriſti 278
nondum uenit hora mea expo- nitur 60
Nouiſſimus locus 534
Nouem portæ cæleſtis Hieruſa- lem 46
Nox peccatorum 364
Nox aduerſitatem ſignificat 28
Nubes peccatores 420
Nuditas hominis 156
Nuptiæ triplex 551
Nuptiæ inter ſpiritum ſanctum & animam poenitentem 56
Numerus centenarius 93
Numerus uigeſimus. ibi.
Numerus Quinque ibi.
Numerus Quadragenarius 124

O

O blationem uet. leg. tria ge- nera 50
Obediæ uirtus 447
Obediæ uirtus, odias uirtu- tes inferens 545
Obediæ in ſe habet quinque 21
Obediæ 38
Obſeruat peccator iuſtum 534
Obſtrictes, ab oſtendo dicun- tur 262
Obumbratio ſpiritualis 140
obſtinatio

I N D E X

Obſtinatio ferrum 582
Ocum malorum omnium ſen- tina 256
Octo beatitudines in reſurre- ctione futura 173
Oculi lippī, & maledicti 304
Oculi beati 455
Oculus fidei 133
Oculus eſt tenuiſcorij plus ni- bus animalibus 62
Oculos claudere 62
Oculi mundi uident Ieſum, 455
Oculi prima luxuriæ iacula 144
Oculi latrunculi de terra iſrael 144
Oculos leuare in directum. 154
Oculorum unitas 390
Oculorū defectus ex fletu 589
Oculi, ſoli comparantur 168
Odor iuſti 242
Olla cor peccatoris 271
Oleum miſericordiæ ſignificat. 69
Oleum 471
Oleum ſuper aquam natat quid 407
olia ubera. 191
olia pullulans 285
ordina 444
ordo perfectionis in claudo a pe- tro ſanato 224
omne caput languidum &c. ex- ponitur 23
omne animal carens pedibus, ſtat in matrice ſuper luxuſ, ſi- cut Balena, & Delphinus. 256
omnes fideles ſunt Deo debito- res 406
omnes cōueniunt ad Chriſtum. 331
onagrorum duo genera 280
onias filius mæroris. 442
omnocentaurus luxurioſus 120
opera Chriſti quæ 14
opera Chriſti etiam pius homo facit 19
opera iuſtorum ſunt uelut po- ma 91
orando plus uuus ſanctus ualet quam quingenti peccatores præliando 439
orationis modus 128
oratio herba uirens 89
orationi ſex ſunt neceſſaria 423
oratio triplex 294
orationis Thus colligere 425
oratio ſicut Thus 424
orbis cor peccatoris. 7
ordo petendi & obſecrandi oſte- ditur 280
ordo in ſpirituali uolatu 499
ordo tertius Angelorum. 566
orion eſt ſtella a Gladio dicta 285
ornamenta 288
offa Behemot peccator 42
offa diaboli 159
ofanna quid ſignificet 202
ofcitare ſuper faciē pueri quid ſit 389

I N D E X.

Osculari patrem & matrē	352	ris comparatio	313
Osculari manus	462	paralyticum surgere	544
Uis perdita innocentia fuit.		Pardi instinctus	525
333		parare uiam Domini	31
ouis in aure	519	paries carnis uoluptas	106
ouis	241	parochus dicituraliquādo puer	
oues est boues eiicere	421	72	
oua tria Aquilæ	477	pariter & in eodem loco ener-	
Oua humore plena	428	gia	302
oua sunt nouiter conuersi	428	Parum laborantes, in genera-	
Oze iudicium	339	tione, parum suos filios dili-	

P

P Acem annunciare	595	rudinem expellit	108
Pacem cur tripliciter Chri-		pastoris conditio	227
stus dicit	222	pater & filius, relatiuè se habet	
palma uictoriæ datur	388	277	
palma natura	177	Pater quot modis clarificauit	
palma ut fructum faciat alte-		Christum	191
rius palmae uapore indiget		Pater, & filius, unū natura sunt	
276		283	
pallij Christi dimissio	163	Patres antiqui, saltus dicuntur	
paliurus, herba spinosa	55	266	
palpebra, pupillam conseruat		Patientia	38
62		Paulus humilis interpretatur	
pāthera, animal suauissimi odo-		221	
ris	76	Pauo quando suas pennas ei-	
panes spirituales quinque	180	ciat	359
panis mundi	291	Pauperes, Christi gazophyla-	
panem manducare in Sabbato		tium	410
521		Pauper cursor	538
panes	533	pauperem obliuiscere, quid sit	
paraclitus consolator	272	383	
paraclitus de quibus arguat	272	pauperes euangelizari	19
paralytici piscinæ, & peccato-		paupertas soror	38

Pax

I N D E X.

Pax	489	371	
Peccator, est apud Deum quasi		peccamus tribus modis	508
nomine ignotus	308	pedes curtos habere	498
peccatores aridi	42	pedes inglorij	454
peccati factor	130	pedum Christi uirtus	134
peccatum mortale, fluxus, &		pedibus anterioribus	437
mors dicitur	599	pœna confessionem reuelanti-	
peccati remissio maxima altitu-		bus	117
do	118	pœnitentia farina dicitur	209
peccator ad instar bestia	119	pœnitentia, quasi punientia di-	
peccator in confessione tria fa-		cta	448
cit	614	pœnitentia uera in tribus	406
peccatores sacerdotibus, se ostē-		pœnitentia locus siccus	527
dere debet	486	pœnitenti uisio dura nunciatur	
peccatoris mens, terra dicitur	145		
97		pœnitentes uelut ceruæ	154
peccatores uenditio	157	pœnitentes publice mos	485
peccatores, lapides dicuntur		pœnitens ortager dicitur	89
198		pœnitentia mater	38
peccator quando dilatetur	31	pœnitentis filij	545
peccator, mulo per luxuriam,		pœnitentiæ signa	220
& camelo per auaritiā com-		pœnitentia in tribus consistit.	
paratur	41	53	
peccatum contra naturam	98	penhateuci summa	384
peccatum uelut lepra	65	pentecostes unde dicatur	296
peccatum primum actum est in		petere, non in nomine Christi	
tribus	505	280	
peccator, a quatuor elementis		Petrus ad tria inuitat homines	
portatur	512	293	
peccatoris conuersi figura	141	perfectio uixæ	445
peccatorem apprehendere	527	perfectio patriæ stat in tribus.	
peccatoris egressio	147	445	
peccatum gulæ committitur		perfectorum seminatio	33
quinque modis	127	perseuerantia uirtus finalis ani-	
peccatoris cursus	482	mæ	92
peccata mortalia, quot habe-		perdix auis dolosa	271
mus, tot Deos inuocamus		perpendicularum, est instrumen-	

b § tum

I N D E X.

tum cæmentarij	273	nota	-11
Pharao dissipans interpretatur	247	potentium ruina	40
Pharisæorum principum mala	521	prædicatio, quàm necessaria,	29
Pharisæorum astutia	597	prædicator debet esse aereus	30
Phylas septem iræ Dei	246	prædicatores splendidi, in uer-	454
Pigmentarij operi comparatur	437	bis, in factis leprosi	30
cor contritum	437	prædicatores nubes dicuntur,	30
pietas trium mulierum in resur-	209	prædicationis fructus ex qui-	110
rectione	209	bus oriatur	110
pisciculi, quinque uirtutes	388	prædicatores conserui	586
piscis Christus allegoricè dici-	106	conserui prædicatores	586
tur	106	prædicator canis dicitur	314
piscatores mundi	26	prædicatores cœli dicuntur,	284
pistis græcè fides dicitur latinè	196	prædicatores bases templi	369
planctum amarum	416	prædicatoris pondus	593
planta quæ sæpe transfertur nō	438	prædicatorum eruditio	366
conualefcit	438	peccatorem se agnoscere oportet	367
plumbum Christi humanitas	268	prædicatio piscatio dicitur	216
poculum aureum	163	prædicatio sufflatorium	268
pollutio carnis ualde molestat	145	prælati ad instar Centurionis	71
poma sunt uiri iusti	73	prælati arguuntur	230
pomi odor	574	prælati cur iniquus dicitur,	309
pontifex Christus est, & unde	186	prælati quinque necessaria,	110
dicatur	186	prælati septem necessaria	229
populi Indiani, nullam indigen-	574	prælati, facies Christi	205
tes esca	439	prælati Ecclesiæ detrahere, est	476
porta uallis	439	Christum cum iudæis sper-	904
porta stercoreis	476	nere	205
portæ quinque sensus	904	prælati mali, miserabilis condi-	110
portatores mali mores	169	tio	110
posteriora Dei	110		
potestas Christi, quando erit			

pre-

I N D E X.

Prælati Ecclesiæ portæ dicuntur	47	ledixerit	239
prædestinationis signum uerbum Dei audire	186	Quatuor tantum animalia, quæ de quatuor elementis uiuunt	586
præmium, quod Christus promittit	347	Quatuor militantis Ecclesiæ ordines	48
præputium	528	Quatuor sunt tempora anni.	95
præssura gentium quæ primo mane quid sit	86	Quatuor sunt in templo	386
primi motus peruersa cognitio	335	Quatuor fecit Christus in filio uiduæ	513
prudentia in rebus humanis, sapientia in diuinis	409	Quatuor uitia, & quatuor peccata	400
prudentiæ partes	409	quatuor genera hominum, quatuor uitia indicant	320
prudentiæ definitio	409	quatuor uenti, quatuor mundi partes	298
prudentiores seculi	409	quatuor in arcu	147
publicani sex conditionis	435	quatuor portæ ciuitatis	570
publicani mutatio	437	Quatuor tempora anni	531
publicani humilitas	436	Quatuor rotæ quadrigæ clericorum	200
puer Helisei cur filium suam a mortuis excitare nō potuit	388	quercus Thabor	130
pueris sacerdotis fuscinula	311	Qui honorando corpus Christi gratanter recipiunt	70
puer Aegyptius seculi amator	327	Qui gaudere non possunt	23
puluis, & fumus	ibi.	Quinquagesimæ completio.	299
pugna Naas contra Iabes	325	Quinque Moyse librorum summa	384
processus exemplaris	475	Quinque ciuitates in terra Aegypti Christi uulnera significant	5
prodigia	571	Quinque surdus, & mutus.	447
proficientium seminatio	33		
prophetæ Iezabel	391	Quinque modi obstinationum peccatoris obstinati	120

Q Vdrigæ Aminadab 603
Quare Iacob tres filios ma-

6 4 quin

I N D E X.

Quinque uerba Pauli ad Corin- thios	286	Religiosi a tumultu egrediuntur	81
R			
R Acha uerbum hæbræum	375	Religiosus præliator	534
Rachel filios suos plorare quid importet	287	Religiosi in claustris sepulti	324
Radix iuniperi est dulcis	109	Remisse uiuere	606
Radix puræ mētis cogitatio	437	Rosa duo habet	444
Raphael medicina interpreta- tus Christum significat	158	Ros gloriæ beatitudo	473
Raffaelis Archangeli circulus	265	Rotundum diminutione caret	
Ranæ natura	289	Resurgere spiritualiter p. Chri- stum	42
Rannus Spinarum genus	431	Resurgentium conditio	215
Rationem ponere	577	Rubigo	596
Refectiões corporis	384	S	
Regnum Christi	577	S Abba interpretatur rethe, uel captiua	173
Regula aurea quæ furatur	418	Sabbati obseruatio	210
Regulus quis	564	Sacerdotum negligentia	364
Reguli filius anima	567	Sacerdos in confessione, qua- tuor peccatori præponere de- bet	31
Rhesina, lachryma Turris	428	Sacerdotis officium in tribu consistit	66
Religio locustæ dicuntur	142	Sacerdos qualiter peccata di- mittat	223
Religiosi mali actiones	142	Sacco Christus sibi tunicam fe- cit	455
Religio, regio dicitur	144	Sagitta tria habet	445
Religiosorum abusus	371	Sal terram sterilem reddit	260
Religio semitas dicitur	52	Salamandra contemplatiuum designat	588
Religiosi mali oblatio	69	Saliua a capite descendit	451
Religiosi sol & aer dicuntur	142	Saliua hominis ieiuni, sorpen- tem occidit	61
Religiosi moderni, quibus uesti- mentis induantur	22		
Religionum scissuræ	98		
Religio, desertum dicitur	20		
Religiosus tria obseruare tene- tur	20		
Religiosi falsi petra dicuntur	94		

I N D E X.

Salomon, Christi umbra	351	Saturari	924
Samaritanorum genus	187	Satisfactio, mons oliueti dici- tur	197
Samaria ciuitas parua, Ecclesia est	381	Satisfactio in tribus consistit.	
Samaritanus	470	Satisfactio uera, quatuor habet	584
Samos ciuitas cui comparetur	43	Satisfactio in tribus consistit	89
Samnaar foetor interpretatur.	82	Scalæ brachia	131
Sanctorum festa recolere	273	Scalæ gradus	131
Sanctorum gaudium in tribus consistit	281	Scenophegia quæ	49
Sancti sub signaculo diuinæ pro- uidentiæ clauduntur	284	Scopa triplex	172
Sanctorum intelligentia	477	Scire Dei	475
Sanctus unde dicatur	368	Seditio de soluendo tribus	599
Sanies est corporis putredo	472	Secundum fidei mensuram da- tur unicuique quod postu- lat	71
Sanguis columbæ extractus a la- tere, maculas sanguinis ab oculo absterget	373	Semen est uerbum Dei	94
Sanguinem, & Aquam de Chri- sti latere exire, quid notet.	373	Semita Dei rectas facere	32
		Semita animæ	468
		Sensus dicitur canalis	10
		Sensualitas uelut Sennacherib	494
Sanguis sugæ filiz	141	Senex, & pueri ætate conue- niunt	432
Sanguis tractus ex latere colum- bæ tergit maculas ab ocu- lo	5	Senex fatuus Pharisæus, & Dia- bolus	433
Sanguinis Christi uirtus	223	Sepulchri Christi, & nostræ pœnitentiæ similitudo	373
Saphyri significatio	134	Septem sportæ uiros iustos si- gnificant	388
Saphyro Apostoli comparan- tur	48	Septem uicibus prospicere.	366
Saphyrus colorem lapidis ha- bet	30	Septem beatitudines iustorum	465
Sapientia Dei Christus	544	Septem filij Iob	465
Sardis principium pulchritudi- nis	230	Septem lucernæ, & septem in- fusoria	
Sathanæ sedes	247		

I N D E X.

fuloria	598	240	
Septem panes morales	386	silentium seruandum	67
Septem spiritus alijs nequiores	175	silex lapis durus	476
Septem oculi, in lapide uno	182	similia subtilissima est farina farris	385
Septem mulieres, septem dona		simile significatio	69
Spiritus sancti sunt	4	simiæ qui sunt	357
Sequellæ Christi foelicitas	75	simonia quæ	184
Seraphin Christus dicitur	451	simplicis conditiones	462
Serum huius diei pœnitentiæ est	219	sinistra perdere	519
Serui, & filij discrimen	493	Syri mensura interpretatur	583
serere	499	synagoga meretrix	163
sessio est. Diuinitatis in humanitate humilis inclinatio	3	synagoga Agar dicitur	183
sex horæ Euangelicæ	84	synai mons spiritualis	220
sex fidei articuli	80	synai mons mensura dicitur.	118
sex dierum creationis expositio	80	sollicitudo malæ	36
sex gradus scælæ spiritualis	146	sollicitudinis incommoda	496
sex Hydræ significatio	60	sol quomodo pingitur	429
sextarius est mēsuræ lib. 12.385		sol Christus est	429
sexum uirilem, & non fœmineum petere	260	sol tripliciter exurit	430
Sicli argentei	417	sol factus niger quomodo	3
Sydonis interpretatio	143	sol refulgens	443
signa in Christo	452	sol Eclipsim patiens, omnia decolorat	174
signa quinque in corpore Christi	4	solemnitas hebdomadarum,	49
Signa interiora hominis contriti, signis pœnitens exterioribus cognoscuntur	7	solium quasi solidum dictum	3
signa in sole	2	solium ecclesia	360
signum plenitudinis Spiritus sancti	298	somni descriptio	130
signaculum super cor ponere		sonus, quid sit	303
		sonus tribus modis fit	ibi.
		sonus uehemens	304
		socijs speciales Iesu	129
		speciositatem Absalonis a ue-	
		stigio pedis incipere quid significet	349
		spe-	

I N D E X.

spelunca latronum	428	statua contrita	582
spei definitio	598	stater quid	385
spei quid sit	46	stagnum quid	351
spei cum timore sit coniuncta	46	statera dolosa	237
spei cuius uirtus.		stellæ de cœlo cadere, quid in-	
Spiritus Domini, quando beatorum audiat	54	nuat	9
Spiritus sancti inspiratio	299	stella matutina	442
Spiritus non est Diabolo nominatur	169	stellio	588
Spiritus Christi durus	192	steron græca dictio	599
Spiritus sancti, & ignis comparatio	298	stercum humanum quærit par-	
Spiritus est uehiculum uirtutū	367	dus	525
	309	stola prima	336
Spiritus Sanctus quomodo desideratur	297	stultus ut luna mutatur	242
Spiritus humilitatis frater	38	stupor noster unde oriatur.	
Spiritus sanctus, animæ sponsus	58	struthio	469
Spiritus sancti effectus	58	sunamitis, animam significat	
Spiritus sancti maiestas	306	surdus, a sordibus dictus	446
Spiritus noster, quibus uinculis sit captiuus	15	surdus dicitur, quasi sordidus	
Spiraculum uitæ nostræ	292	surdi, auari	16
Spine auari	94.99	surgendi a peccato modus.	
Spolia Diaboli, animæ iustorum sunt	164	Surgendi a peccato, ordo.	
Spuere est saliuam emittere.	451	superiora ascendere	499
Spurius quis dicatur	159	super aquas seminare	90.
stabulum	472	Superbiæ tria genera	105
stabularius	472	superbia est plaga tumens	24
stadius est octaua pars miliaris	93	superbia unde deriuetur.	
Status honorum triplex	33	Superbiæ spiritus fortis armatus dicitur.	164
		superbiæ detestatio	104
		superbi cæci	16
		superbus	

I N D E X.

Superbus ad instar aquilę	104	Tentationis Christi, & Adę	
Superbię detestatio	533		127
Superbia periculosa	166	Tentationis triplex est modus	
T			112
T Abernaculū, corpus Chri		Tentationis Christi & Chri-	
sti dicitur	224	stiani	127
Tabernacula quatuor	411	Tentationum duo genera	488
Tabernaculorum solennitas		Tentorium quid	412
49		Terra corpus notat	29
Tactus, quomodo utendus	301	Terra multipliciter accepta	57
Talentum uitę anima	535	Terra quater posita ab Isaia,	
Tarsis exploratio gaudij inter-		quid significet	10
pretatur	116	Terra dicitur corpus christi	83
Tau, signum crucis significabat		Terra tria continet	537
240		Terra fluens, & terra stans	278
Taurus septem sumere	486	Terra Christi humanitas dici-	
Tauri occisi	555	tur	105
Temporalia non sunt petenda		Tepiditas detestanda	106
279		Testa	472
Temporalia subtrahuntur san-		Thabor quid significet	130
ctis ne amittant æterna	311	Theman Auctor interpretatur	
Temporalia in obliuionem ue-			173
nire faciunt	170	Theologi fabrę dicuntur	229
Tempus gratię mare dicitur		Thomas abyssus interpretatur	
96			224
Tempus messis æterna felicità		Thomas hominē tetigit, & cre-	
tas	445	didit diuinitatem	225
Templum ex tribus ædificatū		Tophe latitudo interpretatur	
548			399
Templum quasi tectum amplū		Thronus Salomonis	360
mens iusti	52	Thronus Maria	360
Templi conditiones	539	Throni ornamenta	362
Templum Dei nos sumus	539	Thronus anima iusti	361
Templum triplex	548	Thus de sabba afferre	187
Tenebrę super faciē abyssis	112	Tibicines, sensus corporis	602
Tenebrę exteriores	561	Tibicines deridet Christū	604
Tenebrę in colle ponere	468	Tibia	301

Timor

I N D E X.

Timor nocturnus	124	Tria remedia posita cōtra tria	
Timores nocturni	415	mala	522
Tyri interpretatio	143	Tria ad piscationem necessaria	
Tympanum est pellis extēsa in			520
ligno	602	Tria in Domo confessionis	123
Thobię oratio	499	Tria Diaboli r etia	169
Tobię cęcitatis moralitas	106	Tria sunt in religione obseruan-	
Tobias excęcatus	106	da	20
Tonitruum iudicij audire	456	Tria sunt in corde	24
Transgressores legis	82	Tria ligna, in paradiso fuerunt	
Transire uadum laboth	293		350
Transitus Christi	474	Tria in nido	104
Transire per Samariam & Gali-		Tria in luna	243
leam	476.478	Tria in nobis r eputanda	565
Tranquillitas magna	78	Tria peccator facit	517
Troianus equus	258	Tria miranda efficit Christus	
Tres animę uirtutes in tribus			158
marijs designatur	205	Tria in pomo	73
Tres personę Diuinę	289	Tria sunt, ad scribendum neces-	
Tres litere, in nomine pacis	222	saria	224
Tres uiri Bethel tria portantes		Tribus modis iu tactu manuum	
	130	peccamus	509
Tres lectorum ordines	64	Tribus a tribuno dicitur	331
Tres uirtutes, animam sanctifi-		Triplex examinatio	321
cantes	29	Trinitatis uestigium in mente	
Tres ordines in ecclesia	64		288
Tres Dies optandi	297.304	Tria mala in mundo	289
Tres modij	321	Trinitatis mago anima	602
Tres dies sanctificationis	514	Tria ludęorum festa pręcipua	
Tres dies tenebrosi	85		49
Tres species odibiles	432	Triplex hominum status	49
Tres amici Iob	460	Triplex Hierusalem	47
Tribulationis utilitas	79	Triplex oratio	294
Triduum proprię iniquitatis co-		Triplex auaritia & rapina	202
gnitio	52	rorum	441
Triduum est pœnitentia	53	Tritico conditio	176
Tria mala in mundo	522	Triticum proximi delectationę	

Signi-

I N D E X.

significat	408	Verbum non respondere quid	
Triticum confusum	99	importet	149
Tuba ad tria uocabat	336	Verbi præconium	28
Tuba ad tria conuocabat	392	Verbi incarnati quinque digi-	
Tunica succingere	156	ti	450
Turbinis terror	153	Veritas apertè prædicanda	296
Turba a turbando dicta	450	Veteres panni	529
		Vestimenta Christi	607
		Vestes nuptiales tres	558
		Vestis stragulata	266
		uestis polymitaria	266
		Vestimenta corporis nostri sunt	
		membra	206
		Vestis animæ	362
		Vestimenta putrida	529
		Vestes regia	514
		Via regia gradiendum	535
		Victimæ immolatae	554
		Vidi Dominum sedentem su-	
		per sedem excelsam morali,	
		ter exponitur	7
		Vigilia matutina sic	87
		Vitio mala	455
		Vinea spiritualis	86
		Vir dicitur Christus	601
		Virga Christus dicitur	188
		Virga multipliciter dicitur	188
		Vires animæ	129
		Viri animæ, rationis effectus	383
		Virtutes quinque in quinque ui-	
		ris Machabeorum	71
		Virtutes in capite quæ	244
		Virtutes Decem in laude Simo-	
		nis filij Oniæ	441
		Vir unus Christus	4
		Virginitas lapidi similis	48
		Virtutes quatuor	233
		Vitri	

V

Vacuæ septem deformes
175

Vacua agrestis est prædicator
aliquando 296

Vanagloriæ uerbum, neminem
tangat 190

Vanagloria est sicut fal 260

Vanagloria multiplex 128

Varræ linguæ, uariæ sunt de
Christo testimonia 308

Vbera Christi Duo 367

Vbi mortis Christi similitudo
ibi peccati abhominatio. 374

Veh duplex 189

Venter exactor 90

Venatio spiritualis 148

Venator quinque habere debet
147

Ventus Thyphonicus 77

Ventus 435

Verbum in carnalem, manus di
citnr 449

Verba Christi septem infusoria
594.603

Verbi Dei efficacia 284

Verbi Laus 149

I N D E X.

Vitri materia	58	uillam emere	323.325
Vita spiritualium, & carnalium		uillicus uillæ custos	404
in duab. meretricib. Salomo		uolatilia, contemplatiui	496
nis ad umbratur	353	uolatilia respicere oportet	497
Vita contemplatiua, est monu-		uocare Dei est timorem æternæ	
mentum	212	damnationis incutere	405
Vita animæ	574	uoluptas est diaboli mammilla	
uitis tres propagines habet	178	88	
uita iusti, balsami ardor	540	uoluntas mala arbor dicitur, &	
uita animæ fides	272	quare	398
uita angelica	110	uoluptas semper sui famen pati	
uita lenugo quæ a uento tolli-		tur	289
tur	246	uomer, terram eruens euangeli	
uita nostra ad instar puncti	245	ca prædicatio	230
uita hominis misera	282	uultus dicitur, quia per eum ani	
uitæ nouitas	373	mi uoluntas ostenditur	263
uita actiua propter contempla-		uultus natiuitatis	280
tiuam instituta	258	uulturis filij	193
uita præsens cum lachrymis ha		uulnus quid	24
betur & tamen opratur,	282	ulurariorum tria genera	101
Vitæ actiones dicuntur	557	unguentum ex quinque confe-	
Exitus uiarum	557	ctum pro unctione mystica	
Vita contemplatiua ad unū re-		210	
fertur	92	ursæ nostri temporis	346
Vita actiua, ad Decem præcepta		urtica naturæ igneæ	233
refertur	92	uxorem Christus accepit mor-	
Vitæ actiue deditus uelut pilcis		tuam non uiuam	65
92		uxor ducatur tribus de causis.	
uitæ nostræ ingressum & egres-		327	
sum flebile	208	uxor peccatoris cupiditas	580
uitæ cotemplatiuæ exercitatio		uxor fornicaria	597
92			
uinum amarum	58		
uinum	471		
ululare	135		
ulcus in carne est ferocitas men			
tis	34		

Y

Ysachar intra terminos habita	
re	336
Ysachar asinus fortis	39
Ysachar	

I N D E X.

Yfachar interpretatur merces	Zizania	Diabolus	seminatur.
39		530	
	Z	Zona aurea	231
Z Acharia memoria Domini	Zorobabel	Christum	signifi-
interpretatur	28	cat	604
Zambri homicida, est iracun-	Zorobabel,	magister	confusio-
dus	376	nis interpretatur	111

F I N I S.

S E R M O N E S
 DOMINICALES,
 SVPER EVANGELIA
 TOTIVS ANNI,
 DIVI ANTONII
 DE PADVA

FERVENTISSIMI DIVINI
 VERBI DECLAMATORIS
 SACRI ORDINIS
 MINORVM.

Dominicæ primæ Aduentus, Sermo de
 quadruplici Aduentu Domini.



E runt signa in Sole, & Luna, & Stellis, & in terris pressura gentium. Lucæ 21. Vbi quatuor notantur, secundum quod sunt quatuor aduentus: scilicet in carnem, in mentem, mortem, & ad finale iudicium. Dico primo quod est aduentus in carnem, & hic

est humanæ carnis assumptio, notatus ibi. [*E* runt signa in Sole.] Sol enim dei est filius. Secundus est in mentem spiritualiter, & hic est nostræ mentis purgatio, siue contra peccatum protectio, siue uirtutum collectio. ibi. [*In Luna.*] Tertius in morte, qui est corporis & animæ diuisio. ibi. [*In Stellis.*] Stellæ enim cadent

Ser. Do. S. Anto. de Pad. A de

de cælo &c. Quartus in ultimo fine: in quo fiet meritorum discussio, & malorum punitio: ibi. [Et in terris pressura gentium &c.]

Erunt signa in Sole.] Sol dictus eo quod solus luceat est Christus: qui solus lucem habitat inaccessibilem; in cuius sanctitatis & claritatis comparatione, omnis sanctorum claritas patitur detrimentum, Vnde *Isai. 64.* Facti sumus ut immundi (id est leprosi) omnes nos: & quasi pannus menstruatæ uniuersæ iustitiæ nostræ. Iste sol (ut dicitur *Apocalyp.*) Factus est niger ut saccus cilicinus. Sacco enim nostræ humanitatis cooperuit lucem suæ diuinitatis. Posui (inquit *Psal.*) Vestimentum meum cilicium. Et quid tibi Dei filij & cilicio? Hac ueste non Deus, sed reus, non creator sed peccator merito debet indui. Pœnitentis non peccata dimittentis est uestimentum. Quid ergo tibi & cilicio? multum quidem & per omnem modum peccatori homini necessarium, quia pœnitentia me fecisse hominē, id est pœna tenet me pro homine. Vnde *Isa. Ser.* uire me fecistis in peccatis uestris, præbuiſtis mihi laborem in iniquitatibus uestris. Et *Isa.* Laboraui sufficiens. Factus est ergo sol niger quasi saccus cilicinus. Sub cilicio carnis abscondit se cador lucis æternæ. De quo *Isa.* Tantū in te est Deus, & nō est Deus absq; te. *Isai. 53.* Verē tu es Deus absconditus. Et *Isa.* Quasi absconditus uultus eius. Et bene dicitur absconditus. Hamus. n. diuinitatis absconditus fuit esca humanitatis: ut (sicut dicit *Isa.* *27.* Occideret ceterū .i. diabolum qui est in mari, id est in mundo falso & amaro. Vnde *Iob,* In oculis eius quasi hamo capiet eum, scilicet Behemoth Humilis capit superbum, noster infans serpentem antiquum. Vnde *Isai.* Delectabitur infans ab ubere super foramina aspidis, & in cauerna reguli, qui ab lactatus fuerit, manum suā mittet. Noster infans pannis inuolutus, præsepio reclinatus, manu suæ potentia traxit Aspidem Regulum, id est diabolum de foramine uel cauerna, id est

id est peccatorum conscientia. Factus est ergo sol niger quasi saccus cilicinus. O primus. O nouissimus. O sublimis & humilis & uilis. Et nos (inquit *Isaias.*) Reputauimus eum quasi leprosum & percussum a Deo & humiliatum. De cuius humilitate habetur *Isa.* Vidi dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum. Nota quid sessio, solium excelsum, quid eleuatum domini signum. Sessio est diuinitatis in humanitate humilis inclinatio. Vnde *Ecclesiast.* Figulus sedens ad opus suum, conuertens pedibus suis rotam qui in sollicitudine positus est semper propter opus suum. Figulus est Dei filius: de quo *Psal.* Qui finxit singillatim corda eorum. Hic sedit in carne, scilicet se humiliavit ad id hoc est, propter opus suum, id est salutem nostrā. Vnde *Isa.* ut faciat opus suū, alienum est opus eius ut operetur opus suum. Peregrinum est opus eius ab eo. *Greg.* In mundum ueniet, ut faciat opus suum, id est, redimat genus humanum. Sed ab ipso est opus alienum. Non conuenit diuinitati conspui, flagellari, crucifigi. Iste pedibus suæ humanitatis conuertit rotam nostræ naturæ: quæ prius currebat ad mortem, ut cui prius dictum erat. Terra es & in terrā ibis, ei modo dicatur. Beatus es, & bene tibi erit. In quanta sollicitudine triginta tribus annis propter opus suum perficiendum fuerit semper, satis aperte euangelium protestatur. Vnde *Psal.* Cucurri in siti. Tanto enim desiderio currebat ad crucem, quasi ad fornacem ut ibi consolidaret opus suum: atque consummaret, quod Pilato non respondebar ne forte nostræ salutis negocium impediretur. Solium quasi solidum dictum, ipsius Christi humanitas est, quæ septem columnis innixa undique constans & solida extitit. Vnde *Isaię* Apprehendent septem mulieres uirum unum in die illa, dicentes. Panem nostrum comedemus & uestimentis nostris operiemur, tantummodo inuocetur super nos nomen tuum, aufer opprobrium nostrum. Septem mulie

res, sunt septem dona spiritus sancti, quæ mulieres dicuntur. Glo. Quia nemo generatur Deo nisi per spiritum sanctum. Vir est Christus, unus, id est sine peccato solus, quem apprehendent mulieres septem, id est septem dona spiritus sancti ut firmiter teneant & non dimittant. Omnes hæc transeunt usq; ad Christum, nullum apprehendunt. Non est enim homo qui non peccet. In omnibus alijs habet spiritus hospitium tribulationis, non mansionem quietis. Fuit enim in prophetis & alijs iustis, sed quia homines, & ideo peccatores, in eis fuit, sed non in eis mansit. Vnde de solo Christo dicitur. Ioannes primo. Super quem uideris spiritum sanctum descendentem & manentem, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Apprehendent ergo uirum unum dicentes. Panem nostrum &c. Ibi. glo. Qui panem & uestes habet nihilo indiget. Panem nostrum comedemus, & uesti. nostris cooperi quod est spiritum sanctum æqualiter cum patre & filio omnia possidere & non indigere. Inuocetur nomen tuum super nos, hoc est a te dicantur Christiani, qui tua humanitate cupiunt perfrui. Aufer opprobrium nostrum, ne scilicet amplius (fœtore uitiorum expulso e cordibus hominum) sæpe mutare cogamur hospitium. Humanitas ergo Christi in qua tanquam in solio sedit, id est humiliavit se diuinitas, fuit excelsa & eleuata. Excelsa incomparabili uitæ sanctitate. Vnde Ioan. Qui desursum uenit super omnes est. Vitæ scilicet excellentia. Item eleuata, scilicet in crucis patibulo. Vnde Ioan. Si exaltatus fuero a terra omnia traham ad meipsum. Vincina scilicet crucis, in qua noster sol sacco cilicino coopertus, quinque fuit signis signatus. Vnde dicit. [Erum signa in Sole.] quæ quidem signa fuerunt quinque uulnera in corpore Christi. Hæc sunt quinque ciuitates de quibus Isa. In die illa erunt quinque ciuitates in terra ægypti loquentes lingua channam &c. Ciuitas solis uocabitur una. A Egyptus interpretatur mœror

uel

uel tenebræ. Terra ægypti, id est caro Christi fuit in mœrore. Vnde Hebræ. Cum lachrymis & clamore ualido offerens exauditus est pro sua reuerentia. Et Psal. Collocauit me in obscuris, sicut mortuos seculi. In hac terra fuerunt quinque ciuitates, id est quinque uulnera: quæ sunt ciuitates refugij, ad quæ quicumq; confugerit liberabit. Fuge ergo ad ciuitates munitas: extra quas qui inuentus fuerit occidetur. Vnde Genesi. Omnis caro reperta extra arcam aquis diluuij deleta est. In arca tantummodo est uita. Ad ipsam ergo fuge sicut fecit Ruth. cui dixit Booz. Ruth. Plenam mercedem recipias a domino Deo Israel ad quem confugisti & sub cuius alas uenisti. Extensis brachijs quasi duabus alijs in cruce Christus suscipit ad se confugientes, & abscondit in abscondito uulnerum suorum a cõturbatione dæmonum. Sequitur. Loquentes lingua chanaam, quæ interpretatur cõminuta. Vulnera enim Christi quasi quadam lingua cõminuta loquuntur de nobis ad patrem, non uindictam sed misericordiam. Vnde Hebr. Accessistis ad noui testamenti mediatorum Iesum, & sanguinis aspersione melius loquentem quam Abel. Sanguis Abel clamat uindictam, sanguis Christi misericordiam. Bernar. Securus o homo habens accessum ad Deum ubi habes matrem ante filium, & filium ante patrem. Mater ostendit filio pectus & ubera, filius ostendit patri latus & uulnera. Nulla ergo ibi euit repulsa, ubi tot charitatis occurrunt insignia. Sequitur. Ciuitas solis uocabitur una, uulnera lateris est ciuitas solis. In apertione enim dominici lateris aperta fuit paradisi ianua, per quam nobis effulfit splendor æternæ lucis. Dicitur in naturalibus quod sanguis tractus ex latere columbæ tergit maculas ab oculo. Sic sanguis Christi lancea militis tractus a latere Christi illuminauit oculos cæcinati, id est generis humani. Sequitur.

[Erum signa in luna.] de quibus Apoc. Luna tota facta. Apoc. 6

Iob. 2

ta est ut sanguis. Et Iohelis. Luna conuerteretur in sanguinem. Deus fecit duo luminaria, luminare maius & minus. Maius est angelicus spiritus. Luminare minus est anima hominis. Vnde dicitur Luna quasi luculentium una. Ad hoc enim hominis anima creata est, ut cœlestia sapiens tanquam una ex illis beatis spiritibus creatorem laudaret, & cum Dei filiis iubilaret. Sed ex nimia terræ uicinitate contraxit nigredinem & amisit claritatem. Ideo necesse est ut si ipsam uult recuperare prius tota uertatur in sanguinem. Sanguis est contritio cordis, de quo Hebræ. Accipens (inquit) Moyses sanguinem uitorum & hircorum cum aqua & lana coccinea & hysopo, ipsum quoque librum & omnem populum asperxit, dicēs. Hic sanguis testamenti quod mandauit ad uos deus. Etiam tabernaculum & omnia uasa ministerij, sanguine similiter asperxit. Et omnia pene in sanguine mundantur. Et sine sanguinis effusione non fit remissio. Ecce quomodo Luna rota facta est ut sanguis. Sed quid Moyses? Quid sanguis? Quid aqua? Quid lana coccinea &c? Cum misericors & miserator Iesus Christus uenit in peccatorum mentem, tunc Moyses accipit sanguinem &c. Moyses est peccator iam conuersus de aquis ægypti qui ista quinque debet accipere.

- scilicet
- 1 Sanguinem dolorosæ contritionis,
 - 2 Aquam lachrymosæ confessionis,
 - 3 Lanam innocentie & puritatis,
 - 4 Coccineam fraternæ charitatis,
 - 5 Hysopum ueræ humilitatis,

Cum illis debet aspergere librum, id est sui cordis secretum, & omnem populum suarum cogitationum; & tabernaculum, id est corpus suum, & omnia uasa eius, id est quinque sensus. In sanguine contritionis, omnia mundantur cum proposito tamen confitendi. Sine contritione uerò, non fit remissio peccati. Dicatur ergo: Erunt signa in luna. Per signa exteriora penitentis, cognoscun-

gnoscuntur interiora signa contritionis. Cum castitas in corpore, Humilitas in opere, Abstinencia in cibo, Vilitas in habitu resplendent, prænuncia sunt internæ sanctificationis. Vnde hæc quinque præmittit dominus animæ penitenti. Isaiæ. Gloria libani a te ueniet & abies & buxus & pueri simul ad ornandum locum sanctificationis meæ. Gloria libani est castitas corporis de qua gloriatur anima in Eccl. Quasi cedrus exaltata sum in libano, quæ interpretatur candidatio. Cedrus suo odore fugat serpentes. In Libano igitur id est in corpore casto anima exaltatur quasi cedrus, quia odore sanctæ conuersationis fugat serpentes dæmoniacæ suggestionis & concupiscentiæ carnalis. De hoc etiam Isaiæ. Super omnem gloriam protectio, ubi gloria castitatis, ibi protectio diuinæ miserationis omnia opera conseruantis. Item Abies dicta eo, quod præ cæteris arboribus altius eat, humilitatem significat quæ præ cæteris uirtutibus altius se extollit. Vnde ea. Isaiæ. In anno quo mortuus est rex Ozias uidi dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum, & plena erat domus a maiestate eius, & ea quæ sub ipso erant, replebant templum. Rex Ozias superbus & leprosus uicium superbiæ significat quæ in homine est mortuo. Dominus sedet super solium. Anima iusti sedes est sapientiæ. In anima excelsa humilitate, eleuata a terrenis per æternorum contemplationem requiescit dominus, & tunc domus quinque sensuum est plena a maiestate eius. Omnia. n. mēbra eius sunt in quiete cum dominus quiescit in mente. Vnde dominus Isa. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, quo ad honestatem uitæ, & in tabernaculis fidentia, quo ad constantiam conscientie, & in requie operum læta, quo ad diuitias bonæ famæ. Vnde subditur. Et ea quæ sub ipso erant replebāt templum. Cum dñs quiescit in mēte nostra omnia quæ agimus sub ipso sunt, quia in humilitate sunt, & replent templum id est, ædificāt

- proximū. Itē buxus pallidi coloris est, & ideo significat cibi & potus abstinentiā, de qua Isa. Dabit tibi dñs panem arctum & aquam breuem. Item ibidem. Pulli afinorum (id est poenitentes) qui operantur terram (id est affligunt carnem suam) commixtum migma comedent. Migma est hordeum cum palea, in quo cibi asperitas designatur. Item pinus ex qua pix elicetur uilitatem habitus significat. Ventre enim inanis & habitu uilis affectuose Deum deprecatur. Prædictarum deliciarum & uestium affluentiam, cibi asperitate & uestis uilitate debemus compescere, ut sicut dicitur Isa. Sit pro luauī odore foetor, pro zona funiculus, & p crispāti crine caluitiū, p fascia pectorali cilicium. Illa quinque supradicta ornant locum sanctificationis domini id est animam poenitentis, in qua quiescit dominus. Vnde dicit. Et ad eum ueniemus & mansionē apud eum faciemus. Ioannis. Sequitur.
- Et erunt signa in stellis.* Signa in stellis sunt de quibus Apocal. 6. Stellæ ceciderunt super terram de cælo, sicut ficus cum a uento mouetur magno, emittit grossos. Dicit Isa. de homine laborante in articulo mortis. Suspiciet sursum, & ad terram intuebitur, & ecce tenebræ & tribulatio, & dissolutio & angustia & caligo persequens, & non poterit auolare de angustia sua. In mortis articulo est tribulatio infirmitatis, tenebræ in oculis, qui tunc priuantur lumine, dissolutio membrorum, angustia mortis, & caligo persequens, id est timor gehennæ uel præsentia diaboli animam egressuram rapere machinantis. Heu miser homo siue sursum suspiciat siue deorsum despiciat, non poterit auolare de sua angustia quin cadat super terram & reuertatur in terrā. Vnde Isa. Cecidit cecidit Babylon. Id est hominis caro. Et omnia sculptilia domorū eius. Id est delectationes sensuum eius. Contrita sunt in terram, quia terra es, & in terram reuerteris. Hoc ergo quod dicitur, Stellæ id est homines uiuentes ceciderunt

derunt de cælo, id est firmamento, id est statu suo, in quo firmi stare & diutius uiuere credebant super terram de qua creata sunt, sicut ficus &c. Ficus est natura humana, quæ cum a uento mortis magno mouetur tunc emittit grossos suos. Id est perdit sensus & membra, & sic inutilis habetur. Hæc sunt signa in stellis. Beatus ergo tunc erit ille seruus quem cum uenerit dominus & pulsauerit ianuam & inuenerit eum uigilantē. Felix ille qui in hora suæ mortis poterit cantare quod cantatur in introitu missæ hodiernæ. Ad te domine leuauī animam, hoc est quod dicitur Isa. Eleuare eleuare, consurge Hierusalē. O anima eleuare a carnis tuæ illecebra. Eleuare a mundi concupiscentia. Consurge ad æterna gaudia. In mortis articulo securus erit qui ita animam suam leuauerit. Deus Deus meus in te confido. Hoc est quod dicit. Isa. Et erit in die illa, nō adiciet residuum Israel inniti super eo, scilicet Assyrio, id est diabolo, qui percutit eos. Sed innitetur super domum sanctum Israel. In te (inquit) confido, non in carne, non in mundo. De cuius confidentia dicit Isa. Ecce confidis super baculum arundineum contractum istum, super Aegyptum, cui si ianixus fuerit homo, intrabit manum eius & perforabit eam. Abundantia mundi & sanitas corporis sunt quasi arundo quæ radicem habet in luto, interius uacua & exterius pulchra. Hæc arundo si super illam homo innititur in morte confringitur, contracta uulnerat animam, quæ uulnerata cadit in gehennam. Sequitur. Non erubescam. Vere qui dum uiuit, in domino confidit, in hora mortis non erubescit. Sed exultans dicit cum Isa. Gaudens gaudebo in domino & exul. anima mea in Deo meo. Econtrario confidentibus in mundo comminatur. Isa. 1. Erubescetes super hortis quos elegeratis cum fueritis uelut quærcus defluentibus folijs, & uelut hortus absque aqua. Et erit fortitudo uestra, ut fauilla stuppæ. In fine uitæ suæ erubescant carnales super

Isai. 30.

Isai. 3.

Ioan. 14.

Isai. 8.

Isa. 21.

Isai. 51.

Isai. 10.

Isai. 36.

Isai. 61.

per hortis gulæ & luxuriæ quos sibi elegerunt dum uerent, & erunt nudi & aridi uelut quærcus defluentibus folijs, id est, diuitijs, & delitijs, & uelut hortus absque aqua, quia omnis delectatio cessabit. Amplius enim per canales sensuum non decurret aqua munditiæ uoluptatis ad inebriandum concupiscentiam carnis. Et tunc erit fortitudo, id est, superbia eorum quasi fauilla, id est, nullius momenti, & succendetur a dæmonibus utrunque, id est fortitudo superbiæ, & opus auaritiæ, & non erit qui extinguet. Vnde Isa. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Sequitur. Neque irrideant me inimici mei. De qua irrisione Hieremiæ Thren. Plausuerunt super te manibus omnes transeuntes per uiam, sibilauerunt & mouerunt capita sua super filiam Hierusalem &c. Ab hac irrisione securi erunt in fine uitæ suæ illi qui in domino sunt confisi, quibus ipse promittit in Isa. In læticia egrediemini, scilicet a corpore, & cum pace deducemini, ad patriam cœlestem. Montes, id est angeli, & colles, id est Apostoli cantabunt coram uobis laudē & omnia ligna regionis, id est, animæ sanctorum plaudent manibus de uestro consortio, exultantes & Dei filium collaudantes. Sequitur.

Et in terris pressura gentium.] de qua Isa. Confractio ne confringetur terra, cōtritione conteretur terra, cōmōtione commouebitur terra, agitatione agitabitur terra, sicut ebrius. Quō. n. ebrius nescit quid agat, sic nec oēs qui uersantur in terra malorum magnitudine ebrii erunt & stupebunt ad omnia. Terra hic quater posita quatuor genera hominum significat, scilicet superbos, luxuriosos, auaros, & iracundos. Superbi confringentur. Vnde Psal. Molas leonum confringeret dominus. Luxuriosi conterentur. Vnde Hier. Duplici cōtritione contere eos domine, ut qui in anima & in carne peccauerunt, in utroq; puniantur. Auari cōmōuebuntur. Vnde Iob. Erunt sicut paleæ ante faciē uentis,

ti, & sicut fauilla quā turbo dispergit. Iracundi agitantur. Vnde Iob. Vidi eos qui operantur iniquitatē & seminant dolores & metunt eos, flante Deo periisse, & spiritu iræ eius esse consumptos. Sequitur. [*Præ confusione sonitus maris & fluctuum.*] Vnde Isa. Eritq; repente cōfestim a domino Deo exercituum, & uisitabitur in tonitruo & in cōmōtione terræ & uoce magna turbinis, & tempestatis & flammæ ignis deuorantis. Elementa uindicabunt auctorem: Calamitas damnandorum erit repente. Vnde ad Thessa. Dies domini sicut fur in nocte ita ueniet. Cum enim dixerint pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus. Confestim. Vnde Apoca. Ecce uenio. Ibidem. Veni domine Iesu. Et tunc peccator uisitabitur in tonitruo de cœlo, & in cōmōtione terræ, quæ pondere peccatorum illius excutiet ipsum a se & a uoce magna turbinis de aere, tempestatis de mari. Quo ergo fugiet miser, ubi se abscondet? Si in cœlum uoluerit ascendere tonitruo pulsabitur: Si in aerem, turbine conteretur. Si in terra remanere uoluerit, timorem non poterit sustinere, quia ut dicitur Iob. Terra aduersus eum consurget. Si in mare intrare uoluerit, fluctibus eius expelletur. Quid ergo restat misero, cui non est inuentus locus in toto mundo, nisi ut cadat in abyssum flammæ ignis deuorantis? de quo Iob. Deuorabit eum ignis qui non succenditur. Sequitur.

Arescentibus hominibus præ timore & expectatione quæ superuenient uniuerso orbi.] hoc est quod dicit Isa. Uululate, quia prope est dies domini, quasi uastitas a domino ueniet. Propter hoc omnes manus dissoluentur, & omne cor hominis contabescet & conteretur, torsiones & dolores terrebunt, quasi parturiens dolent. Sequitur. [*Nam uirtutes cœlorum nouebuntur præ admiratione.*] Vnde Isa. Tabescet omnis militia cœlorum, & complicabuntur sicut liber, cœli. Ibi glo. Aer iste igne inuoluetur, & plicari uidebitur

Iob. 4.

2. The. 5

Apo. 22.

Iob. 20.

Isa. 13.

tur

tur sicut liber. Postquam enim omnia peccata aperta fuerint & reuelata, complicabuntur libri qui aperti fuerant, ut ultra in eis non scribantur delicta. Ideo Danie. Iudicium sedit, & libri aperti sunt. Et tunc uidebuntur filium hominis uenientem in nubibus cum potestate magna & maiestate. Nota, ista potestas erit quo ad damnandos. Maiestas quo ad saluandos. De utraque dicamus. De potestate dicit Isai. Dominus sicut fortis egredietur, sicut uir preliator suscitabit zelum, id est ultionem. Vociferabitur & clamabit, super inimicos suos confortabitur. Tacui, semper filii, patiens fui, sicut parturiens loquar, dissipabo & absorbebo, simul desertos faciam montes & colles & omne germen eorum exsiccabo. Tacuit dominus tanquam ovis ad passionem ductus. Silet modo ad flagella. Vnde Iob Virga Dei non est super eos. Patiens est, expectans ad poenitentiam Sap. Dissimulans peccata hominum propter poenitentiam. Sed in iudicio quasi parturiens loquetur dissimulatum dolorem proferens. Tunc dissipabit congregationes diuitiarum, & absorbebit potentiam eorum, desertos faciet montes & colles, id est superbiam prelatorum & subditorum. Et omne germen gulæ & luxuriæ eorum exsiccabit. Item de hac potestate. Esa. Gladius domini repletus est sanguine, incrassatus est adipe de sanguine agnorum & hircorum & de sanguine medullatorum arietum. Victima enim domini in Bosra, & interfectio magna in terra Edom. Et descendunt unicornes cum eis, & tauri cum potentibus. Inebriabitur terra eorum sanguine, & humilia eorum adipe pinguium, quia dies ultionis domini: annus retributionis iudicij Sion. Et conuertentur torrentes eius in picem ardentem nocte & die, non extinguentur in sempiternum. Ascendet fumus eius a generatione in generationem, id est in die iudicij. Gladius est potestas domini ulciscens se de inimicis. Repleta sanguine & incrassata adipe, id est puniet peccata & opulentiam

tiam carnalium. De sanguine agnorum, id est hypocritarum, qui cum sint lupi, agnos se simulant. Et hircorum, id est libidinosorum & medullatorum arietum, id est pinguium abbatum & priorum qui sunt duces gregi. Victima enim, id est ultio domini in Bosra, quæ interpretatur munita. scilicet discordia & dissoluta claustralium congregatione, quæ est exterius munita meris, sed interius omni transeunti uitio exposita. Vnde Isai. Posuisti ut terram corpus tuum & quasi uiam transeuntibus. Et interfectio magna in terra Edom, qui interpretatur sanguineus uel terrenus, id est clericis qui sanguine luxuriæ & terra pecuniæ sunt coinquinati. Et descendunt unicornes eius id est Imperatores & Reges huius mundi. Et tauri, id est Episcopi mitrati, qui habent in capite duo cornua uelut tauri. Omnes isti qui ueram poenitentiam de peccatis non egerunt, descendunt cum potentibus, id est huius seculi principibus & potestatibus in infernum quæ est terra morientium: quæ eorum sanguine & adipe, id est malitia & superbia inebriabitur. Cetera quæ in auctoritate sequuntur, expositione non indigent. Item de maiestate domini. Isai. Erit (inquit) dominus in lucem sempiternam, & complebuntur dies luctus tui, quia obliuioni traditæ sunt angustia priores, & quia absconditæ sunt ab oculis, scilicet illorum qui in hac uita degunt in sanctitate & iustitia expectantes eum uenturum ad iudicium, de quibus in fine introitus dicitur. Etenim uniuersi qui te expectant non confundentur, immo in sempiternum exaltabuntur, unde de eorum gloria & malorum poena dicitur Isai. Ecce serui mei comedent, & uos esurietis, bibent, & uos sitietis, lætabuntur, & uos confundemini. Ecce serui mei laudabunt præ exaltatione cordis, & uos clamabitis præ dolore cordis & præ contritione spiritus ululantes. Rogemus &c.

Domi-

Dani. 7.

Isai. 45.

Iob. 21.

Sap. 11.

Isai. 34.

Isai. 51.

Isai. 60.

Psal. 24.

Isai. 65.

Dominicæ II. Aduentus . Sermo de
 profectu operum Christi .

Mat. 11

Cum audisset Ioannes in uinculis opera Christi &c. Matth. 11. Vbi tria sunt animaduertenda. Primum est Ioannis in carceratione, in quo innuitur gratiæ suæ bonorum uinculario & persecutio. ibi. [Cum audisset Ioannes in uinculis.] Secundum est miraculorum Christi operatio siue denunciatio in peccatorum curatione ibi. [Euntes renunciate Ioanni. Cæci uident &c.] Tertium est beati Ioannis per Christum commendatio, in quo habetur perfectorum approbatio, electio, acceptatio. ibi. [Quid exiitis in desertum uidere?] Cum audisset Ioannes in uinculis opera Christi mittens duos de discipulis suis, ait illi. Tu es es qui uenturus es, et alium expectamus, &c.] Dicitur in hoc Euangelio, Herodes tenuit Ioannem, & posuit eum in carcerem propter Herodiadem &c.

Nota quid significet

Herodes.
 Herodias.
 Ioannes & uincula.
 Duo discipuli.

Herodes est mundus: Herodias est caro: Ioannes, spiritus hominis: Vincula, uanitas & uoluptas, duo discipuli, spes & timor. Moraliter Herodis & Herodias interpretatur glorians in pellibus, & gloria pellis. Mundus & caro in exteriori pulchritudine habent gloriam. De qua Isa. Quid facietis in die uisitationis & calamitatis de longe uenientis? Ioannes interpretatur gratia Dei, & significat spiritum hominis qui gratiam Dei in baptismo suscepit. Vnde Isa. Effundam super

sitien-

sitientem aquas & fluenta super aridam, effundam spiritum meum super semen tuum &c. Sitiens & arida est anima ante baptismum. Nam eramus (inquit Apostolus Ephe. filij iræ natura. Sed dominus effundens aquam baptismalem, effudit spiritum, & suam gratiam Eph. 2. ut de filiis iræ faceret filios gratiæ. Et sint semen & spiritus, id est, filij sanctæ ecclesiæ, & germinent herbas, id est, sanctos quasi salices, id est, in fide uirtutibus inhærentes. Iuxta præter fluentes aquas, id est, charismata gratiarum. Hinc Ioannem gratia sic illuminatum Herodes & Herodias, i. mundus & caro alligant suis uinculis. Mundus uanitate, caro uoluptate. Mundi uanitas consistit in superbia, & auaritia. Voluptas carnis in gula & luxuria. De his quatuor, Isa. Væh genti peccatrici, peccato superbiæ. Populo graui iniquitate, auaritiæ. Semini nequam, gulæ. Filij sceleratis, luxuriæ. Ecce quibus uinculis noster spiritus captus tenetur. Sed inter hæc quid debet facere? certe illud quod sequitur. [Cum audisset Ioannes in uinculis opera Christi, mittens &c.] Opera Christi sunt creatio & recreatio. De quibus Isa. Cithara, & lyra, & tympanum & tibia, & uinum in conuiujs uestris. In quibus quinque Isa. 5. sensuum delectatio (ut longe superius dictum est) designatur. Sequitur. Et opus domini non recipitis, nec opera manuum eius. Opus domini creatio, quæ bene considerata sui inspectorẽ transmittit ad sui creatoris considerationẽ. Si. n. tanta pulchritudo est in creatura quanta est in creatore? Opificis sapiẽtia respicet in materia, sed hæc sensibus dediti non respiciunt, nec opera manuum eius quæ clauis in cruce fuerunt perforata, considerant. Affixis. n. in cruce manibus diabolus debellauit, & humanũ genus de eius manibus eripuit. Hæc opera Christi cũ spiritus noster audit positus in uinculis, statim debet mittere duos de discipulis suis. Audit inquam interiori aure cordis ab inspiratione spiritus inspirantis. Exteriori aure corporis a uoce prædicantis.

cantis. Cum sic audit: Spem & timorem debet mittere ad ipsum, dicens. [Tu es qui uenturus es?] qui me creasti & recreasti, fecisti, & redemisti? Et in hoc mihi spes de tua misericordia: qui uenturus es me iudicare secundum opera mea. Et in hoc timeo de tua iustitia, an alium expectamus orbem terræ de iniquitate iudicaturum. Non utique. Qui enim fecit & redemit, ipse & iudicabit, quia omne iudiciū dedit filio. Sequitur.

Euntes renunciate Ioanni quæ audistis & uidistis. Hic describitur error hæreticorum qui dicunt Ioannem damnatum eo quod de Christo dubitauit, dicens, [Tu es qui uenturus es,] & in illa dubitatione mortuum in carcere ante discipulorum quos miserat reditum. Obmutescat lingua maledicta. Ioannes de Christo non dubitauit, cui testimonium perhibuit, dicens. Ecce agnus Dei. Sed ut suos discipulos in fide Christi confirmaret, mittens interrogauit, ut ipsius uisis miraculis de cætero non dubitarent. Vnde Christus non ad interrogationem Ioannis, sed ut corda discipulorum eius confirmaret, respondit [Cæci uident &c.] Dicit Gregorius. Ioannes ipsum redemptorem mundi esse non dubitauit, sed quærit ut sciat si is qui per se in mundum uenerat, per se etiam ad inferni claustra descenderet. Hoc etiam quod obijciunt, quod ante reditum discipulorum mortuus fuerit, ex euangelij uerbis aperte ostenditur esse falsum. Aut dominus discipulis Ioannis impossibile præcepit aut possibile? cum ait [Ite renunciate Ioanni &c.] Sed dominus nunquam præcipit impossibile. Sed si Ioannes antequam discipuli redirent mortuus fuit in carcere, Dominus impossibile præcepit: Ite renunciate. Cui renunciarent? mortuo? non utique. Constat ergo quod discipuli Ioannem uiuum inueniunt: cui audita & uisa renunciarent. Dominus enim semper possibile præcipit. Sequitur. [Cæci uident, claudi ambulant &c.] Cæci sunt superbi: claudi hypocritæ: leprosi, luxuriosi, Surdi, auari, mortui, gulosi, Paupere-

Pauperes, humiles. Cæci uident. hoc est quod Isa. De tenebris & caligine oculi cæcorū uidebunt. Idem. Quis cæcus nisi qui uænuundatus est? & quis cæcus nisi seruus domini? Qui uides multa non custodies? Qui sunt hodie cæci, id est, superbi nisi illi qui uocantur serui dñi, & uidentur seruire dño, id est, religiosi & clerici? Qui sunt cæci & superbi, nisi illi qui multa uident scripturis & nihil custodiunt? Alij uident multa & sibi nulla. Ideo Esaias. Respice Sion ciuitatē solēnitatis nostræ &c. Respice humilitas tua illuminauit te. Cæci ergo uident. Sequitur. [Cæci ambulant.] Claudus dicitur quia clausus est in eundo. Hypocrita in uia suæ cōuersationis clausus incedit. Qui enim male agit odit lucem, ne arguantur opera eius in lumine. Isa. Væh. qui profundi æstis corde, id est, celantes iniquitatē uestrā ut a dño abscondatis consilium quoniam sunt in tenebris opera, & dicunt: Quis nos uidebit? & quis nouit nos? Hypocrita claudicat uno pede. Vnum enim pedem suspendit a terra? & alium ponit in terra. Dum uilicas in ueste, humilitas in uoce, pallor in facie apparet, a terra leuat pedem. Sed cum pro ijs laudari appetit, sanctus uideri quærit: tunc proculdubio alium pedem in terra ponit. Aliter dicitur. Reg. quod Mi-
phiboseth claudus erat utroque pede. Affectu, scilicet
& effectu, quibus qui claudicant, digni sunt æterna
confusione. De qua Isa. Minabit rex Assyriorum capiuitarum &c. Sequitur. Leprosi mundantur. Dicitur Reg. quod Naaman erat uir magnus, & diues, sed leprosus. Quia ubi diuitiarum, & deliciarum affluentia, ibi luxuriæ lepra. Vnde Esaias cum præmisset; Repleta est terra argento, & auro, non est finis thesaurorum eius, statim addidit. Et repleta est terra equis, id est, luxuriosis. Vnde Exodi dicitur quod ex auro formatus est uitulus. Quia ex auro abundantia formatur uitulus luxuriæ. De quo Isa. Ibi pascetur uitulus, & ibi accubabit, & consumet summities eius. Hoc idem Job. Ignis est usque ad perditionem deuorans. Lauamini o leprosi & mund-

- di estote. Auferte luxuriæ malum cogitationum uestrorum &c. ut uobis dicatur, Leprosi mundantur. Sequitur.
- Isa. 29.* [*Surdi audiunt,*] hoc est quod dic. Isa. Audiēt in die illa surdi uerba libri. Surdus dicitur quasi sordidus. Habet enim sordes in auribus, quibus oppilantur uix̄e auditus. Surdi sunt auari, & usurarij, quorum aures sunt obturatæ sordibus pecuniæ. Vnde Psal. Furor illis secundum similitudinem serpentis sicut aspidis surdæ obturantis aures suas. Dicitur q̄ serpens ne audiat uocem incantantis unam aurem applicat terræ, & alteram obturat cauda. Auris dicta eo q̄ a uide rapiat, uel quod auriat sonū. Infelix auarus uel usurarius tãto dono naturæ & gratiæ se priuat, qui ne uerbū uitæ a uide rapiat, uel sonum prædicantis hauriat aures cordis obturat. s. terra. i. amore pecuniæ iam acquisitæ; & cauda, id est turpi ambitione acquirendæ. Qui huius mundi sunt, uerba libri id est euangelij, quo dicitur, Beati pauperes, nolunt audire. Oportet eos a cordis auribus terram pecuniæ male acquisitæ excutere, & caudam acquirendæ omnino contrahere, & tunc eis poterit dici. Surdi audiunt. Sequitur.
- Isa. 26.* [*Mortui resurgunt.*] Hoc dicit Isaias. Mortui tui uiuent. Interfecti uestri resurgent. Mortui sunt gulosi. Sepulcrū
- Psal. 13.* (inquit Psal.) Patens est guttur eorum, quo ueluti mortui iacent sepulti. Vnde Isaias. Verum hi quoque præ uino nescierunt, & præ ebrietate errauerunt. Sacerdos & p̄pheta nescierūt præ ebrietate, absorpti sunt a uino, sicut ossa dum absorbet uinum uel absorberetur a uino, &
- Luca. 16.* in inferno uentris sui sepeliuntur. Luca. Diues qui quotidie epulabatur splendide &c. Lazarus autem iacebat extra ianuam, id est extra delectationem quinque sensuum famelicus. Dominus autem (ut dicit Apostolus) extra portam passus est, diues uero intra ianuam se quotidie sepeliebat, in inferno scilicet uentris sui. O domine quis confitebitur tibi: neque mortui laudabunt te domine Qui laudare uolunt, de sepulcro gulæ egrediantur, de tenebris & chaos inferni ad lucem abstinentiæ cibi & potus. De hoc Isaias. Expergescimini & laudate q̄
- habi-

habitis in puluere, quia ros lucis ros tuus. Sicut ros refrigerat ardorem, & lux fugat tenebras, sic abstinentia gulæ ardorem & uitiorum refrigerat, & mentis tenebras fugat. Et sic ad uitam mortui resurgunt. Sequitur.

[*Pauperes euangelizantur.*] De quibus Isaias. 14. Pascuntur primogeniti pauperum, & pauperes fiducialiter requiescent. Item cap. 29. Adderit mites in domino lætiam, & pauperes homines in sancto Israeli exultabunt. Solum pauperes, id est humiles euangelizantur. Quia concupiscentia est receptina infusorum, sed tumor repellit infusa. Qui sicut (inquit dominus Ioannis.) Veniat & bibat. Quia ut dicit Isa. 44. Effundam aquam super sitientem. Aquam salutaris sapientiæ sitiunt hodie pauperes, simplices, idiotæ, rustici, & uetulæ. Ciues uero Babiloniæ qui inebriantur aureo calice meretricis magnæ, sapientes, & cōsiliarij Pharaonis, qui (ut dicitur Job 32.) Pleni sunt sermonibus, & coarctat eos spiritus uteri eorum, & uenter eorum quasi mustum absque spiraculo, quod lagunculas nouas dirumpit. Credite mihi quia nō tales, sed solum pauperes euangelizantur. Sequitur. [*Beatus qui non fuerit scandalizatus in me.*] Christus est ueritas. In Christo fuerunt paupertas, obedientia, & humilitas. Quis in his uel de his scandalizantur, in Christo scandalizantur. Sed non ueri pauperes, quia ipsi solum euangelizantur, id est uerbo euangelij pascuntur. Quia ipsi populi domini, & oues pascuæ eius. Huic secundæ particulæ concordat secunda pars epistolæ. Suscipite in uicē sicut & Christus suscepit uos in honore Dei. Christus enim suscepit cæcos, ut eos illuminaret, Claudos ut eis gressum præberet, Leprosos, ut eos mundaret, Surdos, ut eis auditum restitueret, Mortuos, ut eos resuscitaret, Pauperes, ut eos euangelizaret. Sic inuicem debemus nos suscipere. Si proximus tuus est superbia cæcus, quantum in te est, illumina eum exemplo humilitatis. Si claudus hypocrisis, rectifica eum opere ueritatis. Si leprosus luxuria, munda eum uerbo: & exemplo honestatis. Si surdus auaritia, propone ei exemplum dominicæ

B 2 pauper-

*Isa. 29.**Psal. 57.**Isa. 26.**Psal. 13.**Luca. 16.**Isa. 26.**Isa. 14.**Ioan. 7.*

paupertatis. Si mortuus gulositate, & ebrietate, resuscitatus eum exemplo, & uirtute abstinentiæ. Pauperes uero euangelizant uitam Christi. Sequitur tertium.

Quid existis in desertum uidere arundinem &c.] Nota quid.

Desertum Moraliter
Arundo Desertum est religio.
Homo mollibus Vnde Isai. Letabitur
Vestitus Isai. 35. deserta & in uia, & exultabit solitudo; & florebit quasi liliam, germinans germinabit, & exultabit lætabunda & laudans. In qualibet religione tria sunt omnino obseruanda.

Paupertas Letabitur deserta.
scilicet Castitas Ibi. Florebit quasi liliam.
Obedientia Germinans germi. &c.

De primo habeo q̄ quilibet religiosus qui ueram paupertatem uult habere oportet eum tria facere.

Primo Omni exteriori substantiæ renūciare.
Secundo oportet uoluntatem aliquid habendi de cetero non habere.

Tertio Ipsius paupertatis necessitatem patienter tolerare.

Hæc tria in his uerbis, deserta, in uia, & solitudo, notantur. Vita cuiuslibet religiosi debet esse deserta, id est in omni exteriori substantiæ abrenuntiatione. In uia, id est sine uia, id est ut nullum uestigium aliquid habendi in ipso remaneat uoluntate. De his duobus. Isai. Erit desertum in chermel, & chermel in saltum reputabitur. Chermel interpretatur cognitio circuncisionis. Desertum ergo id est religio erit in Chermel, id est in circuncisione quo ad substantiæ renuntiationem & substantiæ circuncisionem. In saltum quo ad non habendi uoluntatem. Quicumq; ab his duobus uinculis est ereptus bene potest lætari & cātare. Anima mea erepta est de laqueo uenantium. Lætabitur deserta & in uia. Sed oportet adiungere tertium, ut scilicet sciat religiosus esurire, & sitire, & penuriam pati. Et sic erit solitudo, quæ tunc exultabit

Isai. 35.

Isai. 32.

abit cum hæc & his similia patienter sustinebit. Sequitur de castitate. Et florebit quasi liliam. Liliam dictam quasi lacteam, candorē castitatis significat. Vnde Thre. Nazarei eius candidiores niue: nitidiores lacte. Quibus dominus promittit per Isai. Non dicat Eunuchus (id est qui se propter regnum cœlorum castrauit, id est continentiam promissit.) Ecce ego lignum aridum. Quia hæc dicit dominus Eunuchis. Qui custodierint, sabbata mea, id est cordis munditiam, quæ est pectoris, & elegerint quæ uolui, id est continentiam cordis de qua dicit Apostolus. Thessa. Hæc est uoluntas Dei sanctificatio uestra, ut sciat uniuersusquisque uas suum possidere, id est corpus suum in honore & sanctificatione. Et tenuerint fœdus quod pepigerunt mecum, scilicet in baptismo, dabo eis in domo mea in qua mansiones multæ sunt & in muris meis unde Io. in Apoca. Erat structura muri eius ex lapide Iaspide, qui uiridis coloris est, in quo æternæ uiriditatis iocunditas designatur locum de quo Io. 14. Vado parare uobis locum & nomen melius id est excellentius. Et filijs & filiabus, id est quasi filios & filias genuissent nomē sempiternū de quo Apoc. Scribā super eum nomen meū, & nomē ciuitatis nouæ Hierusalē, quia pacifica. Nomen ergo sempiternū dabo eis q̄ nulla obliuione delebitur. Sequitur de obedientia. Germinans germinabit, exultabit lætabunda. Nota q̄ uera obedientia in se habet quinque quæ in his quinque uerbis designantur. Vera obedientia est humilis, deuota, festina, iocunda, & perseverans. Humilis in corde: hæc est germinans. Germen est initium floris, sic humilitas initium omnis bonæ actionis. Deuota in uoce, hæc germinabit. Ex humilitate enim cordis procedit deuotio uocis. Festina, in iussione. Ideo exultabit. Exultauit inquit Psal. ut gigas ad currendam uiam. Iocunda in tribulatione, hæc est lætabunda. Perseuerans in præcepti adimplerione, & tunc erit laudans, quia in fine omnis laus canitur. O religiosi tale debet esse uestræ religionis desertum ad quod de mundi uanitate existis incolendum. Vnde in

Thre. 4.

1 Thes. 4.

Apoc. 21

Psal. 81.

præsenti euangelio uobis dicit dominus. [*Quid existis in desertum uidere arundinem uento agitatum?*] Arundo dicta quasi aura ducta uel quasi arida. Nota quod arundo radicem habet in luto, in quo gula & luxuria, uacua interiorius, pulchra exteriorius, in quo hypocrisis, & uana gloria, a uento mundi agitata. In quo mentis instabilitas designatur. Infelix & maledictum illud claustrum in quo talis arbor plantatur & concreuit. Ad radicem cuius securis iam posita est ut excidatur, & in ignem mittatur. Dicitur. *Isa. 41.* Ponam in desertum abietem, ulnum, & buxum simul (non arundinem uento agitatum.) In abiete signatur celestis conuersatio. In ulmo quæ uitam sustentat, proximi compassio. In buxo, quæ est pallidi coloris, corporis mortificatio. His arboribus (non arundine uento agitata, igne comburenda) desertum benedictionis paradisi sanctæ religionis conseruatur & decoratur. Sequitur. [*Quis existis uidere.*] hominem mollibus uestibus? Dicitur hic quod Ioannes habebat uestimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos, esca eius locustæ & mel syluestre. Videte obsecro si nostri temporis religiosi his uestimentis induuntur, his cibis pascuntur. [*Ecce qui mollibus uestibus, in do. Re. sunt.*] Non dico religio, sed dæmonum legio, fecit de deserto palatium, de claustro, castellum, de solitudine, curiam regalem. Religiosus & miles de eodem panno pariuntur sibi uestimentum, sed eremi cultor, maximus uatum, de pilis camelorum habuit uestimentum. Sed si beatus Ioannes prænunciatus ab angelo, sanctificatus in utero, laudatus a domino, inter natos mulierum & c. tanta fuit usus asperitate. Quid nos in peccato concepti, peccatis onerati, reprobandi a domino (nisi misericordia affuerit) quid debemus facere? Quanta afflictione, quanta asperitate nos affligere? In deserto ergo penitentia sit utilitas habitus, asperitas uictus, ut uerè possimus uocari religiosi, id est relegati, scilicet ab omni uoluptate carnali, quod nobis concedat. & c.

Domini.

Dominicæ tertiæ Aduentus, Sermo super
Epist. Dicit, De letitiæ Christianæ
causa.



Audete in domino. Philip. 4. In hac epistola tria fiunt. Primo, mens siue affectus erigitur. ibi. [*Gaudete.*] Et in hoc est fiducia. Vnde Paulus Rom. Spe gaudentes, in tribulatione patientes. Secundo, actus uel intentio dirigitur, uel regulatur. ibi. [*In domino.*] Ut uere quilibet dicat. Ego autem in domino gaudebo & c. Tertio perseverantia indicitur. ibi. [*Semper.*] Psal. Ego autem semper sperabo & adiciam semper. Dicit ergo. [*Gaudete in domino semper.*] Quod non possunt facere illi de quibus *Isai.* Omne caput languidum & omne cor mœrens: a planta pedis usque ad uerticem non est in eo sanitas. Vulnus & liuor & plaga tumens, non est circumligata, nec curata medicamine, neque foras oleo. In capite prælati, in corde religiosi: in planta laici designantur. Heu heu omne caput est languidum. Vnde Hieremias. A prophetis Hierusalem egressa est malitia super terram. Et Daniel. Egressa est iniquitas a senioribus iudicibus Babylonis qui uidebantur regere populum. De quo languore *Isa.* In cunctis capitibus (id est prælati) eius (id est ecclesiæ) erit caluitium: & omnis barba radetur. Ex longa infirmitate & senectute solent capilli defluere & fieri caluitium in capite. Heu caput nostrum. i. prælati nostri ex longa infirmitate uiciorum & inueteratione dierum malorum amiserunt comam, spiritus sancti scilicet gratiam. Et omnis barba, id est omnis boni operis uigor & fortitudo in eis est rasa. Et sic effecti sunt debiles & effeminati. Vnde de eis dominus per *Isa. cap.* Dabo pueros principes eorum, & effeminati dominabuntur eis. Omne ergo caput languidum. Sequitur. Et omne cor mœrens

B 4 rens

hominem eripuit, & Deo patri reconciliauit: quem vos nescitis. Hoc est quod dicit Isaia. Filios enutriui & exaltaui. Ipsi autem spreuerunt me. Cognouit bos possessorem suum & asinus præsep domini sui; Israel autem me non cognouit: & populus meus non intellexit. Bos id est latro in cruce possess. suum dicens. Memento mei. Et asinus, id est centurio, præsep domini sui. Populus autem meus, id est laici. Israel autem, id est clerici &c. Sequitur. [Nihil solliciti sitis.] Sollicitudo enim temporalium facit domini obliuionem uenire, ut dicit Isa. *Isai. 57.* Vitam manus tuæ inuenisti, propterea non rogasti, pro quo, (id est pro diuitijs custodiendis) sollicite timuisti, quia mentita es & non es mei recordata &c. Sequitur. Venient hæc duo subito, scilicet sterilitas abundantie temporalis, & uiduitas concupiscentiæ carnalis. [Nihil ergo solliciti sitis.] De curiosis autem & sollicitis dicit Isaia. *Isai. 19.* Mœrebunt piscatores & lugebunt omnes in flumen mittentes hamum, & expandentes rete super faciem aquarum emarcescent. Confundentur qui operabuntur linum, plectentes & texentes subtilia. Piscatores sunt huius mundi amatores solliciti & curiosi circa diuitias & delicias. In flumen mittentes hamum sunt mercatores falsi, qui quasi esca falsæ pulchritudinis cooperiunt hamum suæ mentis, ut capiant eum qui emere cupit. Expandentes rete super faciem aquarum, sunt maledicti usurarij, qui in rete usuræ magnos & paruos comprehendunt. Qui operantur linum plectentes & texentes subtilia, scilicet argumenta, sunt legitæ & decretistæ & aduocati. Hi omnes in fine uitæ suæ cum iam non poterunt uillicare, lugebunt, quia diuitijs quas tam solliciti acquisierunt, tam ardentes amauerunt, ita miserime denudantur, marcescent: quia eorum animæ a corpore egressæ dæmonibus tradentur, æternaliter puniendæ. Confundentur in die iudicij coram domino & angelis eius. Nihil ergo solliciti sitis. Sequitur. [Sed in omni oratione & obsecratione cum gratiarum actione petitiones uestre imotescant apud Deum sicut innotescebāt petitiones

Exe-

Exchie.] de quibus Isa. Conuertit (inquit) faciem suā ad parietem scilicet templi, quia ad templum ire non poterat ægritudine grauatus, orat dominum & dixit. Obsecro domine &c. Et sequitur. Et fleuit fletu magno *Glossa.* Quia moriebatur sine filijs, & promissionem factam patribus suis tenebat perituram pro peccatis suis. Sequitur. Ecce ego adijciam super dies tuos quindecim annos &c. Nota paries dictus a parilitate est, humanitas Christi in cuius uita nulla fuit inæqualitas, de quo pariete sponsa in Canti. En ipse stat post parietem nostrum. *Isaiæ.* Spiritus robustorum (id est iudeorum) quasi turbo impellens parietem, id est insaniens, non subuerrens parietem, id est Iesum in passione immobilem. Ad hunc ergo parietem. O peccator qui animæ tuæ infirmitate detineris, teipsum conuerte, contritione scilicet cordis, & ueritate confessionis quam debes facere cum fletu magno & finali perseverantiæ proposito. Et sic petitiones tuæ innotescent apud Deum. Adijciet enim super dies tuæ patientiæ uel pœnitentiæ annos gloriæ, & de manu regis Assyriorum, id est diaboli & eius ministrorum eruet te, & ciuitatem, id est animam & corpus proteget, & defender. Vnde & sequitur. Et pax Dei. De qua Isa. Veniet pax, requiescet in cubili suo qui ambulauit in directione sua. *Glossa.* Propheta imprecatur ut Christus ueniat, & resurgens a mortuis requiescat, scilicet in gloria paternæ maiestatis, uel in ecclesia in qua in directione ambulauit qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Quæ exuperat omnem sensum, angelorum scilicet & hominum. Quis inquit Apostolus agnouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? Custodiat corda uestra, ut sit opus iustitiæ, pax, & intelligentias uestras, ut sit cultus iustitiæ silentium, in Christo Iesu domino nostro, quem humiliter deprecemur, ut det nobis gaudere in domino. Amen.

*Isai. 38.**Cam. 2.**Isai. 25.**Isai. 57.*

Dominicæ

Dominicæ quartæ aduentus, Sermo de catho-
lici concionatoris munere.

Factum est uerbum domini super Ioannem Za-
charie filium in deserto.] Lucæ. 3. Duo
sunt in presenti euangelio uidenda. Pri-
mò fit beati Ioannis auctoritatis collatio
gratiosa ad prædicandū: ibid. [Factum est
uerbum domini &c.] Secundò humilitatis conditio fru-
ctuosa ad promerendum ibi. [Omni uall. &c.]

Quo ad primum,] Ioannes prælatum uel prædicato-
rem sanctæ ecclesiæ significat: qui debet esse filius Za-
charie, qui interpretatur memoria domini: ut semper
habeat in memoria quasi in quodam memoriali: passio-
nem domini. Vnde Isai. Nomen tuum & memoriale
tuum in desiderio animæ. Anima mea desiderabit in no-
cte, sed & spiritus meus in præcordijs meis, de mane uigilabo ad te. In nocte scilicet aduersitatis ipsum deside-
rare: & in mane prosperitatis ad ipsum uigilare debe-
mus: eiusq; passionis memoriale retinere. Si prædica-
tor uel prælatus fuerit filius Zachariæ, dicens cum pro-
pheta. Memor fui Dei & delectatus sum. s. in amaritudi-
ne passionis: ut dicat cum sponsa illud Cant. Fasciculus
myrrhæ dilectus meus mihi. Fiet super eum uerbum
domini, uerbum uitæ & pacis, uerbum gratiæ & uerita-
tis, uerbum quod uidit Isaias (Isa. 1.) filius Amos super
Iudam & Hierusalem, id est super animam confitentem
& pacifice commorantem. O uerbum non uerberans,
sed cor inebrians. O uerbum dulce confortans peccato-
rem & beatæ spei. O uerbum aqua frigida animæ siti-
ti nuncius bonus, bona nuncians de terra longinqua.
Hic sibilus auræ tenuis, id est inspiratio Dei omnipotē-
tis de qua Job. 32. Vt uideo, spiritus est in hominibus, &
inspiratio omnipotentis dat intelligētiā. O quam bo-
nus & beatus & uere dignus appellatione, super quem
est factum uerbum istud. Fiat domine obsecro uerbum
tuum

Isa. 26.

Can. 1.

uum in pace. Lucerna pedibus meis uerbum tuum, ait
Psa. Audiuimus super quem fit. Sed in quo loco? In de-
serto inquit. Vbi desertum, ibi uerbum. Desertum ergo
de quo Psa. In terra deserta, in uia & in aquosa sic in san-
cto apparui tibi, ut uiderem uirtutem tuā & gloriam
tuam. Nota hic tres uirtutes, quæ sanctificant homines,
& ad contemplanandum Deum, mentem illuminant.

Psa. 118

	terra deserta		Paupertas
In	In uia	designatur	Castitas
	Inaquaosa		Abstinencia.

Terra ergo est corpus. Mens humilis uiri iusti quæ est
quasi hortus uoluptatis coram Deo, ter dicit. O Deus
Deus meus. In terra, id est corpore uel mente mea, deser-
ta paupertate, in uia castitate. In uia id est sine uia illa de
qua ecclesiastici. Mulier fornicaria quasi stercus in uia.
Et Isai. Posuisti ut terram corpus tuum, & quasi uiam
transeuntibus. In inaquaosa, id est sicca cibi, & potus ab-
stinencia. Sic in sancto, id est sancta conuersatione. Appa-
ruit tibi: ut tu qui sedes super Cherubin, appareas mi-
hi. Vnde addidit, ut uiderem uirtutem tuam, id est con-
templari possem ibi uitam tuam & gloriam tuam, id est
Iesum Christum filium tuū, ut inquit Apostol. Corint.
Dei uirtutem & Dei sapientiam. Et gloria patris ut di-
cit Salomon) est Filius sapiens. Hæc uia est uirtutem &
gloriam Dei contemplandi. Qui per hanc non incedit,
cæcus est, & quasi manu palpans parietem. Sequitur.
[Et uenit in omnem regionem Iordanis.] Iordanis inter-
pretatur humilis descensus, in quo compassio circa
Christum designatur. Prælatus uel prædicator descen-
dat & condescendat, ut proximum iacentem erigat.
Quam necessaria sit prædicatio, colligitur ex euange-
lio cum dicitur. Prædicans baptismum pœnitentiæ
in remissionem peccatorum. Hoc est quod dicit Isai.
cap. 1. Lauamini, mundi estote. Et paulo post. Si fue-
rint peccata uestra sicut coccinum, quasi nix dealba-
buntur. Sequitur. [Sicut scriptum est in libro sermo.]
Isaia. Prophetæ. (Isa. 40.) Vox clamantis in deserto.

Ecccl. 11.

Isai. 51.

1. Cor. 1.

Isai. 1.

Nota

Nota. ista uox est prædicatio. Clamans, Christus, Desertum, ipse crux. Vox est in aere. Et prædicator totus debet esse aereus, id est cælestis, ut eius conuersatio sit in cælis. Vnde Exodi. dicitur quod sub pedibus domini erat quasi opus lapidis Saphyri, & quasi cælum quod terrenum est. Saphyrus colorem habet aeris. Opus lapidis saphyri est uita iusti prædicatoris, qui mentis humilitate est subiectus pedibus dominicæ incarnationis, & in aere suspensus cõtemplatione cælestis beatitudinis. Vnde Isa. Qui sunt isti qui ut nubes uolant, & quasi columbæ ad fenestras suas? Prædicatores sancti dicuntur nubes, id est leues quasi nubes, exoneratæ terrenis, pluunt uerbis, intonant minis, coruscant exemplis, uolant in cælum uirtutum pennis. Et quasi columbæ simplices stant ad fenestras custodientes quinque sensus corporis sui, ne mors intret domum suæ mentis. O domine si talem uocem audirem, cum Adam clamarem, Vocem audiui tuam & timui. Vox talis non hominis, sed quasi sublimis Dei. Sonet ergo uox tua in auribus meis, a tali uoce contremuerunt labia mea. Sequitur [In deserto] Desertum fuit crux eius, in qua fuit derelictus, nudus, & spinis coronatus. Ibi clamauit ut leo. Vnde Amos, Morietur in sonitu Moab, in clangore tubæ. Moab est diabolus, qui mortuus fuit in clangore tubæ, scilicet prædicationis dominicæ, & in sonitu ipsius clamantis in cruce. Pater in manus tuas cõmendo spiritum meum, Vnde Isa. Ecce dominator dominus exercituum confringet lagunculam in terrore, & excelsi statura succidentur, & sublimes humiliabuntur, & subuertentur condensa saltus eius ferro. Laguncula est humanitas Christi de terra uirgine assumpta quam confregit in passione & hoc in terrore dæmonum, qui excelsi statura statim succensi sunt a sua potentia. Et sublimes, id est superbi Iudæi in uindictam passionis Christi sunt humiliati. i. deiecti, & condensa saltus id est Hierusalem terrestris, quam sic uocat propter multitudinem populi, est subuersa ferro Titi & Vespasiani. Et Libanus, id est templum cum excelsis, id est sacerdotibus

bus cecidit. Sequitur [Parate uiam domini]. Dicit Isa. Primo tempore alleuiata est terra Zabulon, & terra Nepralim, & nouissimo aggrauata est uia maris. Hoc est triduum, de quo Exodi. Idimus uiam trium dierum &c. Primo tempore, id est gratiæ infusione, quæ primo præuenit peccatorem, terra, id est mens eius alleuiatur in cõtritione peccati onere, & tunc est terra Zabulon, quæ interpretatur habitaculum fortitudinis. Quem enim in habitat gratia, fortitudine constantiæ corroborat. Vnde Isa. Qui dat lassio fortitudinem & uirtutem & ijs qui non sunt in fortitudine robur. Alleuiatur in confessione, cum peccatum & peccati circumstantias deponit. Et tunc est terra Nepralim, quæ interpretatur dilatata. Mens peccatoris dilatatur in confessione, sicut dixit dominus ad Iacob. Gene. Dilataberis ad orientem & occidentem, septentrionem & meridiem. Nota quod sacerdos in confessione debet quatuor peccatori proponere. Si dolet, & pœnitet de commissis. Si pœnitentiam sibi ab ipso iniunctam humiliter uult obseruare. Si habet firmum propositum de cætero mortaliter non peccare. Si uult proximo satisfacere, & ignoscere, & ipsū deligere. Si hæc uult facere, tunc ei pœnitentiam debet iniungere & ipsum absolueret. Aliter non. Cum ergo dolet, & pœnitet, dilatatur ad orientem, quia illuminatur a sole iustitiæ. Cum sacerdotis uoci & uoluntati uult obedire, tunc dilatatur ad occidentem. A seipso enim occidit dum alteri se subicit. Cum firmum propositum habet non relabendi, tunc dilatatur ad Septentrionem uel Aquilonem, in quo diaboli tentatio intelligitur. Ad Aquilonem se dilatat, qui diabolum impugnantem impugnat. Cum proximum uult diligere, tunc ad meridiem, in quo feruor charitatis signatur & intelligitur, dilatatur. Si has duas dietas ita peregerit, ad tertiam poterit peruenire, de qua subditur. Et nouissimo aggrauata, id est afflicta grauiter est uia maris, id est satisfactio pœnitentiæ, quæ uere est amara. Vnde Isa. Amara est portio bibentibus eam. In duobus primis anima illuminatur. In ter-

Isa. 11.

Exod. 3

Isa. 40.

Gen. 28

Isa. 24.

- tio caro grauius affligitur. Vnde Greg. Necessè est ut caro quæ læta duxit ad culpam, ad flicta reducat ad ueniã.
- Isa. 26.* Hæc est uia per quam dominus uenit ad animam. Sequitur. Rectas facite semitas eius dicit Isa. Semita iusti recta est. Rectus callis iusti ad ambulandum; Semita dicta quæ si semi. i. medium iter. Semita est quælibet religio quæ uoto paupertatis & continentia se coarctauit & coangustauit. Vnde Isa. Coangustatum est stratum, ita ut alter decidat, & pallium breue utrunque operire non potest. Religio inquam stratum est, quæ si bene fuerit coangustata tanquam semita, solum suscipiet sp̄sum castitatis & obedientia spiritum, & expellet adulterium fornicationis & inobedientia uitium. Et breue pallium paupertatis, utrunq; id est proprietariũ & spiritu pauperculũ operire non potest. Quæ enim conuentio Christi ad Belial? Quæ conuentio pauperculi & proprietarij, qui est quasi Belial inter filios dei? Rectas ergo facite semitas dei nostri. Sequitur. *[Omnis uallis implebitur.]* hoc est quod dicit Isa. ca. Ad quem respiciam, nisi ad pauperculũ & coarctum spiritu, & tremem sermones meos? Vallis est humilitas mentis. de qua Hieremias. Vide uias tuas in conualle, id est cognosce peccata tua in duplici humilitate. Humilitas ostendit seipsum. Vnde Isa. Cognoscetur dominus ab Aegypto, & cognoscent Aegyptii dominum in die illa, scilicet in claritate humilitatis. Aegyptij. i. i. nebrofi superbi cognoscent dominum, & econuerso, & sic seipsum Augustinus. Da mihi domine cognoscere te & me. Ideo Isa. postquam uidit dominum, seipsum arguit dicens. Vah mihi quia tacui &c. Omnis ergo uallis implebitur illo, scilicet grano frumenti. de quo Psal. Valles abundabunt frumento. Beata Maria quia uallis, ideo fuit plena, & de plenitudine eius omnes nos accepimus scilicet nos uacui. Psal. Replebimur in bonis domus suæ Soli humiles implebuntur illa ubertate, quam nobis promittit Leui. Dabo uobis pluuias temporibus suis & terra gignet germẽ suum, & pomis arbores replebuntur. Dat dominus pluuiam, cum germen compunctio

punctiois infundit. Vnde Isa. Dabitur pluuiã seminũ tuo ubicunq; seminaueris in terra quæ gignet germen suum. Ex pluuiã compunctiois gignitur germen bonæ uoluntatis. Et sic arbores, id est uasa cordis replentur pomis boni operis. De quibus Isa. ad Ezechiã. Comede hoc anno quæ sponte nascuntur, & in anno secundo pomis uescere. In anno autem tertio seminate & metite & plantate uineas. Nota quod triplex est status bonorum, qui in hoc triplici anno designantur, scilicet Incipientium, proficientium, & perfectorum. Incipientes gratia gratis data preuenti, comedunt quam sponte nascuntur, hoc est quod dicit dominus Osee. Diligam eos spontanee. Nullis enim meritis precedentibus, sed sola Dei benignitate & gratia reficiuntur. Proficientes quasi in secundo anno pomis bonorum operum uescuntur, ut bona uoluntas quæ prius erat in affectu, sit in effectu. Perfecti uero sunt quasi in tertio anno affluentes omnimoda copia beatitudinis & plenitudinis. Vnde Psal. Benedices coronã, id est uitæ iustorum perfectã, anni benignitatis tuæ, & campi tui implebuntur ubertate. Omnis ergo uallis implebitur. Hæc impletio est illa uisitatio, de qua dicitur in introito Missæ. Memento nostri domine in beneplacito populi tui, uisita nos in salutem tuam, id est in filio tuo, ut ualles impleantur frumẽto. Sequitur. *[Et omnis mons & collis humiliabitur.]* dic. Isa. Detracta est usque ad inferos superbia tua &c. Nota ista duo, mons & collis. Mons superbia est in corde. Collis superbia in opere. Illa maior ista. Vnde Isa. Audiuius superbiam Moab, superbus est ualde. Superbia eius & arrogantia eius & indignatio eius plus quam fortitudo eius. Ibi interlinearis. Plus enim audet quãdã possit. Idcirco ululabit Moab, scilicet in inferno. Omnis ergo mons & collis humiliabitur. Aliter exponitur de bona humilitate. dicit Isa. considerans aduentum Christi & eius humilitatem. Utinam dirumperes cælos & descendentes. A facie tua montes defluerent, sicut

exustio ignis tabescerent atque arderent igni. Vide quanto desiderio arserat, qui cœlos dirumpi optat, ubi inuisibilem, in carne uisibilem uidere ualeat. Dirumpatur cœlium, descendat uerbum, a cuius facie defluat superbia montium, a facie inquit) tua id est tuæ humilitatis, & humanitatis presentia, defluerent montes. Quis tam superbus, arrogans, & inflatus, si bene attenderet Dei maiestatem exinanitam, potentiam infirmatam, sapientiam balbutientem? Nonne cor eius sicut cœra a facie ignis deflueret? Ideo propheta. In ueritate tua id est in filio tuo, humiliasti nos (uel me.) Et sicut exustio ignis id est lignum, fœnum, stipula, auari tabescent. Quis tam auarus si bene consideret Dei filium pannis inuolutum, prolepio reclinatum, qui non habuit ubi caput reclinaret, nisi ubi inclinato capite tradidit spiritum, ut non ab amore terreno tabesceret, & omnis eius pecunia sicut exustio ignis in cinerem redigeretur? Et aquæ luxuriosi qui quotidie lapsibus suis contendunt in infernum, arderent igne spiritus sancti, qui exsiccat humorem luxuriæ? & confert gratiam continentia. Sequitur. Et erunt praua indirecta, hoc est quod dicitur Isaïæ. Derelinquat impius uiam suam? scilicet prauam, & uir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad dominum, & miserabitur eius. Tunc cor prauum fit directum, cum præuaricator redit ad cor, ut dicit Isa, Redite præuaricatores ad cor, id est intellectum, qui quasi bestia uixistis. Sequitur. [Et aspera in uias planas &c.] Hoc est quod dicitur Isa. Super uias pascuntur, & in omnibus planis pascua eorum. Non esurient neque sitient &c. Aspera sunt fortium corda, quæ tunc sunt in uias planas, cum efficiuntur mollia & mansueta. Hoc est quod dicitur. Reg. Afferte mihi massam ficorum, quam cum attulissent, & posuissent super ulcus Ezechie, curatus est. Ulcus in carne est ferocitas in mente. Massa ficorum mansuetudo, & affabilitatis dulcedo, quæ ferocitatis curat ulcus. Vnde Prouerb. Patientia lenietur princeps, & lingua mollis confringet duritiam. Sequitur. Et uidebit omnis caro salutare Dei, id est

id est omnis homo in iudicio Christum. Quem impij uidebunt ad suam confusionem, in quem transixerunt. Vnde Isa. In terra sanctorum in qua gessit: & non uidebit gloriam Dei Septuaginta sic transtulerunt. Auferatur impius, ut non uideat gloriam Dei. Iusti uero, ut dicit Isa. Oculo ad oculum uidebunt, cum conuerterit dominus Sion. Rogemus igitur dominum &c.

Dominica infra octauam Natiuitatis
Domini,

De quatuor Sanctorum uirtutibus sequendis.

ERANT Ioseph, & Maria mirantes super his quæ dicebantur de illo.] i. uc. Vbi tria sunt Luc. 2. notanda. Primo parentum pia admiratio. ibi. [Erant Ioseph, & Maria mirantes.] Secundo, Simeonis uera prophetatio. ibi. [Positus est hic in ruina.] Tertio, Iesu puerilis secundum corpus argumentatio. ibi. [Puer autem Iesus proficiebat sapientia & etate.]

Quantum ad primum,] nota, istic quatuor personæ ponuntur. Et ideo quid moraliter significant, uideamus Ioseph accrescens: Maria stella maris: Simeon audiens tristitiam: Anna respondens interpretatur.

	Ioseph		paupertas,
In	Maria	designatur	humilitas,
	Simeone		pœnitentia,
	Anna		obediencia.

Ioseph accrescens, cum miser homo affluit delicijs, se dilatat in diuitijs, tunc decrescit, quia libertatem amisit. Sollicitudo enim diuitiarum eum afficit, quibus deficit a se, & in se decrescit. Infelix omnis qui minor est eo quod habet. Tunc enim minor est cum se rei, & non rem sibi supponit. Hæc seruilis suppositio tunc a-

perius cognoscitur quando quod cum amore possi-
detur, cum dolore amittitur. Ipse enim dolor ma-
gna seruitus est. Quid plura? Nusquam uera libertas
nisi in uoluntaria paupertate. hæc est Ioseph: qui accre-
scens. Vnde dicitur. Crescere me fecit dominus in terra
Gen. 41. paupertatis meæ. *Gene.* In terra inquit paupertatis, non
2. Reg. 3 abundantia. In illa crescere, in ista decrescere. Vnde
Reg. dicitur, quod Dauid erat proficiens & semper in
seipso robustior. Domus autem Saul decrescens quo-
tidie. Dauid inquam qui dicit. Ego autem mendi-
cus sum & pauper. Quasi lux resplendens proficit & cre-
Isa. 25. scit &c. Et seipso robustior fit. Quia paupertas læta &
uoluntaria robur tribuit. Vnde *Isa.* Spiritus robusto-
Hier. 31 rum (id est pauperum) quasi turbo impellens parietem:
scilicet diuitiarum. Diuitiæ enim dissoluunt, delitiæ
euacuant. Vnde *Hier.* Usquequo delitiis dissolueris fi-
lia uaga? Domus autem Saul, qui interpretatur abutens
id est diuitum huius mundi, qui abutuntur bonis & do-
Deut. 28 nis domini in uoluntate, & uoluptate sui corporis, quo-
tidie decrescit. Vnde *Moyes.* Deuter. Percutiat te deus
egestate (Permittit enim dominus percuti huius mun-
di diuitem egestate, quia semper eget) Febre (quia de
alterius felicitate torquetur & dolet) Frigore (id est ti-
more ne acquisita perdat) Ardore (ut non habita acqui-
rat) Aestu (gulæ) Aere corrupto (id est mala fame)
Rubigine (luxuriæ). Ecce qualiter decrescit domus
Saul, domus uero Dauid mendici & pauperis crescit de
uirtute in uirtutem in terra paupertatis eius. Sequitur
de humilitate: Maria stella maris. O humilitas stella
Mat. 11 maris præradius, noctem illuminans, ad portum diri-
gens, sicut flamma coruscans, & regem regum deum de-
monstrans. Qui dicit *Matthæi.* Discite a me quia mi-
tis sum & humilis corde. Qui hæc stella caret, cæcus
est & manu tentans. Et eius nauis tempestate frangi-
Exod. 14 tur, & ipse mediis fluctibus submergitur. Vnde
scribitur *Exodi*, quod respiciens dominus per colum-
nam nubis & ignis super castra Agyptiorum, interfecit
exercitum

exercitum eorum, & subuertit rotas curruum, fere-
banturque in profundum. Aegyptij quos nubes tene-
brosa obnubilat, diuites huius mundi, & potentes
caligine superbiæ obtenebratos significant, quos do-
minus interficiet, & subuertet rotas curruum, id est
dignitatem, & gloriam eorum, quæ quatuor anni
temporibus circumuoluuntur, & demerget eos in in-
fernum. Filij Israel quos splendor ignis illuminauit,
pœnitentes & pauperes spiritu significant, quos splen-
dor humilitatis illuminauit, qui sicco uestigio transie-
runt per mare huius mundi, cuius aquæ inundationes
amaræ sunt eis pro muro, id est ipsos muniunt, & de-
fendunt, a dextris prosperitatis, & a sinistris aduersi-
tatis id est ne fauor popularis eos eleuet, & ne tentatio
carnis præcipitet. Ideo *Deuteronom.* Inundationem ma-
ris quasi lac sugent. Nota quod nemo potest aliquid *Deut. 33*
sugere, nisi labia comprimat. Qui habet os hians in
pecuniæ acquisitione, in uanæ gloriæ negotiatione, &
populari fauore, non potest sugere inundationes ma-
ris. Difficile enim lupi a cadauere, formicæ a grano, a
melle muscæ: Meretrices a prostibulo: Mercatores a fo-
ro separantur. *Prouerb.* Adolescens iuxta uiam etiam *Prou. 22*
cum senuerit non recedet ab ea. Soli uero humiles qui
labia sua comprimunt, id est stringunt ab amore tem-
poralium mundationes maris quasi lac sugunt. O stel-
la maris. O humilitas cordis, quæ mare amarum, &
horridum conuertis in lac dulce & iocundum. O quàm
dulcis amaritudo, quàm leuis tribulatio, quàm electi
sustinent pro Christi nomine. Lapidès Stephano: Cra-
ricula Laurentio: Carbones ignis Vincentio dulces fue-
runt. Inundationes maris quasi lac pro Christo suserunt.
In hoc etiam uerbo sugere, notatur auuiditas cum dele-
ctatione. Sola enim humilitas cum spiritus auuiditate &
delectatione nouit sugere tribulationem & dolorem. Vn-
de *Cantic.* Quis mihi det te fratrem meum sugentem *Cant. 8.*
ubera matris meæ? Tres hic personæ ponuntur. mater
soror, & frater. Mater est pœnitentia, quæ duo habet
C 3 ubera,

ubera, scilicet dolorem & contritionem, tribulationem
& satisfactionem. Soror est paupertas. Frater est spiritus
humilitatis. Dicit ergo soror paupertas. Quis mihi
de te fratrem meum, spiritum humilitatis, ut cum au-
ditate fugas ubera matris meae; Ecce frater & soror Io-
seph & Maria, sponsus & sponsa. Paupertas & humili-
tas. Qui habet sponsam, sponsus est. Beatus ille pauper
qui ducit in sponsam sibi humilitatem. Sequitur de tri-
sticia poenitentiae. Simeon audiens tristitiam, de qua A-
postolus secundae ad Corinthios. Tristitia quae secun-
dum Deum est poenitentiam in salutem operatur. Vbi
myrrha tristitiae, ibi non admiscetur uermis luxuriae.
Vnde Isaia. Recedite a me, amare flebo, nolite in-
cumbere ut consolemini me super uastitatem filiae popu-
li mei. Sic debet dicere poenitens immundis spiri-
tibus. Recedite a me, amare flebo: nolite incumbere
ut consolemini me super uastitatem filiae populi. &c. Si-
cut fumus expellit apes, sic amara & lachrymosa com-
punctio expellit daemones, qui circumdant animam
sicut apes fauum. Et nolite incumbere scilicet in
carnalitate affectus, ut consolemini me, quia ut dicit
Iob. Consolatores onerosi omnes uos estis. Renuit con-
solari anima mea consolatione scilicet uestra. Vae uobis
qui habetis consolationem uestram. Ideo Psal. Consolationes
tuae domine (non meae) laetificauerunt animam meam.
Nolite ergo incumbere ut consolemini me super uastitatem,
id est afflictione filiae, id est carnis quae est filia populi
mei, id est populositatis quinque sensuum meorum. Psal.
Qui subdit populum meum sub me. Sequitur de obedientia.
Anna, respondens cum Samuele. i. Reg. Loquere domine quia
audit seruus tuus. Et cum Ilsa. Ecce ego domine mitte me.
Et cum Saulo. Act. Domine quid me uis facere? Dicit
Salo. Prouerb. Responsio mollis frangit iram &c. scilicet
responsio humilis subitum frangit iram superbi praelati.
Vnde Prouerb. Patientia (scilicet subitum) lenietur princeps.
Ne coneris contra fluuium, id est uoluntatem

satem praelati, sed humilia ei caput. Ecclesiastici. Et lingua
eucharis in bono homine abundabit. Lingua eucharis, id est
bonae gratiae abundabit in bono scilicet subdito, ut dicat cum
Iob. Vocabis me & ego respondebo tibi. Vocanti respondet qui
sibi praecipienti ex animo obedit. Ecce de his quatuor uirtutibus
praelibauimus, ut qui desiderat Iesum Christum inuenire, has
primo habeat, quia in medio istarum requiescit salus. Ioseph
& Maria Iesum ad templum deferunt. Simeon & Anna confitentur
& benedicunt. Paupertas humilitasque Iesum deferunt pauperem.
Paupertas deferre in humeris. Vnde Gene. Ysachar asinus fortis
accubans in terminis uidit requiem quod esset bona, & terram
quod esset optima & supposuit humerum suum ad portandum.
Ysachar qui interpretatur merces significat paupertatem quae
omnia temporalia abiicit ut mercedem aeternitatis recipere possit.
Haec dicitur asinus fortis. Asinus est animal oneriferum, quod
asperis & uilibus uescitur. Sic & paupertas portat pondus
diei & estus, grossis & asperis pascitur. Sequitur. Accubans
in terminis, non inter terminos. Duo sunt termini, ingressus
scilicet & egressus uite nostrae. In his accubat. requiescit
paupertas. Considerat enim pauperrimum hominis ingressum,
& uilissimum eius egressum. Et ideo non uult accubare inter
terminos, ut audiat (sicut dicitur Iudicum) gregum, id est
luauem suggestionum daemorum. Inter terminos habitat uel
accubat qui ingressum & egressum uitae suae non attendit, sed
in carnis uoluptate & mundi uanitate requiescit. Sequitur.
Uidit requiem quod esset bona. Requiem scilicet caelestis
beatitudinis quod esset bona, & terra aeternae stabilitatis
quod esset optima, & supposuit humerum suum, ad portandum
scilicet Dei filium. Ipsum Iesum portat, cum pio amore ipse
omne quod ei accidit patienter supportat. Vnde Eccl. 1.
Eccl. 1. Omne quod tibi applicatum fuerit accipe. Paupertas ergo
in humeris portat. Humilitas uero ad pectus & in brachiis.
Cantic. Fasciculus myrti

rhæ dilectus meus, inter ubera commorabitur. In hoc diminutio fasciculus, humilitas, in myrrha, dominicæ passionis amaritudo designatur. Cor est inter ubera, quasi dicat humilis sponsa. Porto dilectum meum in corde, Iesum Christum, fasciculum myrrhæ id est humilem crucifixum, ut sim humilis corde, & cruci cum ipso affixa corde. Paupertas ergo & humilitas deferunt Christum ad templum, id est quoad usque ueniat ad celestis Hierusalem templum. Item pœnitentia & obedientia confitentur & benedicunt. Vnde Psal. Confessio & pulchritudo in cōspectu eius, quo ad pœnitentem, cuius confessio, ipsius est pulchritudo. Confessio mundat a lepra, & decorat gratia spiritus sancti. Vnde Psal. Confessionem, & decorem (id est pœnitentes qui confessione mundantur, & gratia decorantur) induisti. Sequitur. Sanctimonia & magnificentia opus, quo ad obedientem quem dominus sanctificat sanctimonia conscientie in mortificatione uoluntatis propriæ, & magnificentia uite in executione iussionis alienæ. Ecce ubi habitat Rex uirtutum. Habe ergo has uirtutes, & inuenies Dei sapientiam. Sequitur.

Dixit Simeon ad Mariam matrem eius Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel. Dicit Maria in suo Cantic. Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Deposuit id est deorsum posuit. Hoc est quod dicit dominus per Abdiam Superbia cordis tui extulit te habitantem in scissuris petre (Quere in euangelio, Exiit qui seminat) Dicit ergo. Deposuit potentes. Hoc est quod dicitur Danielis. Ecce uigil & sanctus de celo uenit & clamauit, succidite arborem &c. Arbor dicta robore potentem huius mundi significat, qui ut dicit Iob. Tetendit aduersus deum manum suam &c. Istiusmodi, securi, id est morte succiditur, & deorsum in infernum trahitur, & tunc rami, parentum pompa, generis mobilitas, qua se solebat dilatate & extendere, succiduntur. Tunc folia, id est uentosa superbiæ uerba excutuntur. Tunc fructus diuitiarum & deliciarum quos

in

In malum suum congregauit, disperguntur. Bene ergo dixit beata Maria. Deposuit potentes de sede. Vnde ad ipsam sanctus Simeon hodie dixit. *[Ecce positus est hic in ruinam.]* Ideo ipse Christus dixit Ioan. In iudicium ego ueni in hunc mundum, ut qui non uident uideant, & ecouerso. De quorū ruina. Isa. Ruit Hierusalem & cōcidit Iudas, quia lingua eorū (Crucifige eū) & adinuentiones eorum (scilicet Dixit possum destruere templum) contra dominum, scilicet surrexerunt, ut prouocarent oculos maiestatis eius. Dicit Zacha. Erit ruina Equi & Muli & Cameli & Asini, & omnium iumentorum, quæ fuerit in castris illis. In equo superbia, Vnde Hiero. Omnes conuersi sunt ad cursum suum quasi equus impetu uadens. In mulō luxuria. Psal. Nolite fieri sicut equus & mulus. In camelo auaritia. Vnde Matth. Non potest camelus, id est auarus per foramen acus, id est paupertatem transire, scilicet Christi. In asino torpor negligentis, quæ est sentina omnium uitiorum. Vnde dicitur Asinus, quasi atra sinens. Torpor enim negligentis non alta conscendere, sed per plana semper uult ire. Vnde Gene. Dixit Abraham ad pueros suos. Expectate hic cum asino. Pueri sunt pueriles & carnales affectus, qui expectant cum asinino corpore & tarditate. In iumentis uoluptuosa quinque sensuum delectatio designatur. De quibus Isa. Onus iumentorum Austri in terra tribulationis & angustie. Terra est caro quæ spinas & tribulos tribulationis & angustie nobis germinat. hoc est onus iumentorum, id est quinque sensuum qui sunt iumenta Austri, id est mundani gaudii. In hac terra tribulationis & angustie, quæ iumenta cōculcāt & suffocant sunt Leena luxuriæ, Leo superbiæ, Vipera iræ. Et regulus uolans inuidiæ & uanæ gloriæ. O domine Iesu ruat omnes bestie istæ & iumenta, ut peccator iumentinus simul corruat, & corruens spiritualis resurgat. Ecce ergo posrus est hic in ruinam &c. Sequitur.

[Et

Psal. 110.

Psal. 103.

Abd. 1.

Dani. 4.

Iob. 15.

Isa. 3.

Zach. 14.

Hiero. 8.

Matth. 19.

Gen. 22.

Isa. 30.

Exec. 37 [Et in resurrectionem multorum.] De qua Ezechi. Facta est
 super me manus domini, & eduxit me in spiritu, & dixit
 super me in medio campi qui erat plenus ossibus &c. Nota
 hystoria. Ossa arida sunt peccatores, qui sunt aridi humo
Job. 40 gratiæ quorū cor aruit, quia obliti sunt comedere panem
 oēm saporē & oēm delectamentū habentē, de quibus Job
 Ossa eius scilicet Behemot, quasi fistulæ æris. Peruersi
 quia in malitia duri, sunt quasi ossa diaboli, quia susten
 rant carnales, tanquam ossa carnem. Sunt tanquam fistu
 læ æris quia ad modum æris sagittas prædicationis a se
 repellunt, & ad dictum increpationis stridorem murmu
 rationis emittunt. Verbis etiam confitentur Christum,
 (Ecce fistula) factis autem negant. Ecce æris duritia. Sed
 quia ipsius Christi est maior misericordia quam ossium
 ariditas & duritia, ideo addidit. Ego ego intromittam
 in uos spiritum & uiuetis. Nota ista quatuor. Spiritum,
 neruos carnem, & cutem. In spiritu gratiæ præuenientis
 inspiratio. In neruis bonarum cogitationum concathe
 natio, In carnibus, erga proximum compassio, In cute
Gen. 2. finalis perseverantiæ extensio designatur. Intromittam in
 uos spiritum, & uiuetis. Gene. dicitur Spirauit in fa
 ciem eius spiraculum uitæ. (Quære hoc in euāgelio. Du
 & us est Iesus in desertū &c.) Et dabo super uos neruos.
 Multitudo neruorum est caput, manus, pedes, & costæ,
 & generationes spiritualium, & ossa quæ coniunguntur
 & adiuicem sunt ligata cū neruo in cuius circuitu est
 humiditas quædam, quæ ex illa generatur & nutritur.
 Cum intromittit dominus spiritum in peccatorem tunc
 in eius corde oritur humiditas compunctionis, ex qua
 generatur & nutritur neruus bonæ affectionis & uoluntatis,
 qui coniungit & ligat totum corpus boni operis,
 quæ succrescere faciunt carnes. Ideo Ezech. Auferam a
Exec. 36 uobis cor lapideum, & dabo uobis cor carneum, quod,
 scilicet compunctum doleat compassione proximi, quia
 caro & frater noster est: O cor lapideum, quod nulla mo
 ueris compassione circa proximū. Dicis enim illud Ge
Gen. 4 ne. Nunquid custos fratris mei sum ego? Noueris quod
 in

in custodiendo illum sit multa retributio. Dicitur. Reg.
 quod emortuum est cor Nabal intrinsecus, & factus est
 quasi lapis. Noluit enim compari David, dicēs. Et quis
 est filius Isai? Hodie increuerunt serui qui fugiunt do
 minos suos. Sequit̄ ibi. Tollā ergo panes meos, & aquas
 meas, & carnes pecorū meorū, quæ occidi rōsorib. meis
 & dabo uiris quos nescio unde sint. Hodie hæc & his si
 milia auari & usurarij habentes cor lapideum dicūt pau
 peribus Christi &c. Et super extendam in uobis cutem.
 Extensio cutis est perseverantia finalis. Vos estis (inquit
 Christus. Luc.) qui permāsistis mecum in tentationibus
 meis, sed uēh ijs qui perdidērunt sustinentiā. Vnde Job.
 Cutis mea aruit. Cutis aret & contrahitur cum bonum
 opus finalis perseverantiæ effectum denudat. Vnde Ecc.
 Denudatio hominis in fine ipsius. Ecce ergo quomodo
 postus est in resurrectionem multorum. Sequitur [Et in
 signum cui contradicatur.] De quo scriptum est Matth.
Luc. 22
Job. 7
Matth. 24
Isa. 13
 Tunc apparebit signum filii hominis in calo. Et Isa. Su
 per montem caliginosum leuate signum. Mons caligino
 sus est diabolus. Mons per superbiam. Caliginosus per
 suggestionis caliginem, quam menti infert. Super quem
 peccatores tunc signum leuant, cum eum crucis uirtu
 te uictum prædicant. Exaltant uocem cum opportuna
 gunt, obsecrant, increpant. Leuant manū, quando quod
 prædicant uoce, exercent opere. de quo signo Ezech. Si
Ezech. 9
 gna Thau super frontes uirorum gementium & dolentium.
 Isti soli signo dominicæ passionis non contradicūt
 quia ipsum in fronte deferunt. Qui sunt isti gemen
 tes, & dolentes, nisi pœnitentes spiritu pauperes qui in
 cruce gloriantur, & super abominationibus quæ fiunt
 in mundo dolent & gemunt? Infideles uero uerbo & ope
 re contradicunt. Vnde Apostolus. Corin. Prædicamus Ie
 sum Christum crucifixum, Iudæis quidē scandalum, gē
 tibus autem stultitiam, Falsi Christiani contradicunt o
 pere. Vñh (inquit Isa) qui contradicit factori suo, testa
 de Samiis terræ, id est fictilibus. Samos ciuitas in Samo
 insula, ubi figulorum ars est reperta. Testa dicta quasi
 tota

costa, est falsus Christianus. Testa quia sine deuotione
 Fragilis opere, fictilis creatione. Qui contradicit factori
 suo, Christo: qui eum manibus in cruce affixis, nisi per
 ipsum steterit in primæ dignitatis honorem restituit.
 Quare ergo infelix contradicit factori suo? uir malæ ui-
 tæ redemptori suo? Sequitur. [*Et tuam ipsius animam
 pertransibit gladius.*] Dolor quem beata Virgo Maria su-
 stinuit in passione filij sui, fuit quasi gladius qui ipsum
 animam pertransiuit. Hoc est quod dicit Isa. Antequam
 parturiret peperit. Nota quod beatæ Mariæ duplex fuit par-
 tus: unus in carne: & alter in spiritu. Partus carnis fuit
 uirginæ & omni gaudio plenus: quia uirgo peperit sine
 dolore gaudium angelorum. Vnde dicit cum Sara
 Gene. Risum fecit mihi dominus: quicumque audierit
 congaudebit mihi. Beatæ Mariæ debemus corride-
 re & congaudere in filij eius natiuitate. Debemus &
 ei condolere in filij eius passione, cuius animam pertran-
 siuit gladius. Et tunc fuit secundus partus dolorosus, &
 omni amaritudine plenus. Nec mirum Dei filium quem
 Spiritu Sancto cooperante uirgo conceperat, uirgo pe-
 pererat, uidebit ligno clauis affigi, inter latrones suspen-
 di. Quid mirum si gladius eius pertransiuit animam?
 Attendite ergo & uidete si est dolor sicut dolor meus.
 Threnorum. Antequam ergo parturiret in passione, pe-
 perit in natiuitate. Sequitur. [*Ut reuelentur ex multis cogi-
 tationibus cogitationes.*] Hoc est quod dicit Iob. Qui reuelat
 profunda de tenebris, & producit in lucem umbram
 mortis. Cum dominus transuerberat animam gladio
 suæ passionis, tunc profunda, id est uitia, quæ procul sunt
 a fundo sufficientiæ, (quia nunquam dicunt sufficient, sed
 semper affer affer) reuelat de tenebris, id est cecitate me-
 ris, in contritione cordis, ut homo ipsa cognoscat, & co-
 gnita, in confessione aperiat. De qua subditur. Producit
 in lucem, scilicet confessionis, umbram mortis, id est ip-
 sum peccatum mortale.

Isai. 66.

Gene. 21

Domini-

Dominica prima post Epiphaniam. De tem-
 pore, loco, & modo quærendi
 Christum.

¶ In factus esset Iesus annorum duodecim & c.]
 Luc. ubi tria sunt uidentia. Primo, pa-
 rentum Christi in Hierusalem accessus *Luc. 2.*
 deuotionis & reuerentiæ, ibi. [*Ascenden-
 tibus illis in Hierusalem.*] Secundo proces-
 sus inuentiois Christi, & letitiæ, quia
 [*post triduum inuenerunt eum & c.]* Terrio, Christi de-
 lictus subiectionis & obedientiæ ibi. [*Descendit cum
 illis, & erat subditus & c. Cum ergo factus esset & c.]*

Puer.
 Moraliter quid Parentes. uideamus.
 Hierusalem.
 Consuetudo diei festi.

In hoc nomine Puer Iesus, notatur profectio uiri in
 hi qui debet esse puer, id est purus aer; quo ad seipsum:
 & Iesus, id est Saluator scilicet quo ad proximum.

Cordis munditia.
 Purita- Corporis castimonia.
 ti aut scilicet Inter aduersa ne adijciatur patientia.
 sex sunt ne Inter prospera, ne eleuetur constancia.
 cessaria. Et ut in his ualeat perseverare humi-
 litas.
 Et paupertas.

Ad hoc uero ut sit Saluator sex opera misericordiæ
 sunt etiam ei necessaria, quæ sunt, Esuriui, & dedistis mi-
 hi manducare & c. Hic est duodennarius annorum uiri
 iusti, qui desiderat ascendere Hierusalem cum puero Ie-
 su, de quo hic dicitur. Cum factus esset Iesus annorum
 duodecim. Sequitur. [*Ascendentibus illis.*] Scilicet paren-
 tibus Iesu Ioseph & Maria. Ioseph augmentum, Maria ma-
 amarum interpretatur, non quia amarum penitentiæ ha-
 buit

buit gemitum, sed quia in filii passione, quodam quasi prælagio nomen amaritudinis est sortita. In his duobus spes & timor designatur, qui sunt quasi parentes uiri iusti. Spes est bonorum expectatio futurorum quæ exprimit humilitatis affectum & sedulum obsequium seruitutis. Ecce Ioseph humilis & sedulus minister. Spes autem uocata, quia sit pes progrediendi, ecce augmentum. E contrario dicitur. Desperatio, cuius nulla progrediendi est facultas. Quia dum quisque peccatum amat, futuram gratiam non sperat. Et ne spes præsumptione corrumpatur debet timor coniungi qui est initium sapientiae, ad cuius saporis dulcedinem nullus potest peruenire, nisi prius degustet timoris amaritudinem. Vnde Exod. dicitur, quod filij Israel antequam uenirent ad mannae dulcedinem inuenerunt in Marath aquæ amaritudinem. Per amaræ enim poculum confessionis peruenitur ad gaudium sanitatis. Cum istis parentibus uir iustus debet ascendere in Hierusalem, in qua uitæ excellentia, mentis tranquillitas contemplationis suauitas designatur. Vnde Tob. Porta Hierusalem ex Saphyro & Smaragdo ædificabuntur, & ex lapide precioso omnis circuitus murorum eius. Ex lapide candido & mundo omnes plateæ eius sternetur, & per uicos eius Alleluia cantabitur. Si uis sic expone, & adde de portis ex Apocalypsi. 21. In utraque Hierusalem sunt nouem portæ. Porta uetus sunt sancti angeli, qui dicuntur porta uetus propter prioritatem eorum. Ad literam in Hierusalem fuit porta uetus, quæ fuit in ea ab eo tempore quo ciuitas dicta fuit Salem, id est pax. Ita in sanctis angelis abiecto angelo apostata, pax firmata est. Porta fontis patriarchæ, quia per eos prima uia ostensa est ad fontem Christum. Vnde Abraham prima uia tradendi dictus est. Ad literam hæc porta ducebat ad fontem. Porta nebulosa sanctæ prophetæ, qui sub quadam nube literarum uiam ueritatis docuerunt. Ad literam hæc porta pro sui altitudine nebulosa dicebatur. Et prophetæ præ altitudine intelligentiæ hoc nomine iure censebantur. Porta clar

sa est uirgo Maria. De hac Eze. Porta hæc clausa erit in æternum &c. Dicitur clausa porta, quia uirgo fuit ante partum, uirgo in partu, & uirgo post partum. Vir non trahit per eam. ibidem, quia uirgo Maria concepit non opere uiri sed opere spiritus sancti. Clausa fuit principi, id est ad honorem principis, id est filii Dei. Princeps in ea se humiliavit ut uoluntatem patris impleat, sicut ipse ait. Meus cibus est ut faciam uoluntatem patris mei. Porta equorum, sunt Apostoli ad literam hæc porta fuit ante templum, usque ad aquam in equis accedebatur. Sancti ergo Apostoli sunt porta equorum, quia qui intrauerunt per hæc portam, intrauerunt ad templum quod est Christus. Usque ad hæc portam qui sederunt, sederunt in equis superbiæ. Sed intraturi per hanc portam de equis superbiæ descenderunt, & humiles intrauerunt. Porta sterquilini sunt martyres. Ad literam sic dicebatur porta hæc, quia per hanc sordes ciuitatis effluebant. Martyres uero dicti sunt porta sterquilini, quia corpora eorum tanquam sterco ra reputata sunt, & sanguis eorum tanquam res uilis effusus est. Porta scutariorum sancti prælati ecclesiæ, Augustinus, Ambrosius, & alii. Ad literam hæc est porta per quam de domo regia intrabatur in templum, & in qua erant armati domum regiam custodituri. Sancti ergo prælati porta sunt scutariorum, quia per doctrinam eorum de domo regia, id est ecclesia militanti transitur in cæleste templum. Et ipsi sunt qui domum regiam clypeis auctoritatum sacræ scripturæ munierunt. Porta piscium sunt bonis subditi claustrales, qui ad modum piscium quibusdam pennis uirtutum se eleuant ne iaceant in cæno uitiorum. Porta uallis sunt uirgines quæ dicuntur porta uallis, quia per uallem humilitas significatur. Vnde beata Virgo solam humilitatem commemorat, dicens; Quia respexit humilitatem ancillæ suæ. Hæc sunt portæ in quibus sedebit ille uir nobilis cum sederit cum nobilioribus senatoribus terræ Prouerb. ultimo. Istud sequatur ad illud, contemplationis sua uita designatur.

Tob.

Nora quòd triplex Hierusalem est. Allegorica, id est ecclesia militans. Moralis. i. anima fidelis. Anagogica. i. ecclesia triumphans. De qua tumlibet structura pertractemus. In dicta auctoritate Tobiae, quatuor lapides ponuntur, scilicet Saphyrus, Smaragdus, lapis preciosus, lapis mundus uel candidus. Per quos quatuor militantis ecclesiae ordines intelligimus, scilicet Apostolos, martyres, confessores, & uirgines. Saphyrus caelo sereno similis, Apostolos significat, qui terrenis contemptis meruerunt dicere. Nostra conuersatio in caelis Est. Smaragdus qui tantae uiriditatis est ut omnem superet herbarum uiriditatem, aerem circumfusum uel imagines aspicientium uirides reddat, martyres significat, qui sui sanguinis effusione animas in horto ecclesiae Apostolorum labore plantatas, ut in fidei uiriditate perdurarent, asperferunt. Ex Saphyro ergo Apostolorum & Smaragdo martyrum aedificatae fuerunt ecclesiae militantis portae, ut per ipsos pateret introitus ad regnum. Item lapis preciosus significat confessores, qui contra haereticos se murum pro domo Israel opposuerunt. Lapis mundus uel candidus fuerunt uirgines, quae munditia interiori & candore exteriori resplenderunt, quae humilitate & martyro domino se prostrauerunt, quarum exemplo plateae, quae dicuntur a platos. i. latitudine. i. fideles dilatati charitate sternunt ut ipsi domino se subiiciant. Moraliter, in Saphyro contemptus uisibilium & contemplatio inuisibilium. In Smaragdo compunctio lachrymarum cum confessione criminum designatur. Ex his duobus aedificantur animae portae, per quas patet introitus sancti spiritus gratiae. Per haec etiam patet introitus & exitus ad gustandum suauitatem Dei ad circumspectionem sui, ad conculcationem mundi. In lapide preciso patientia notatur, quae est murus animae muniens & defendens eam ab omni perturbatione. In lapide mundo & candido significatur castitas & humilitas, quibus debet animi cogitationes, & affectiones mentis purgari & muni. Et tunc per uicos id est corporis sensus Alleluia, id est laus dei cantabitur. Est enim dulcis symphonia cum consonat operatio, munditiae

ditiae & puritati cogitationum. Anagogicae. In Saphyro trinitatis, & unitatis inenarrabilis contemplatio. In Smaragdo qui confert oculis, totius ecclesiae triumphantis iocunda uisio. In lapide preciso caelestis gaudij aeterna fruitio. In lapide mundo, & candido gemine stultitiae, id est animae & corporis glorificatio designatur. Cum sancti omnia ista habuerint, tunc cantabitur per uicos Hierusalem Alleluia. Per uicos Hierusalem intelliguntur mansiones, de quibus dicitur Ioan. In domo patris mei mansiones multae sunt. In quibus Alleluia est laus & gloria uoce indefessa a sanctis cantabitur. Benedictus dominus pater & filius spiritus sanctus, qui exaltauit Hierusalem militantem in ecclesia triumphantem, quae est regnum eius, super quam regnat in secula seculorum. Sequitur. Secundum consuetudinem diei festi. Moyses praecipit filius Israel Deo. dicens. Tribus uicibus per annum apparebit oem masculum tuum in conspectu domini Dei tui in loco quem elegerit in solennitate azimorum, id est in pascha, & in solennitate Tabernaculorum, & in solennitate hebdomadarum. Et non apparebit ante dominum uacuum, sed offeret: unusquisque secundum quod habuerit iuxta benedictionem domini Dei tui, quam dederit ei. Nota quod in triplici solennitate triplex notatur status. scilicet status incipientium, proficientium, & perfectorum. In solennitate azimorum notatur status incipientium qui in azimis synceritatis & ueritatis debent pascha celebrare, & agnum cum lactucis agrestibus. id est suorum peccatorum amaritudine comedere. De qua querere in resurrectionis sermone. In solennitate hebdomadarum in qua offerebantur duo noui panes primitiarum domino, status proficientium, quorum interior homo renouatur de die in diem, qui nouos panes in mentis & corporis munditia domino offerunt. In solennitate tabernaculorum, quae scenophegia, id est fixio tabernaculorum dicitur, status perfectorum, qui ut dicit Isa. sedebit in tabernaculis fiduciae. Quorum tabernacula ut Balaam numerorum. 24. pulchra sunt ut ualles numerosae. In quibus paupertatis humilitas praestat obumbraculum con-

Ioan. I 4

Isai. 32.

Ser. Do. S. Anto. de Pad. D tra

erā ardorem temporalium, ut orti iuxta fluuios irrigui
 in quibus infusio gratiæ refrigerans sitim carnalis con-
 cupiscentiæ designatur. Hæc est ergo consuetudo festi
 diei secundum quam quilibet uir iustus tenetur, & de-
 bet ascendere in Hierusalem. Vbi ne ante dominum uis
 eius appareat, debet offerre agnum innocentiae quo ad
 seipsum. Et ut dicitur *Leuit. 23* debet sumere spatulas fru-
 ctus arboris pulcherrimæ, spatulasq; palmarū. Vide hoc
 in Euangelio de ramis palmarum. Item super his tribus
 statibus habes concordiam *Leuit. 1* ubi tria genera ob-
 lationum ponuntur. Prima fiebat de pecoribus. Secun-
 da de auibus. Tertia de similia oleo conspersa his tri-
 bus modis, in glibano, in sartagine, in craticula. Prima
 offerunt incipientes. Vnde dicitur ibidem. Detracta pel-
 le hostiæ artus infrusta concident, & subijcient in altari
 ignem, strues lignorum ante composita, & membra quæ
 cæsa sunt, ordinantes desuper, caput uidelicet & cuncta
 quæ adhærent icori intestinis & pedibus lotis aqua, a-
 dolebit sacerdos super altare in holocaustum domino,
 & suauem odorem. Altare est cor, ignis diuinus amor,
 strues lignorum, congeries passionum Christi, pellis de-
 tractio, reatus denudatio, artus uel membra cæsa, circum-
 stantiæ in cōfessione manifestatæ. Caput origo peccati,
 iecur ipsius pertinax amor, intestina, cogitationum im-
 munditia, pedes, progressus operum, aqua effusio lachry-
 marum. Peccator ergo conuersus incipiens pœnitere, in
 altari cordis sui debet primo componere congeriem
 passionum Christi, scilicet flagella, sputa, alapas, cru-
 cem, clauos, & lanceam, & postea in confessione reatum
 denudare, & eius circumstantias minutatim diuidere, &
 quæ fuit ipsius origo, & quanta in ipso delectatio & a-
 mor, Debet etiam qua lachrymarum abluere immundi-
 tiam cogitationis & operis. Si hæc omnia ita fuerint or-
 dinata & composita super congeriem Iesu Christi pas-
 sionum, ipse qui est summus sacerdos, subijciet ignem
 sui amoris, qui deuorabit omnia peccata. Et tunc ip-
 se pœnitens fiet holocaustum, id est totum incensum &
 nihil

nihil sibi de se reseruās, sed totum se seruituti Dei subij-
 cians, ut sit bonus Christi odor in omni loco. Et sic exhi-
 bebitorum corpus suum hostiam uiuentem, quia peccato mor-
 tuum, uiuentem quia iustitiæ uiuum. *Viuo ego* (inquit
 Apostolus *Gala.*) iam non ego, uiuit uero in me Chri-
 stus. Sequitur Sanctam. Proficientes offerunt secundam
 oblationem, de qua in eodē *Leuitico* subinfertur. Si de
 auibus holocausti oblatio fuerit domino de turturibus
 & pullis columbarum, offeret eam sacerdos ad altare,
 & retorto ad collum capite ac rupto uulneris loco de
 turture faciet sanguinem super crepidinem altaris, ue-
 siculam uero gutturis, & plumas projiciet prope alta-
 re ad orientalem plagam in loco in quo cineres effun-
 di solent, confringetque axillas eius, & non secabit nec
 ferro diuidet eam, & adolebit super altare. Tunc ob-
 latio fiet de auibus cum uir iustus pennatus uirtuti-
 bus quæ in turture, & columba propter castitatem, &
 simplicitatem, & gemitum pœnitentiæ designatur,
 proficit de uirtute in uirtutem. Qui caput ad collum
 os ad axillas tunc retorquet, cum quod ore prædicat,
 opere exercet. Ex tali torsione fit ruptio, id est mentis
 deuotio, ex qua decurrit sanguis lachrymarum, quæ
 sunt (ut dicit Augustinus) sanguis animæ. Super cre-
 pidinem altaris, id est animam auditoris dulcis Sympho-
 nia operis, & oris in prædicante deuotionem excitat,
 quæ audientis cor penetrat. Ne ergo ut dicitur *Eccle. 32.*
impedias musicam, id est Symphoniam. In uesicula gut-
 turis ardor auaritiæ, in plumis leuitas superbiæ designa-
 tur, quæ uir iustus a se projicit ad orientalem plagam
 in loco cinerum, cum considerat a quanta felicitatis glo-
 ria cecidit per auaritiam, & superbiam priorum paren-
 tum, quibus dictum est. *Cimoes &c.* Confringit axillas,
 cum considerans dominæ incarnationis humilitatem
 suas deponit uirtutes. Vnde *Ezech.* Cum fieret uox su-
 per firmamentum, animalia submittebant alas suas. Fir-
 mamentum est Christus, super quem fuit facta uox sci-
 licet: Percutiam pastorem &c. Cum hanc animalia, id-

est sancti audiunt sumunt uirtutes suas non de ipsis sed de percussi pastoris passione confidentes. Vir iustus qui quotidie in melius proficit, uirtutum axillas humilitate confringit, non in tempore aduersitatis ferro impatientiae a se diuidit. Et sic seipsum adolet hostiam sanctam super altare, idest imitatione dominicae passionis igne sanctae deuotionis superposito lignis, idest sanctorum patrum exemplis, & sic totus sit holocaustum & oblatio suauissimi odoris domino. Sequitur. Deo placentem. Perfecti uiri tertiam oblationem offerunt, quae ut ibi dicitur, erat de similia conspersa oleo. Similia purgatissima & candidissima farina est. Perfecti uiri uita quae caret furfure mundanae uanitatis, candet munditia castitatis, & conspergitur oleo pietatis. Haec coquitur in clibano paupertatis, fragitur in sartagine alienae necessitatis uel infirmitatis, assatur in craticula dominicae passionis. Vere haec hostia est placens Deo. Ista tria faciunt rationabile obsequium discretionem syncerum, sanctitate plenum. Sequitur.

Et post triduum inuenerunt illum in templo &c.] Triduum est propriae iniquitatis cognitio, fraternae necessitatis compassio, diuinæ pietatis admiratio & consideratio. De primo Michæ. Cum sedeo in tenebris Deus lux mihi est. De secundo Ezech. Erat uisio discurrens in medio animalium splendor ignis &c. Splendor ignis est compassio charitatis, quae accendit & illuminat, de qua egreditur fulgor miræ operationis. Haec uisio quae uere uidere facit, debet discurre in medio animalium. i. Christianorum. Et bene dicit discurrens. i. per diuersa currens. Vere compassioni non sufficit prouidere necessitati corporis nisi prouideat animæ, & econuerso. Si quis infirmatur, si quis scandalizatur in anima, & ipsa uritur. Item de tertio, Eccl. Dulce lumen & delectabile est oculis, s. mentis uidere solem, idest considerare diuinæ pietatis claritatem. Qui cunque hoc triduum proferunt, Iesum inueniunt & in templo inuenire poterunt. Templum dictum quasi tectum amplum, est mens uiri iusti, quæ est tectum, quia regit

com-

compassione necessitatem proximi. Amplum cognitio-
ne sui & dei. In tali templo post tale triduum inuenitur Iesus. Sed quid ibi facit? Certe tria. Sedet in medio doctorum, audit, & interrogat. In mente uiri iusti sunt doctores, idest mentis affectus, qui docent quid cauendum, quid agendum, in quorum medio Iesus sedet cum mentem pacificat, in mente pacificata quiescit, quiescens omnia suauiter disponit. Hoc est quod dicit Iob. Cum sede-
rem quasi rex circumstante exercitu, eram tamen mœrentium consolator. Ecce consolatio, audire & interrogare cum mens est in quietis silentio, tunc Iesus audit affectum cordis in ipsius aure loquentis, & post interrogat flagello piæ correctionis. Hoc est quod dicit Iob. Visitas eum diluculo (Ecce auditor) & subito probas illum. Ecce interrogatio. Haec est consolatio mœrentium, idest iustorum qui mœrent pro irriguo superiori in ualle lachrymarum, ut eos beatus Iob audiat, interroget, uisitet, & probeat. Haec est (inquit) consolatio mea ut affligeres dolore, non poena. Aliter exponi potest triduum. Triduum est poenitentia quæ in tribus consistit, scilicet in contritione, confessione, & satisfactione. De quo triduo dicit Moyses. Exodi, Ibimus uiam trium dierum pergemus in solitudine, & sacrificabimus domino deo nostro. Post hoc triduum Ioseph & Maria, idest poenitentes spiritu pauperes & humiles inueniunt Iesum in templo cœlestis Hierusalem. Hoc est quod dicitur Gene. quod pincerna post triduum fuit restitutus gradui pristino. [Sedentem in medio doctorum]. Hoc est quod dicitur Apoca. Vidi, & ecce sedes posita in medio caelo, & super sedem sedens, & in circuitu sedis sedilia, & super thronos xxiiij. seniores. (In quibus duodecim patriarchæ, & duodecim apostoli possunt designari,) sedentes circum amicti uesimentis albis, & in capitibus eorum coronas aureas. Istud idem cantatur in introitu hodiernæ Missæ. In excelso throno uidi sedere uirum &c. Item cantabat canticum nouum, dicentes, Dignus es domine &c. Sequitur. Audientem & interrogantem illos. Beatos

D 3 spiritus

Mich. 7.
Ezech. I.

Eccle. 11

Iob. 29

Exod. 3

Gen. 11.

Apoc. 4

spiritus dominus tunc audit cum nostræ deuotionis oblationem per operum ministerium gratanter suscipit. Vnde Apoca. Ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum. Et Tob. Raphael. Ego inquit obtuli orationem tuam domino. Omnes inquit Apost. Hebr. Sunt administratorj spiritus in ministerium missi propter eos qui hereditatem capiunt salutaris. Interrogat, cum eis suæ uoluntatis secretum reuelat. Sequitur.

Descendit cum eis & uenit Nazareth, & erat subditus illis.
Nota ista tria. Descendit Nazareth & subditus. Descendat & sedeat in puluere uirgo filia Babylon, quia Dei filius descendit. O rigida superbia, quæ super altitudinē nubium moliris ascendere, super astra cæli solium tuum exaltare, in monte testamenti sedere. Descende obsecro quia Iesus descendit. Et tu Capharnaum usque ad cælum exaltata antequam demergaris ad infernum, descende cum Iesu, qui emissionis tuæ inquit Salomon Cant. Paradisus. O meretrix quæ sedes super bestiam coecineam plenam blasphemie Apost. Descende cum Iesu, Erubescat iam infrenata superbia. Concidat turgida arrogancia, quia patientia Dei descendit. Miser homo manibus & pedibus reptans ad honores sui decoris gradū, nititur ascendere. Et bonus Iesus ad interrogationem piæ matris dicentis, Fili, quid fecisti nobis sic usque ad triginta annos negotium distulit, quod inceperat duodennis, & de templo in quo in medio doctorum sedebat descendit. Sequitur. *[Et uenit Nazareth.]* Hoc est quod dicit sponsa. Cant. Dilectus meus descendit in hortum suum ad areolam aromatum, id est humilitatē, quæ est procreatrix uirtutum cœterarum. Nazareth locus humilis, interpretatur flos, & significat humilitatē: quæ bene dicitur flos. In quo tria notantur. Pulchritudo coloris: suauitas odoris, & spes fructus. Sic in humilitate nostra est pulchritudo honestatis. Vnde Ecclesia. Flores mei fructus honoris. Suauitas bonæ opinionis. Sicut enim flos cum spirat odorem, non corrumpitur, sic uere humilis non eleuatur cum de bonæ uitæ odore lau-

laudatur. Verus inquit Bernardus humilis uult uilis haberi, & non humilis prædicari. Vnde Salomon. Eccle. 1. Florebit amygdalus, quæ scilicet ante alias arbores flores emittit. Est humilis qui dicit cum David. Regum. 2. Ludam ante dominum & uilior fiam plusquam factus sum, & ero humilis in oculis meis. De hoc ludo sapientia patris Prouerb. Delectabar per singulos dies ludens coram eo omni tempore &c. Filius Iesus cum patre ludebat cum a discipulo tradebatur ad columnam ligatus flagellabatur, cum ab Herode illudebatur. Cum spinis coronabatur &c. Laudabat etiam cum exiret basulans sibi crucem in eum locum &c. Ecce qualiter lufit, & uilis fuit sapientia in orbe terrarum. Ecce quales habuit delicias cum filiis hominum. Huic ludose coaptat pro posse uerus humilis, qui quantum in se uilis, tantum coram Deo est sublimis. Florebit ergo Amygdalus & impinguabitur locusta. Cum honestas in opere, humilitas in mente floret: tunc impinguatur locusta, id est anima ipsius humilis dans saltum contemplationis. Non impinguabitur sicut hypocrita odore propriæ laudis, sed flore ueræ humilitatis, impinguabitur flore proprio non arbore aliena. Et tunc dissipabitur Capparitis, id est superbia & uana gloria. Item spes fructus percipiendi ab ubertate domus domini. Cum uidero florē spero fructū. Sic cū uidero uerum humilē, spero ipsum beatū in cælis affuturū. Sed heu ut dicit Isa. 9. Omnis hypocrita nequam est. Et Miche. Qui optimus est in eis, quasi Paliurus, & qui rectus quasi spina de sepe. Vere hodie oīs hypocrita est Paliurus simulās quod non est. Paliurus herba est spinosa incautos pungens, sicut hypocrita se simulans mollē uerbis, pungens factis, spina transeuntes uulnerat, ut laudes hominum sumat, sanguinem emungit. In horro Nazareth non est Paliurus & spina, sed liliū & uiola. Et ideo Iesus uenit Nazareth. Sequitur. *[Et erat subditus illis.]* Liquefat omnis superbia, defluat omnis contumacia: humiliet se omnis inobedientia, cum audit quod Iesus

Eccle. 1.

2. Reg. 6.

Prou. 8


Isai. 9.

Mich. 7.

erat subditus illis. Quis non est subditus illi qui solo uerbo creauit omnia ex nihilo? Qui ut dicit Isaias. Mensus est pugillo aquas, & cœlos palmo ponderauit. Qui appendit tribus digitis molem terræ &c. Qui etiam ut dicit Iob. Commouet terram de loco suo &c. Vide multa ibi. Ille talis ac tantus erat subditus illis. Quibus illis? Fabro, & pauperulæ Virgini. O primus, o nouissimus, o angelorum prælatus & hominibus subditus. Cœli creator subditur fabro. Deus æternæ gloriæ subditur uirgini pauperulæ. Quis audiuit unquam tale? Et quis uidit huic simile? Non ergo dedignetur obedire & subdi philosophus piscatori, sapiens simplici: literatus idiotæ, filius principis ignobili.

Dominica II. post Epiphan. secundum usum Romanum.

De spiritualibus animæ nuptijs.

Ioan. 2.  *Nuptiæ factæ sunt in Chana Galilee &c.]* Ibi sunt quatuor uidenda. Primum est lætitia & concordia nuptialis: circumstantia localis, ibi. [*Nuptiæ factæ sunt in Chana.*] Secundum præsentia uirginalis, ibi. [*Erat mater Iesu ibi.*] Tertium efficacia uirtualis, ibi. [*Erant ibi sex hydriæ.*] Quartum magnificentia principalis. [*Hoc fecit Iesus in initium signorum.*

Ruth. 1. Quo ad primum,] Chana interpretatur zelus. Galilea interpretatur uolubilis uel transmigratio. In zelo, id est in amore transmigrationis fiunt nuptiæ inter Spiritum Sanctum, & animam pœnitentem. Unde super hoc habes concordantiam Ruth. quæ (ut ibi dicitur de regione Moabitide transmigravit in Bethleem, quam Booz assumpsit sibi in uxorem. Ruth interpretatur uidens uel festinans uel deficiens, & significat

cat animam pœnitentis, quæ uidens peccata sua in cordis contritione, festinat ipsa mundare in confessionis fonte. Deficit a propria uirtute in pœnitentiæ satisfactione. Unde Psalm. Deficit caro (id est sensualitas uel carnalitas mea.) Et cor meum, id est superbia cordis mei. Et sic de regione Moabitide, id est diaboli seruitute, in zelo amoris transmigrat in Bethleem, quæ interpretatur domus panis, quo protegitur & defenditur & reficitur, & tunc per uiam amoris (ut dicit beatus Bernardus) infundit se Spiritus Sanctus. Hic est Booz qui interpretatur in quo est uirtus, de qua Luc. Sedere in ciuitate quoadusque induamini uirtute ex alto. Animam quam sibi Spiritus Sæctus assumpsit in spõsam, uirtute ex alto induit. Unde Isaias. Qui dat uirtutem laqueo, & ijs qui non sunt in fortitudine robur multiplicat, dat uirtutem ut resurgat, dat fortitudinem ne in tentatione succumbat, dat robur ut finaliter perseueret. In coniunctione Spiritus Sancti & animæ dum fiunt nuptiæ thalamus conscientiæ ornatur, bonarum cogitationum ordine ratio disponitur, Symphonia quinque sensuum, manu discretionis temperatur. Et sic hinc & inde memoria abundantia suauitatis Dei exaltatur. Omnis terra ista ut dicitur in introitu missæ, adoret te Deus. Omnis terra est orientalis; occidentalis, meridionalis, & aquilonaris. Terra orientalis sunt incipientes. Meridionalis proficientes, qui feruent sicut sol in meridie. Occidentalis, perfecti, qui omnino mundo sunt mortui. Et econuerso, Aquilonaris boni coniugati & uiri catholici, qui adhuc possidentes bona huius mundi, tribulationum & dolorum multas sustinent patienter passiones. Omnis ista terra adoret Deum, cordis contritione, oris confessione, & operis satisfactione, in nuptijs quæ celebrantur in Chana Galilee. Sequitur. *Es erat mater Iesu ibi. Vocatus est autem Iesus & discipuli eius ad nuptias.]* O felices nuptiæ quæ tantis ac tantis decorantur privilegijs, & resplendent beneficijs. In beata uirgine quæ fuit uirgo & mater, casti-

Psalm. 72.

Luc. 24.

Isa. 40.

tas

Matt. 11 ras & fecunditas. In Iesu qui fuit humilis. Vnde Matth. Discite a me quia mitis sum, & humilis corde. Et pauper. Vnde Matth. Vulpes foueas habent, & uolucres cæli nidus, filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet, humilitas & paupertas. In ipsius discipulis, obedientia, & patientia designatur. Ecce decus & decor nuptiarum, priuilegium & dignitas nuptiarum. Animæ sponsus spiritus sanctus dum ipsam sibi unit castam & fecundam reddit. Castam mentis puritate, fecundam boni operis prole. Vnde Cantic. Omnes gemellis foetibus, id est germine dilectionis, uel actiue & contemplatiue uitæ operibus, & sterilis non est in eis. Item spiritus sanctus efficit animam humilem & pauperem Isa. Ad quem respiciam nisi ad humilem, & pauperem & contritum spiritu. In specie columbæ quæ mansuetum est uolatile, & gemitum habens pro cantu, descendit spiritus sanctus super Iesum in Iordanis flumine. Matth. Item efficit obedientem & patientem. Vnde Sapient. dicitur quod spiritus sanctus benignus est humanus, stabilis. In obediante & patiente sunt hæc tria. Est benignus, id est bene ignitus ad obediendum prælato, humanus ad compatiendum proximo, stabilis in proposito. Obediens uere non eris si patienti non fueris. Nam uidua est obedientia quam non patientia firmat. Sequitur. Et deficiente uino. Vt nam deficiat nobis uinum de quo Deute. Fel draconum uinum eorum, Id enim est mundi & gaudium, de quo Salo. Prouer. Non intuearis uinum quando factus est, cum splenduerit in uitro color eius. Ingreditur blande, & in nouissimo mordebit ut coluber. Nota quod uitrum uile est materia, fragile in substantia, gloriosum in splendore. Vitrum est caro hominis, quæ uilis est in materia, quia de fetido humore procreata. Fragilis substantia, quia quasi flos egreditur & conteritur. Iob. Psal. Et anni eius sicut aranea meditabuntur. Psal. 89. Telas araneæ (inquit Isa.) texuerunt, quæ non erunt eis in uestimentum gloriæ. In splendore mundanæ pulchritudinis,

tudinis, de qua Prouerb. Fallax gratia & uana est pulchritudo. In hoc ergo uitro splenduerit uinum mundi, scilicet gaudium non intuearis, id est cum arriserit tibi mundi prosperitas, carnis uoluptas, non in ea delecteris. Ingreditur enim blande, sed in nouissimo mordebit ut coluber. Hoc dicit dominus. Luce. Væ uobis qui nunc ridetis, quia lugebitis. &c. Mundi gaudium æterni luctus est seminarium. Et sicut Regulus uenena diffundit. Hic uinum, ibi uenenum. Hoc est quod dicit circa finem huius euangelii. [Omnia homo primum uinum beuum ponit,] id est mundi gaudium. Et cum inebriati fuerunt, tunc id quod deterius est, bibent in inferno, scilicet mortis uenenum. Quod Regulus, id est diabolus diffundet in animas damnatorum. Heu quam erit hæc porio bibentibus illam, qui prius hæc inebriati fuerunt de poculo aureo magnæ meretricis, cum qua fornicati sunt reges terræ. Deficiat ergo uinum mundani gaudii de nuptijs sponsi, & sponsæ, quo deficiente fiet quod sequitur.

Luc. 6
Dixit mater eius ad eum. Vinum non habent.] Nota quod beata Maria ex euangelio Lucæ & Ioan. colligitur sex uerba tantum protulisse. Primum fuit. Quomodo fiet istud? Secundum. Ecce ancilla domini. Tertium. Magnificat anima mea dominum. Quartum. Fili quid fecisti nobis sic? Quintum. Vinum non habent. Sextum cum dixit ministris. Quodcunque dixerit uobis, facite. Isti sunt quasi sex gradus in throno Salomonis eburneo. Sex folia in Libano. Sex calami in candelabro. In primo uerbo notatur firmum propositum in uiolabilis uirginitatis. In secundo, insigne obedientiæ & humilitatis. In tertio, ipsius exultatio pro collato sibi beneficio. In quarto, ipsius pro filio sollicitudo. In quinto, compassio. In sexto, de potestate filii sui certitudo. Sequitur. Quid mihi et tibi mulier? [nondum uenit hor mea.] Deus dei filius ex beata uirgine accepit humanam naturam in unitate personæ. Pater dedit diuinitatem, mater humanitatem. Pater maiesta-

maiestatem, mater infirmitatem. Ex diuinitate habuit
aquam mutare in uinum, cæcos illuminare, mortuos
suscitare. Ex infirmitate humanitatis esurire, sitire, ligari,
conspui, & crucifigi. Dixit ergo. Quid mihi & tibi mu-
lier? Nota ista duo, mihi & tibi. In mihi diuinitas, In ti-
bi humanitas notatur. Quasi dicat suæ matri. Miracu-
lum postulas fieri quod mihi ex diuinitate est possibile.
Tibi uero, id est humanitati quam accepi a te, passio-
nem sustinere. De qua subinfertur. Nondum uenit
hora mea, scilicet passionis qua torcular calcem so-
lus, & uestimenta mea sint, sicut calcantium in
torculari. Nondum uenit hora mea, qua Iudas extēdat
calcaneum super acinū, ex quo exprimat uinum ine-
brians cor quærentium dominum. Nondum uenit ho-
ra mea, qua una humanitatis quam a te accepi compri-
matur palo crucis, ut decurrat uinum lætificans cor ho-
minis. Cum illa hora uenerit, tūc quid mihi & tibi erit
mulier? Sequitur.

*Erant autē ibi sex hydræ lapideæ positæ secundum purifica-
tionem Iudeorum capiētes singulæ metretas binas uel ternas.*
In Chana Galileæ, i. in anima quæ zelo amoris iā tran-
smigrauit de uitiis ad uirtutes, sex hydræ sunt, Contri-
tio, Confessio, Oratio, Ieiunium, Eleemosyna, illatæ in
iuriæ ex corde remissio. Hæc sunt quæ purificant Iu-
dæos, id est pœnitentes, ab omnibus peccatis. Contritio
purificat, unde dominus Ezech. Effundā super uos aquā
mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamen-
tis uestris. Item Hiere. Laua a malitia cor tuum Hiere-
salem ut salua fias. Contritio lauat cor a malitia, & a
noxiiis cogitationibus purificat. Vnde Leui. Intestina
& pedes lauabunt aqua. In intestinis cogitationum im-
munditia. In pedibus carnalia desideria designantur,
quæ aqua contritionis lauantur. Item confessio pu-
rificat, ut dicitur communiter. Omnia in confessio-
ne lauantur. Dicit Hiere. Threno. 2. Effunde cor tuū si-
cut aquam ante conspectum domini. Sicut aquam de-
xit, & non sicut uinum, uel lac, uel mel. Cum uinum
effunditur,

effunditur, in uase remanet odor, cum lac, color, cum
mel, sapor. Sed cum aqua effunditur, nullum uestigium
remanet istorum. In uini odore, peccati imaginatio.
In lactis colore, uanæ pulchritudinis admiratio. In mel-
lis sapore, confessæ iniquitatis cum mentis delectatio-
ne recordatio designatur. Cum ergo effundis cor tuum
in confessione, effunde sicut aquam, ut peccatum & ip-
sius reliquæ in nihilum redigatur. Item oratio purgat.
Vnde dominus Hiere. In fletu (aliter in præcibus) ue-
niēt, & in misericordia reducā eos, & adducam eos per
torrentes aquarum. Et Ecclesiastici. Non despiciet præ-
ces pupilli (id est pœnitentis & humilis, qui dicit. Pater
meus & mater mea, id est mundus & carnalis cōcupiscē-
tia dereliquerūt me, dominus autē assumpsit me.) Nec
uiduam (id est ipsius pœnitentis animam, quæ diabolo
& uitio iam est uiduata) si effundat loquelam gemitus.
Item ieiunium purificat. Vnde Iohel. Conuertimini
ad me in toto corde uestro, in ieiunio &c. Et Matth.
Tu autem cum ieiunas unge caput tuum. Moyses post
ieiunium dierum legem domini immaculatam conuer-
tentem & purificantem animam meruit accipere, &
Heliæ sibilum auræ tenuis audire. Et salua hominis
ieiuni occidit serpentem. Magna uirtus ieiunij quæ
pestes animæ curat, antiqui hostis fraudem exuperat.
Item eleemosyna. Vnde Luc. Date eleemosynam, &
ecce omnia munda sunt uobis. Sicut aqua extinguit
ignem, ita eleemosyna peccatum. Ecclesiastici, & Elee-
mosyna uiri quasi sacculus cum ipso. Et gratiam ho-
minis quasi pupillam conseruabit. Eleemosyna dicitur
sacculus, quia quod in ea reponitur postmodum in uita
zterna inuenitur. Ideo Eccle. Mitte panem tuum su-
per transeuntes aquas (id est pauperes, qui ostiatim trā-
seunt de loco ad locum) & post multa tempora (id est in
die iudicij) inuenies illum, id est retributionem pro il-
lo. Vnde Matth. Esuriui & dedistis mihi manducare &c.
Peregrinus es o homo, hunc sacculum in tuæ peregrina-
tionis uia porta, ut cum sero ad hospitium ueneris panē

Hiere. 31

Eccle. 35.

Iohel. 2.
Matth. 6

Luc. 11.

Eccle. 17

Eccle. 18.

Matth. 25

quo

quo reficiaris in eo inuenire possis. Eleemosyna etiā gratiam quasi pupillam conseruat propter acumen uisus. Et fuit corium quod est super pupillam, ualde tenue, & propter salutem oculi creatæ fuerunt palpebræ. Et omne animal claudit oculum ut nociua nō cadant super illum extrinsecus. Et hoc non ex uoluntate, sed ex natura. Et homo claudit oculos multotiens, quoniam est tenuis corij plus omnibus animalibus. Auis quæ claudit oculos nō claudit nisi per palpebram inferiorem, sicut igitur palpebra pupillam cooperiendo conseruat, sic eleemosyna conseruat gratiā, quæ est quasi pupilla animæ per quam uidet. Hoc est quod dicitur Tob. Eleemosyna ab omni peccato & a morte liberat, & non patitur animas ire in tenebras. Sicut homo multotiens claudit oculos ut eos conseruet, sic eleemosynam debet facere, ut gratiam conseruet. Item iniuriæ remissio purificat peccatis. Vnde dominus Matth. Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & uobis pater uester cælestis delicta uestra. Qui sic facit est quasi auis quæ per inferiorem palpebrā oculum claudit. Auis dicta ab a, quod est sine, & uia, idest sine uia dum enim uolat uiam non seruat. Sicut qui in se deliquenti ignoscit uiam rancoris & odii in corde non habet, qui tunc per inferiorem palpebram oculum claudit, cum iniuriam ex corde dimittit. Hæc est elemosina spiritualis, sine qua omne bonū uitæ æternæ mercede caret. Dicitur Eccl. Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. Homo homini referuat iram, & a deo querit medelam? In hominem similem sibi non habet misericordiā & de peccatis suis deprecatur? Ipse cum caro sit referuat iram, & propitiationem petit a deo? Quis exorabit pro delictis illius? Memorare timorem domini, & non irascaris proximo. Memorare testamentum altissimi, (qui dicit, Dimitte & dimittetur tibi) & despice ignorantiam proximi tui. Ignorantiam despicit proximi qui non malitiæ sed ignorantie imputat, illatam iniuriam dissimulat, & dissimulans in corde non referuat. Ecce sex hydriæ lapideæ

Tob. 4

deæ a lapide quem reprobauerunt ædificantes exciso de monte sine manibus excise. Qualiter plenæ sunt usque ad summum aqua saluari capientes singulas metretas binas uel ternas. Metreta est mensura. In binis metretis, dei & proximi dilectio. In ternis sanctæ trinitatis fidei confessio designatur, quæ in omnibus supra dictis sunt necessaria. Notate igitur istas sex hydrias, [Sequitur. Hauerte nunc, & ferte Architrachino] super hoc Gen. dicitur quod Ioseph læta facie a lachrymis ait. Ponite panes, quibus repositis, seorsum Ioseph, & seorsum fratribus eius, Aegyptijs quoque seorsum, biberunt fratres Ioseph, & inebriati sunt cum eo. Ioseph filius accrescens & decorus aspectu est Christus qui fuit quasi granum sinapis, humilitate minimus. Sed creuit & factus est arbor magna, in cuius ramis habitant uolucres cæli, cælestia contemplantes. Ipse speciosus forma præ filiis hominū, in quæ desiderant angeli prospicere. Hic lauabit faciem a lachrymis, sicut ait Isa. Auferet deus lachrymam ab omni facie. Cum aquam hydriarum supradictarum mutabit in cælestis gaudij uinum, Aqua contritionis tunc conuertetur in uinum gaudij cordis. Vnde dominus Io. Iterum uidebo uos & gaudebit cor uestrū &c. Tūc erit cor gaudij uino hilare & iocundum, quod modo est contritum & humiliatum, Cor (inquit Salo. Pro. quod nouit amaritudinem animæ suæ, in gaudio eius nō miscebitur extraneus, Item aqua lachrymosæ confessionis conuertetur in uinum diuinæ laudis. Vnde Isa. Conuertentur & uenient in Sion cum laude, & lætitiā sempiterna super caput eorum. Gaudium & lætitiā obtinebunt, & fugiet dolor & gemitus. Item aqua lachrymosæ orationis conuertetur in uinum & gaudium contemplationis trinitatis & ueritatis. Vnde Isa. Simul laudabunt, quia oculo ad oculum uidebunt cum conuerterit dominus Sion. Itē aqua ieiunij conuertetur in conuiuium defæcatæ uindemiæ. De quo Isa. Faciet dominis exercituum omnibus populis in monte hoc conuiuium pinguium, conuiuium uindemiæ &c. Require in euangelio, Homo quidam fecit

Gen. 44

Ioan. 16,

cic

cit cenam) item aqua elemosynæ duplicis beneficii
poralis & illaræ iniuriæ remissionis conuertere in gau-
dium duplicis stolæ, idest glorificationis corporis & ani-
mæ. Vnde Isa. Duplicita in terra sua possidebunt. Latitudo
sempererna erit eis in Christo Dicamus ergo. Ioseph
ta facie a iachrymis ait. Ponite panes &c. Hoc est qd
dicitur Luc. Dispono uobis regnum sicut disposuit mihi
pater, ut edatis & bibatis super mēsam meam. Seorsum
Ioseph, seorsum fratribus &c. Hoc est qd dicitur Matth.
Cū uenerit filius in sede maiest. suæ, & oēs angeli cum
eo, tunc sede. super sedem maiestatis suæ, & segre-
gabit oues ab hœdis. Oues aut statuet a dextris, hœdos
autem a sinistris. Biberunt & inebriati sunt. Ecce uerum
architriclinus, cum quo inebriabuntur ab ubertate do-
mus suæ. Architriclinus, idest princeps trium lectorum,
clinus, idest lectus, quasi princeps trium ordinum lecto-
rum, in quibus antiquitus sedebat discumbetes, Tres au-
tem ordines lectorum, tres status & ordines in ecclesia
significant, scilicet conjugatorum, continentium, & uir-
ginum, quorum princeps est Christus, qui faciet illos dis-
cumbere & transiens ministrabit illis, quem humiliter
imploremus, ut det nobis gratiam in presenti, & gloria
in futuro. Amen.

Dominica Tertia post Epiphaniam. De potētia
Christi, in leprosi & paraliti-
ci curatione.

¶ Vm descendisset Iesus de monte secuta sunt ei
turbae] &c. Matth. In hoc euāgelio duo no-
tantur. Leprosi mundatio. Et pueri paraliti-
ci curatio. Primum ergo
¶ Cum descendisset] &c. Quid mons, quid la-
tus, quid descensio, significant uideamus. Mons est glo-
ria cœlestis æternitas, de qua Psal. Quis ascendet in mō-
tem dominij? Qui a seipso descendit, & humiliavit se sicut
paruulus

paruulus iste, qui de monte descendit. Eius descensio
fuit humiliatio in carne. Inclinauit cœlos & descendit,
cœlos diuinitatis, & descendit in uterum uirginis ma-
ris. Sequitur. [Et ecce leprosus ueniens adorabat eum.] Le-
prosus iste peccatorem significat lepra mortalis pecca-
ti leprosum: de qua Leuiti. Cum color albus in cute fue-
rit & capillorum mutauerit aspectum, ipsa quoque ca-
ro uiua apparuerit, lepra uetustissima iudicabitur. In al-
bo colore superbia uel uana gloria, in capillorum mu-
tatione, auaritia, in carne uiua luxuria designatur.
Ecce lepra uetustissima Dicit dominus Matth. Vñh
nobis scribæ & Pharisei qui similes estis sepulchris
dealbatis &c. Sic & uos quidam apparetis hominibus
iusti exterior. Intus autem pleni estis hypocrisi & ini-
quitate. Et in actibus. Percutiet te dominus peries
dealbare. Item de mutatione quam facit auaritia di-
cit Iacob Gene. Liæ & Racheli. Pater ueliter circumue-
nit me, & mutauit mercedem meam decem uicibus.
O quotiens auaritia mutauit capillos, idest mentis cogi-
tationes. Stultus (inquit Ecclesiasticus), id est aua-
rus, ut luna mutatur. Crescit, descit, in eodem sistere
nescit. Item luxuria dicitur a luxu cibi & potus, quo-
rum affluentia caro uiua & penetrans luxuriatur. Ta-
li uita omnis uiuens non iustificabitur in conspectu
tuo, immo condemnabitur. Dicit Rebecca Gene. Te-
det me uitæ mæx propter filias Heth (qui interpreta-
tur uita) Si acceperit Iacob uxorem de stirpe huius
terræ, nolo uiuere. Ita Christus crucifixus & mortuus
nō accepit uxorem uiuam, sed crucifixam & mortuam.
Vnde Apostolus Gala. Qui Christi sunt carnem suam
crucifixerunt cum uitiis & concupiscentiis caro uiua,
caro leprosa, cuius uita non uita, sed mors potius di-
cenda. Qui eiusmodi est si uult uiuere, ueniat ad ui-
tam. sicut fecit leprosus, de quo dicitur. Ecce leprosus
ueniens adorabat eum dicens. Domine, si uis potes
me mundare. Nota quod his tribus uerbis uenit a-
dorabat & dixit, Domine, si uis potes me mundare.
Ser. Do. S. Anto. de Pad. E Notatur

Mat. 23
Act. 23
Gen. 31
Gal. 5

Notatur contritio, confessio, & fides, quæ cuilibet peccatori ualde sunt necessaria. Primo cum contritione debet uenire ad deum. Vnde Cati. Veni de Libano, id est mundanæ uanitatis falso candore. Apoca. Qui audit, dicat ueni. Qui audit, scilicet sibilum auræ tenuis in in te per internam inspirationem, debet dicere peccatori, ueni per contritionem. Vnde Isa. Si queritis, querite, conuertimini & uenite. Leprosus ergo ueniens adorabat eum. Ecce humilitas confessionis, de qua apertius dicitur. *Marc. I.* Venit ad eum deprecans, & genu flexo dixit. Si uis &c. Sic peccator cum uenit ad confessionem debet flectere genua coram sacerdote uicario Christi, qui ei ligandi atque soluendi tradidit potestatem. In cuius officii dignitatem tantam debet habere fidem confitens, ut ei dicat. Domine, si uis potes me mundare, & a peccatis meis abluere. Sequitur. *[Et extendens Iesus manus tetigit eum dicens, uolo Mundare].* O imperator noster. O manus tornatilis aurea plena hyacinthis. Ad cuius contactum, uinculum linguæ muti soluitur. Archisynagogi filia suscitatur: Leprosus lepra mundatur, de qua Isa. Omnia (inquit) hæc manus mea fecit. Manus dicta quasi munus. Extende ergo domine manum pro munere, quæ extensa fuit clauo in cruce, & leprosum tange. Quicquid enim ea tetigeris mundabitur & sanabitur. Cum tetigisset inquit Lucas auriculam eius sanauit eum. Extendit manus & dedit ei emundationis munus dicens, uolo, Mundare. Et confestim mundata est lepra eius. Omnia quæcunque uoluit fecit: Item ipse uelle & facere nullam distantiam habet. Hoc idem dominus quotidie in anima peccatoris operatur per officium sacerdotis, qui in se ista tria debet habere, scilicet extendere, tangere, & uelle. Manum tunc extendit cum pro ipso peccatore orationem ad deum fundit, & ipsius compassionem se affligit. Tangit, cum ipsam consolatur, & ei de peccato ueniam promittit. Habet uelle ut mundetur cum eum a peccato absoluit. *Istud est illud triplex pascere, de quo dominus Petrus loquitur.*

Ioan. Pasce, pasce, pasce. Sequitur. [Ait illi Iesus, Vide, nemini dixeris.] Hoc non dicunt illi qui cum aliquid boni faciunt tuba ante se cantant, quorum sinistra nouit quid dextera faciat. Qui filiam suam prostituunt prohibere Moyse (Leui.) Filiam tuam non prostituas. Filia tua est operatio tua, quam tunc in prostibulo ponis cum ipsam in lupanari mundi, pro denario uanæ gloriæ uendis. O infelix commercium pro uento humani oris, uendere præmium regnum cælestis. Vide, nemini dixeris, nemini tua ostenderis, non sufficit tibi quod scit deus tuam conscientiam? Quid tibi & hominis linguæ, quæ laudanda damnat & damnanda laudat? Quæ iustum uel que ad infernum præcipitat, impium usque ad sedem dei & agni exaltat. Vide ergo nemini dixeris. Vnde Isa. Secretum meum mihi, secretum meum mihi. Et. *Reg. 4.* Iuxta mulier ad uerbum Helisei, & clausit ostium super se & super filios suos. Clauso (inquit dominus Matth.) ostio ora patrem tuum in abscondito. Natura posuit duplex ostium ante linguam, scilicet dentes & labia, ne meretrix semper praua diligens (de qua Prouer.) egrediatur in plateam garrula uaga &c. Claudat ergo dentes comprimendo labia, ne meretrix egrediatur ad lupanar. Vnde Eccl. Ne des mulieri nequam ueniam prodeundi. Vide ergo nemini dixeris. Sequitur. Vade ostende te sacerdoti.

Ioan. 21.

4. Reg. 4

Vade	Cordis contritio
Ostende	Oris confessio
Sacerdoti	Operis satisfactio

Riduum quære in euangelio de decem leprosis. Sequitur. *[Et offer munus tuum quod præcepit Moyses in testimonium illis.]* Dicitur Leui. Locutus est dominus ad Moysen dicens. Hic est ritus leprosi qui mundandus est. Adducetur ad sacerdotem, qui egressus castris cum ibi inuenerit lepram esse mundandam, præcipiet ei qui purificatur ut offerat pro se duos passeres uivos, quibus uesci licitum est, & lignum cedrinum, coccumque & hyssopum &c. Nota historiam

4. Leui. 11

Nota q̄ duo sunt genera confitentium qui a lepra peccati mūdati sunt. Vnū est in religione, alterū in seculo. Religiosi primam oblationem debent facere. Alii. s. filii coniugati, uiri catholici, quos cura rei temporalis occupatos detinet, qui non tantis diuitiis abūdant, debent facere secundā. Duo passerēs uiui sunt corpus & spiritus uiri religiosi, qui dicere potest cum Apostolo. Gala. Vno ego iam non ego, uiuit uero in me Christus. Hos passerēs offert pro emundatione sua domino. Iudi. dicitur.

Gala. 2.

Qui propria uoluntate obtulistis uos discrimini benedicite domino, qui a/cēditis super nitentes a sinos. Nitentes asini sunt, corpora religiosorum, qui portant pondus dei & æstus, qui tanquam asini grossis & asperis debent pasci. Ecclesiastici. Cibaria & uirga & onus asino: Panis & disciplina & opus seruo, idest religioso. Qui sedet in iudicio cum obedit prælato suo. Et ambulat in uia, de qua Hier. Interrogate quæ sit uia bona, & ambulat in ea scilicet in eo qui dicit (Ioan. Ego sum uia, ueritas, & uita. Item debet offerre lignum cedrinum in quo paupertas, Et uermiculum & coccum, in quo charitas. Et hyssopum, in quo humilitas designatur. Alta cedrus paupertatis, quæ odore suo fugat serpentes auaritiæ & rapinæ. Conformatur hyssopo humilitas, quæ tumorem pulmonis expellit, mediante uermiculo geminæ charitatis. Et inquit dicto loco

Leui. 14.

Leui. Vnum ex passeribus, idest corpus immolari iubebit, ut dicat cum Apostolo. Gala. Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Et item. Timo. Ego iam de labor, idest in sacrificium offeror. In uase fictili.

Vnde. Corint. inquit Apostolus Habemus thesaurum istum in uasis fictilibus. Super aquas uiuentes, idest compunctionem lacrimarum, quæ tunc super

Eze. 14.

uiuentes cum pro irriguo superiori & inferiori funduntur. De quibus Zacha. In die illo exibunt aquæ uiuæ de Hierusalem, idest corde poenitentis, medium earum ad mare orientale. Ecce irriguum superius. Et medium ad eorum mare nouissimum. Ecce irriguum inferius.

rius. Mare orientale est amaritudo pro splendore lucis æternæ. Mare nouissimum est amaritudo pro perpetratione proprii peccati, & incolatu exilii pro peccato proximi. Religiosus ergo passerem in uase fictili immolat super aquas uiuentes, cum corpore suum uitii & concupiscentiæ crucifigit, & in amaritudine uitæ suæ, uitæ frugalitatem, exili calamitatem recogitat. Sequitur. Aliū autem uiuum cum ligno cedrino, & cocco, & hyssopo tinget in sanguine passeris immolati, & dimittet passerem uiuum, ut in agrum auolet. Passer uiuus est spiritus, qui cum ligno cedrino, paupertatis, et cocco, charitatis, & hyssopo humilitatis debet intingi in sanguine passeris. idest, corporis in ara poenitentiae immolati. Corporis enim afflictio & maceratio quæ in sanguine designatur, mundat & sanctificat spiritum. Et sic alis contemplationis auolat in cælum, quod per agnum notatur cū uirtutibus supradictis. Et assumet duos agnos immaculatos, & ouem anniculā absque macula, & tres decimas similæ in sacrificium, quæ cōspersa sit oleo, & seorsum olei sextarium &c. In duobus agnis spiritus & corporis mansuetudo. in oue totius corporis simplex & pura intentio. In tribus decimis similæ triplex obediētia, scilicet superioris, paræ, & inferioris. In olei sextario misericordiae sex opera designatur. Hæc est oblatio quæ quilibet religiosus debet offerre pro sui peccati emundatione. Sequitur. Quia si pauper est & nō potest manus eius inuenire quæ dicta sunt pro delicto, assumet agnum, decimamque partem similæ, olei sextarium, duosque turtures siue duos pullos columbæ. In agno innocentia uitæ. Item in decima parte similæ perfectio charitatis fraternæ. Item in olei sextario sex opera misericordiae, ut supra dictū est. In duobus turturibus. siue colūbis duplex gemitus contritionis, quem debet habere peccator pro commissis & omissis, designatur. Hæc oblatio quæ pro sui peccati emundatione coniugatur & alii boni uiri adhuc in seculo potiri debent domino offerre, ut scilicet innocenter uiuant, proximi.

num diligant, operibus misericordię intendant, pro cõmissis & omisissis se conterant. Et sic pater quod dictum est. Ostende te sacerdoti, & offer munus &c.

Cum autem introisset Capharnaum accessit ad eum Centurio &c. De hoc nomine Capharnaum quære in euangelio. Erat quidã regulus. Dominus ad filium reguli ire noluit, ne diuitia honorare uideretur. Ad Centurionis uero seruum mox ire concessit, ne seruilem conditionem spernere uideretur. Vnde ait. *[Veniam & curabo eum.]* Ecce medicus noster qui solo sermone curat uniuersa, de quo Eccl. Honora medicum propter necessitatem. *[Respondens Centurio ait. Domine non sum dignus ut intres sub tectum meum, sed tantum &c.]* Zacheus autem gaudens dominum recepit. In quibus diuersitas intentionum notatur. Quidam ob reuerentiam corporis Christi dicunt, Domine non sum dignus &c. Vnde frequenter ab Eucharistię sumptione abstinere. Alii honorando corpus Christi gratanter recipiunt. Vnde Augustinus. Quotidie recipere Eucharistiã nec laudo nec uitupero, quoniam qui honorando audet sumere quotidie honorando non audet ullam diem prætermittere. Sequitur. *[Sed tantum dic uerbo, & sanabitur puer meus. Nam & ego sum homo sub potestate constitutus &c.]* Ex hoc probatur quod ille sine corporis præsentia potest dicere infirmitati ut recedat, sanitati ut ueniat, cui omnes angeli ministrant obediunt & adorant. Vnde in introitu missæ. Adorate deum omnes angeli &c. *[Audiens hoc Iesus &c.]* Sequitur. *[Non inueni tantam fidem in Israel,]* idest in populo Israelitico præsentis temporis. Inueni tamen in antiquis scilicet patriarchis & prophetis. Excipitur beata uirgo Maria, discipuli, quibus maior fides diuinitatis collata est. Sequitur. *[Dico autem uobis, quod multi ab oriente & occidentem uenient,]* scilicet gentiles, quorum figuram gerit centurio ad fidem catholicam, *[& recumbent cum Abraham,]* idest requiescent cum aliis saluandis. *[Filij uero regni,]* idest Iudæi *[eiciuntur in tenebras exteriores, sibi erit fletus.]* scilicet præ ardore, & stridor dentium præ frigore qui

Iob.

Iob. Transibunt ab aquis niuiũ, ad calorẽ nimium, quia in inferno est ignis inextinguibilis & frigus intolerabile. Sequitur. *[Et dixit Iesus Centurioni. Vade & sicut credidisti fiat tibi.]* Quoniam secundum mensuram fidei unicuique datur quod postulat. *[Et sanatus est puer ex illa hora.]* Omnipotens sermo tuus domine leprosum mundauit, & seruum sanauit. Mora liter. Centurio militibus stipatus significat prælatum uel quemlibet iustum, qui uirtutibus tanquam militibus debet esse uallatus & munitus. Vnde secundi Reg. dicitur quod omnis populus & uniuersi bellatores a dextero & sinistro a latere Regis Dauid incedebant. Et legiones Cerethi idest exterminatores, & Felethi idest uiuificatores. In quibus uirtutes designantur que uicia exterminant & animam uiuificant. Vnde Macchab. dicitur quod cum Iudas Macchabæus & Timotheus cõuenissent in præliũ, & uehemens pugna esset, apparuerunt de cælo uiri quinque in equis frenis aureis decori, Iudæis ducatum præstantes. Ex quibus duo Macchabæum medium habentes circumspectum incolumẽ conseruabant. In aduersarios autem tela & fulmina iaciebant. Ex quo & cæcitate confusi & repleti perturbatione cadebant. Timotheus interpretatur beatificus, & significat diabolum, qui mundi amatoribus modo uideatur beatificus, sed postea ipsis erit ueneficus, ut quem habuerunt incentorem malorum in culpa, habeant tormentum in pœna. Hic cõgregato exercitu uitiorũ conuenit ad oppugnandum Macchabæũ, idest uirum iustum, inter quos uehemens pugna fit. Sed ecce de cælo, idest cælesti pietate, apparuerunt quinque uiri, idest quinque uirtutes.

Quę sunt

- 1 Humilitas mentis
 - 2 Castitas corporis
 - 3 Amor paupertatis
 - 4 Excellentię geminæ castitatis,
 - 5 Propositum perseueratię finalis
- in equis bonæ uoluntatis. Equus inquit Salomon Proverb. Paratur ad diem belli, dominus autem salutẽ

B. d. tribuit.

2. Reg. 17

2. Ma. 19

Prou. 21 tribuit. In frenis abstinentiæ & disciplinæ. Aureis dis-
 cretione, Iudæis pa nitentibus ducatum præstant, & ad
 uersarijs, id est dæmonibus & uitij exitium parant. In-
 gressus enim uirtutis egressum uitij operatur humilitas
 a cordis elatione, castitas a corporis corruptione, Mac-
 chabæum, id est uirum iustum, incolumen protegunt &
 defendunt. Quicumque talibus fuerit militibus munitus
 bene dicere poterit huic, id est humilitati, & patientiæ
 mentis. Vade ab omnimoda subiectionis obedientia, ad
 omnis iniuriæ tolerantiam, & uadit. Et alij, i. castitati
 & abstinentiæ, ueni ad refrenandum gulæ appetitum,
 carnis lubricum, & uenit. Hoc idem de alijs uirtutibus
 est dicendum. Sequitur. [Et seruo meo fac, & facit.] Seruus
Eccle. 3 uiri iusti est caro, de quo Eccle. Seruo maliuolo tortura
 & compedes, mitte illum in operationem ne uacet. O q̄
 felix est qui hunc seruum subiugabit, ut his quæ sibi iu-
 ste præcipiuntur obediat ut dicatur ei. Ieiunia & ieiunat,
 uigila & uigilat &c. Tunc uir spiritualis dicit seruo
 suo fac hoc, & facit. Puer Centurionis est parochianum
 pastoris, qui paralyti male torquetur. Et sic in hoc euan-
 gelio circa leprosum patet Dei misericordia, pietas, &
 charitas. Rogemus &c. Amen.

Dominica IIII. post Epipha-
 niam.

De Fidelium nauigatione.

Matth. 8



Scendente Iesu in nauiculam secuti sunt eum
 discipuli eius &c. [Matth. Ista nauicula est
 crux Christi, hæc est nauis insito-
 ris in qua celebrauit nundinas suas
 exponendo merces gloriosas, scilicet pa-
 rientiam indulgentiam, mansuetudinem, sustinendo
 Iudæis dāna rerum, contumeliam uerborum & cruciatū
 omnium

omnium membrorum suorū. Ideo Prou. Facta est quasi
 nauis insitoris de longe portans panem suū. Ipse enim
 Christus dicit. Io. Ego sum panis uiuus &c. Huius nauis
 beneficio ad litus cælestis patriæ peruenimus. Et no-
Ioan. 6. ta quod sicut nauis in principio & in fine est stricta, in
 medio uero lata, Sic crux in principio & in fine, scilicet
 manum & pedum affixione & spiritus emissionem, stricta
 & angustis plena fuit. Media uero lata fuit, cum pro cru-
 cifixoribus exorauit, latroni regna promisit, matrem di-
 scipulo commendauit, quodammodo lata fuit. Hanc na-
101. uiculam Christus ascendit cum dixit Ioan. Si exaltatus
 fuera a terra, omnia traham ad meipsum, scilicet uncino
Amos. 8 crucis de quo Amos. Quid tu uides Amos, & dixi uncinū
 pomorum ego uideo, & ait dominus ad me. Venit finis
 super populum meum Israel. Non adiciam ultra ut p-
 transeam eum nota quod in pomis tria sunt, scilicet sa-
 por, color, odor. Poma sunt uiri iusti, in quibus est sapor
 contemplationis, color sanctitatis, odor bonæ operatio-
 nis. Hæc poma dominus trahit ad se quotidie uncino
 suæ crucis, quam cum ascendit finis uenit super nos, quia
 finita est miseria nostra, qui nos non per transit, sed po-
 rius cum iplo transibimus in gloriam. Hoc est trās freta
Ioan. 13 uis, & uenit in ciuitatem suam. Vnde Ioan. Sciens Iesus
 quia uenit hora eius ut transeat ex hoc mundo ad patrē
Pf. 109 Hoc est quod dicit Psal. De torrente, scilicet passionis, bi-
 bit in uia peregrinationis, & ideo caput exaltauit, quod
 prius in cruce inclinauit cum spiritum tradidit. Morali-
 ter notanda sunt ista quatuor uerba ascendit, nauiculā,
 trās fretauit, & ciuitas. Qui uult ascendere, necesse est ip-
 sum prius descendere. Vnde apostolus Ephe. de Chri-
zpho. 4. sto. Qui autem ascendit quid est nisi quia & descendit in
 inferiores partes terræ? Qualiter autem debeas de-
Isa. 47 scendere docet Isa. Descende, sede in puluere uirga filia Ba-
 bylon. Nota singula uerba o anima peccatrix, quæ dice-
 ris uirgo propter boni operis sterilitatem. Filia pro-
 pter effeminationem. Babylon propter peccati con-
 fusionem. Descende a tui cordis elatione. Sede per
 humilitatem.

Gen. 35

humilitatem. In puluere propter tuæ utilitatis confusionem. Hæ sunt inferiores partes terræ, ad quas considerandas si prius descenderis, post ascendere poteris. Unde dicitur Gen. quod ascendit Abraham de Aegypto cum omnibus quæ habebat ad australem partem. Item Genes. Iacob conuocata omni domo sua ait. Ascendamus in Bethel. Abraham & Iacob significat penitentem, qui de Aegypto, id est de miseræ suæ tenebris ascendit cum omni domo sua, id est mentis cogitatione & affectione, ex quibus nihil debet remanere in Aegypto. Totus enim debes ascendere ad australem partem, id est mentis contritionem: quæ est in Bethel. id est domus Dei, in qua Deus habitat. De hoc. Machab. Vbi dicit Iudas Machabeus. Ascendamus nunc mundare sancta & renouare. Et congregatus est exercitus omnis: & ascenderunt in montem Sion: & uiderunt sanctificationem desertam &c. In hac auctoritate comprehenditur qualiter anima destruitur & qualiter reedificatur. Iudas, id est poenitens congregato exercitu, omni, scilicet cogitationum & affectionum, debet ascendere in montem Sion: qui interpretatur specula, id est mentem suam ex qua potest speculari Orientem suæ natiuitatis. Occidentem suæ mortis. Aquilonem aduersitatis. Meridiem mundanæ prosperitatis.

Primum

se humiliet.

Secundum

ut

se plangat.

Tertium

fortis existat.

Quartum

se non eleuet.

Et quia amissa bona homo tunc cognoscit cum mala commissa recte prius aspicit: ideo sequitur. Et uiderunt sanctificationem desertam. Sanctificatio tunc deserta est, cum anima aqua baptismatis sanctificata peccat mortaliter. Et sic a spiritus sancti gratia efficitur deserta. Et altare prophanatum, quod fit cum fides destruitur. Portas exustas, quod fit cum sensus cordis igne concupiscentiæ dissipantur. In atrijs uirgulta nata sicut in saltu, quod fit cum in corde superfluarum cogitationum multitu-

do

do generatur. Et pastophoria diruta. Pastophoria græce dicuntur thalami uel cubicula in quibus leuitæ excubabant in atrijs domus domini, quorum commemoratio fit in ultima uisitatione Ezech. Pastophoria ergo dirimuntur cum secreta mentis per desideria illicita dilaniantur. Ecce qualiter anima destruitur. Sed uideamus quomodo reedificatur. Scinderunt uestimenta sua. Nota ista quatuor uerba. Scinderunt, planxerunt, imposuerunt, ceciderunt. In scissione uestimentorum cordis contritio. In planctu magno lachrymosa confessio. In impositione cineris super caput, humilis sanctificatio. In casu super faciem super terram, ultimæ resolutionis recordatio. Unde dictum est primo homini. Terra es, & in terram ibis. Qui sic cum Iuda mundare & renouare montem Sion ascendit, uere cum Iesu in nauiculam ascendit. Et nota quod ad regimen nauiculæ quatuor sunt necessaria.

Arbor In arbore designatur cordis cōtritio.

scilicet Velum In uelo oris confessio. Sicut enim ue-

Remi lum arbori, sic confessio contritioni de-

Anchora, bet alligari. In Remis opera satisf-

actionis, scilicet ieiunium oratio & eleemosyna. In An-

chora mortis recordatio. Sicut enim anchora nauem

retinet ne in saxis se frangat. Sic mortis memoria ui-

tam nostram retinet ne ruat in peccata. Unde Salomon.

Eccle. Memorare nouissima tua, & in æternum non pec-

cabis. Quicumque ergo a ripa huius mortalitatis usque

ad ripam immortalitatis transfretare, id est in Hierusa-

lem peruenire uoluerit, ascendat in talem nauiculam

poenitentiae. Sequitur. [Sequuti sunt eum discipuli eius.]

Dicitur Hieremi. Patrem me uocabis & post me ingre-

di non cessabis. Beata illa anima quæ potest dicere ad

Iesum quod dicit Ruth. Noemi. Ruth. Quocumque per-

rexeris pergam, ubi morata fueris & ego pariter mora-

bor. Et habes. Reg. Si dominus est Deus, sequimini eum.

Vere ipse dominus Deus noster, qui ut nos redimeret,

quidem ascendit. Sequamur ergo ipsum crucem poeni-

tentiae

Eccle. 7.

Hier. 3.

Ruth. 1.

3. Reg. 18.

rentiæ baiulantes. Si quis (inquit) uult post me uenire &c. Dicitur in naturalibus q̄ Panthera suauissimi odoris ad modum myrrhæ auram efficit. Et ideo ubicunq̄ eam persenserint animalia, concito gradu conueniunt, ipsamq̄ sequuntur. Alabastrum unguenti in cruce confectum odore suo repleuit totum mundum, sequantur ergo discipuli. Currant Christiani in odore crucifixi. *[Secuti sunt eum discipuli eius.]* Dicitur Reg. 6. Cum filii prophetarum cæderent ligna accidit, quod uiri ferrum securis recidit in aquam, & exclamauit ad Heliseum, qui accepit lignum, & misit illuc & nauit, ferrumq̄ inuenit. Lignum significat humanum genus, quod ponderositate peccatorum a ligno uerito in aquam miserit, & culpæ cecidit. Sed uerus Hliesens, scilicet Christus per lignum crucis & aquas baptismatis ipsum liberauit. Ferrum etiam ad lignum enatat quando peccator conuersus ad crucem Christi portandam se subugat. Sequitur. *[Ecce motus magnus factus est in mari ita ut nauicula operiretur fluctibus Ipse uero dormiebat.]* Quando Iesus somno mortis in cruce dormiuit, discipuli eius quasi crucem pro nihilo reputantes, a fidei firmitate recesserunt. Sed resuscitati fuerunt dum resurrectionem quærunt. Increpauit eorum incredulitatem dicens. Luc. 24. Stulti & tardi corde ad credendum. Nonne sic oportuit Christum pati? Imperauit uentis, & mari &c. Et cessauit tempestas incredulitatis. Moraliter. Cum quis in nauiculam pœnitentiæ ascendit motus magnus fit in mari. Mare est cor hominis. Praunum (Hiere. inquit cap. 12.) est cor hominis, & inscrutabile, & quis cognoscet illud? Mirabiles elationes maris. Cum superbia inflatur, per ambitionem ultra terminos dilatatur, per tristitiam obnubilatur, per cogitationes uanas perturbatur, per luxuriam & gulam scuma generatur. Hæc sunt reptilia quorum non est numerus. Ecce motus magnus in mari. Unde habes Ionæ. Dominus misit (id est, miti permisit) uentum magnum in mare, & facta est tempestas magna

gnæ & nauis periclitabatur continue, & timuerunt ualde, & mare ibat & intumescibat super eos. Simile quid in Actibus. 27. Misit se (inquit Lucas) contra nauim uentus typhonicus, qui uocatur Euroaquis. Cumq̄ arrepta esset nauis, & non posset conari in uentum, data naue fluctibus ferebamur. Illi soli maris motum, uenti impetum, sonitum fluctuum sentiunt, qui pœnitentiæ nauiculam ascendunt. Quia qui descendit non sentit. Unde habes concordantiam Exod. 5. eo quo ingressus sum ad Pharaonem ut loquerer de nomine tuo, afflixisti populum tuum, & non liberauisti eos. Hoc est, Afflixit Pharaon populum tuum, id est diabolus qui contemptus surgit in scandala, & excitat tempestatem in mari. Unde Marc. Clamans & multum discerpens eum, exiit ab eo. Sequitur. *[Ipse uero dormiebat.]* Marc. ca. 4. sic dicitur. Et erat ipse in puppi super ceruical dormiens. Christi dormitio, fidei torpor. Puppis, uitæ nostræ finis. Ceruical, mollities carnis. Torpor in carnis mollitiæ. Unde Hieron. 31. Visquequo dissolueris delitijs fia uaga? Molles inquit Apocalyp. 1. Corinth. 6.) regnum Dei non consequentur. Cum caro nostra delitijs mollescit, fides Christi in nobis torpescit. Et sic anima in puppi oculos claudit, quia delirijs intenta suæ uitæ miserabilem exitum nõ attendit. Sequitur. *[Accesserunt, & suscitauerunt cum discipuli dicentes, Domine salua nos, perimus.]* sine dubio perit in quo fides dormit.

Accessu ergo deuotionis

Et clamore confessionis debet dñs Iesus suscitari.

Et manu sanctæ operationis.

Tunc surgens Iesus, imperauit uentis, & mari. Simile quid Iob. Quis conclusit ostijs mare? Respon- Iob. 38. so. Circundedi illud terminis meis, & posui uestem, & ostia, & dixi. Hucusque uenies, & amplius non procedes, & hic confringes fluctus tumentes tuos. Quasi dicat, solus dominus mare, id est, amaritudinē persecutionis uel diabolicæ tentationis quibusdam ostijs concludit.

cludit, ut cum sibi placuerit tentationes ueniant, cum placuerit recedant. Et cum tempestatem cessare facit, dicit. Hic confringes tumentes fluctus ruos. Vnde *Isai. 10.* Computrescet iugum a facie olei, id est cessabit tentatio a presentia misericordiae Christi. Vnde cum tentamur a diabolo, ita debemus dicere cum mentis deuotione. In nomine Iesu Christi Nazareni qui imperauit uentis, & mari, impero tibi diabole recede a me. Facta est tranquillitas magna. Hoc est quod dicit Anna Tobiae. Pro certo habe domine, omnis qui colit te, quia uita eius, si in probatione fuerit, coronabitur. Si autem in tribulatione fuerit, liberabitur, & si in corruptione fuerit, ad misericordiam tuam uenire licebit. Non enim delectaris in perditionibus nostris quia post tempestatem tranquillum facis, & post lachrymarionem, & fletum exultationem infundis. Rogemus igitur dominum Iesum. &c.

Dominic. V. post Epiph.
Dominic. VI. post Epiph.

Requir. in fine.

DOMINICAE Septuagesimae,

De sex animae virtutibus, sex dierum operibus respondentibus.

Exec. 4.
Gen. 1.

In principio Deus creauit caelum & terram.]
Gene. &c. Ezech. loquitur pastori spiritus sanctus: Et tu fili hominis sume tibi laterem, & scribes in eo ciuitatem Hierusalem. Later significat cor poenitentis propter quatuor proprietates quas habet. Primo inter duas tabulas formatur, ad latitudinem ducitur, igne solidatur, rubicundus efficitur. Cor enim peccatoris inter duas tabulas formatur utriusque testamenti. Inter me-
dium

dium enim montium, id est duorum testamentorum (ut dicit propheta Psal.) pertransibunt aquae, scilicet doctrinales, Et bene dicit formatur. Peccator enim peccato deformatus formam recipit utriusque testamenti praedicatione. Idem ad latitudinem ducitur. Latitudo enim charitatis ampliat cor angustum peccatoris. Vnde Psal. 118. Latum mandatum tuum nimis, id est, aqua charitatis latior oceano. Item igne solidatur. Augustinus. Tribulationis enim igne mens humerosa, & dissolubilis solidatur ne effluat in amorem temporalitatis. Quia ut Salomon Sapient. 3. de iustis dicit, Tanquam aurum in fornace probauit illos. Quod fornax auro, lima ferro, quod flagellum grano, hoc facit tribulatio uiro iusto. Item rubicundus efficitur, in quo notatur sancti zeli audacia. de quo Psal. 78. Zelus domus tuae comedit me. Domus, scilicet ecclesiae uel fidelis anime. Et Helias Regum. Zelo zelatus sum pro domino Deo exercituum. In latere ergo ista quatuor notantur. Vtriusque testamenti scientia ad proximum instruendum. Charitatis abundantia ad ipsum diligendum. Tribulationis patientia ad opprobrium pro Christo sufferendum. Audacia zeli ad omne malum ferendum. Sume ergo tibi laterem, & scribes in eo ciuitatem Hierusalem. Nota quod triplex est Hierusalem spiritualis.

Militans ecclesia.

Fidelis anima.

Caelestis patria.

Sume ergo in nomine domini laterem, id est cor cuiuslibet auditoris, & scribe in eo triplicem ciuitatem, id est articulos fidei ecclesiae, uirtutes animae, praemia caelestis patriae, sub septenario numero ex utroque testamento auctoritates inducendo, & easdem exponendo. [In principio creauit Deus caelum, & terram.] Intellige continentem, & contentum. Deus pater in principio, id est, filio creauit & recreauit. Creauit sex diebus, septimo requiescens: creauit sex fidei articulis, requiem aeternam septimo repromittens. Prima die dixit Deus. Fiat lux, & fa-

3. Reg. 19

Etia est lux. Primus articulus fidei Natiuitas domini. Secunda die dixit Deus. Fiat firmamentum in medio aquarum diuidens aquas ab aquis. Secundus articulus baptismus. Tertia die dixit Deus. Germinet terra herbam uiuentem & facientem semen, lignumq; pomiferu &c. Tertius articulus est passio domini. Quarta die dixit Deus, Fiant luminaria magna in firmamento. Quartus articulus Resurrectio. Quinta die fecit Deus uolatilia in aere. Quintus articulus Ascensio. Sexta die dixit Deus. Faciamus hominem. Sextus articulus Missio spiritus sancti. Septima die requieuit Deus. Septimus articulus Aduentus Domini ad iudicium, in quo requiescemus ab omnibus operibus nostris, & laboribus. Prima die dixit Deus fiat lux. Ista lux est sapientia Dei patris illuminans omnem hominem uenientem in hunc mundum, & habitans lucem &c. de qua Heb. 1. Qui cum sit splendor gloriæ & figura substantiæ eius, de quo Psal. 35. In lumine tuo uidebimus lumen. Et Sap. 7. Candor est lucis æternæ. Dixit ergo pater, fiat lux. & facta est lux. Quod apertius Ioannes glossat dicens. Verbi caro factum est. Lux ergo quæ erat inaccessibilis & inuisibilis, facta est in carne uisibilis illuminans sedentes in tenebris &c. Ita. 9. & 35. De qua illuminatione Iesus eripuit in terram, & fecit lutum, & liniuit oculos cæci nati. Ioan. 9. Spiritum descendens a capite, patris sapientiam significat. Caput (inquit Apostolus. Corinth.) Christi Deus. Vnitur ergo spiritum puluere, idest diuinitas humanitati, ut illuminentur oculi cæci nati, idest generis humani in primo parente excecati. Ecce ergo habes, quod eadem die qua dixit Deus fiat lux, eadem die scilicet dominica, Sapientia Dei patris natus de Virgine Maria, tenebras quæ erant super faciem abyssi, idest cordis humani, effugauit. Vnde ipsa die cantatur in missa. Lux fulgebit. Et in euangelio. Circunfulsit patres lux de cælo. Secunda die dixit Deus. [Fiat firmamentum in medio aquarum.] idest baptismus diuidens aquas superiores ab aquis inferioribus, idest fideles ab infidelibus.

Heb. 1.

Sap. 7.

Luc. 2.

infidelibus, qui bene dicuntur aquæ inferiores, eo quod inferiora petunt, & suis lapsibus quotidie deficiunt, Aquæ uero superiores significant fideles, qui secundum Apostolum Coloss. debent querere quæ sunt sursum, ubi Christus est in dextera dei sedens. Vel nota quod aquæ istæ dicuntur CrySTALLINÆ. crySTALLUM enim solis radiis tactum uel percussum scintillas ardentes emittit. Sic fidelis uir iustus solis radiis illuminatus scintillas rectæ prædicationis & bonæ operationis proximum accendentes debet emittere. Sed heu rupto firmamento aquæ superiores delabuntur in mare mortuum, cum mortuis ingredientes. Vnde Ezechiel. 47. Aquæ istæ quæ egrediuntur a tumulo sabulo orientalis, & descendunt ad plana deserti, intrabunt mare. Tumulus significat contemplationem, in qua ut in tumulo mortuus sepelitur, & absconditur uir contemplatiuus. Mortuus mundo, a conturbatione hominum absconditus sepelitur & absconditur. Vir enim contemplatiuus mundo mortuus a conturbatione hominum sepelitur. Vnde Iob. Ingredieris in abundantia sepulcrum, sicut infertur aceruus tritici in tempore suo. Iustus in abundantia gratiæ collatæ sibi ingreditur sepulcrum, uitæ contemplatiuæ sicut aceruus tritici infertur in horreum. Exsufflatis enim paleis temporalium, eius mens in horreo cælestis plenitudinis reponitur, repositaque ipsius dulcedine satiatur. Et nota quod tumulus iste dicitur sabuli orientalis. In sabulo pœnitentia designatur. Vnde Exodi, dicitur quod Moyses percussio ægyptio abscondit eum in sabulo, quia uir iustus mortale peccatum debet percutere in confessione, & abscondere in pœnitentiæ satisfactione. Quæ semper debet respicere ad orientem illum. de quo Zacha. 6. Ecce uir oriens nomen eius. Dicantur ergo aquæ iste quæ egrediuntur a tumulo sabuli orientis &c. Sed heu quantæ aquæ. Quanti religiosi egrediuntur a tumulo uitæ contemplatiuæ?

Col. 4.

Ezec. 47.

Iob. 5.

Exod.

Ser. Do. S. Anto. de Pad. F. contemplatiuæ?

templatiuæ? a fabulo pœnitentiæ? ab oriente gratiæ? Egre diuntur inquã cum Esau & Dina de domo paterna, cum diabolo & Cain a facie diuina, cum Iuda proliatore, loculos habente, a christi schola, & descendunt ad plana deserti, ad campum Hierichuntinæ solitudinis, in qua (ut dicit Hiero.) a Nabuchodonosor, idest diabolo, in latitudine temporalium excæcatur Sedechias, id est peccator rationis lumine priuatus, propriis filiis, idest operibus, ab ipso diabolo interemptis. In hoc plano Cain qui interpretatur possessio, interficit Abel qui interpretatur luctus, Luctum enim pœnitentiæ interficit possessio abundantia transitoria. Descendunt ergo aquæ ad plana deserti. Vnde Genesis undecimo. Dum proficere de oriente in occidentem, inuenerunt campum in terra Sennaar. De oriente gratiæ in occidentem culpæ proficiscuntur filii Adam. Et inuêto cãpo mundani gaudii habitant, Sãnaar quod interpretatur fœtor. In fœtore enim gulæ & luxuriæ ædificat suæ conuersationis domũ, non sicut christiani, sed sicut pagani, nomen dei sui in uanum assumptes: cum
Exod. 20 tamen dicat dominus, Exodi. Non assumes nomen dei tui in uanũ. In uanum nomen dei assumit, qui non rem hominis ac nominis Christiani, sed nomen sine regerit, & ita ingreditur mare, id est amaritudinem tormentorum. Sed deus fecit firmamentum baptismi in medio aquarum ut diuideret aquas ab aquis. Sed isti peccatores ut dic. Isa. 24. Transgressi sunt leges, mutauerunt ius, dissipauerunt fœdus sempiternum, propter hoc maledictio uorabit terram, & peccabunt habitatores eius, ideoque insanient cultores eius, & relinquentur homines pauci. Leges literæ & gratiæ transgrediuntur, quia nec legem literæ sicut serui nec legem gratiæ sicut filii uolunt custodire. Mutant ius naturale, quod est. Quod tibi non uis fieri, alii ne feceris. Dissipant fœdus sempiternum quod pepigerunt in baptismo. Et ideo maledictio superbiæ uorabit terram, idest terrenos. Et peccabunt habitatores eius, pecca-

to auaritiæ. Quibus dicitur Apoca. Vah terra, id est qui habitant super terram. Et insanient cultores eius. peccato luxuriæ, quæ est insania & mentis amentia. *Apoc. 12*
 Tertia die dixit deus: [Germinet terra herbam uirentem &c.] Terra quæ dicitur a tero teris, est corpus Christi, quod fuit attritũ, ut dicit Isa. 54. propter scelera nostra. Et hæc terra fuit clauis & lancia fossa & exarata. De qua dicitur. Fossa dabit tellus optato tempore fructus. Fossa caro Christi cælica regna dedit. Germinauit herbam uirentem, in Apostolis, facientem semen prædicationis, in martiribus. Lignum pomiferum faciens fructum, in confessoribus & uirginibus. Fides in primitiua ecclesia erat quasi herba tenera. Vnde Apostoli Cant. 8.
 Soror nostra (id est primitiua ecclesia) paruula est numero fidelium. Et ubera non habet quibus filios suos lactet. Nondum enim fuit grauidata spiritu sancto, & ideo dicebant ibidem. Quid faciemus sorori nostræ in die pentecostes, quando alloquenda est allocutione spiritus sancti? De qua Christus in euangelio Ioan. 14. Ille uos docebit omnia, & suggeret, id est subministrabit uobis omnia. Quarta die dixit deus: [Fiant luminaria duo in firmamento,] id est in Christo iam per resurrectionem glorificato. Fuerunt duo luminaria. Claritas scilicet resurrectionis, quæ notatur in sole, & incorruptibilitas quæ notatur in luna, habito respectu ad statum solis & lunæ ante lapsum primi parentis, propter cuius inobedientiã omnes creaturæ patiuntur detrimetũ. Vnde Apostolis Rom. omnis creatura ingemescit & parturit usque adhuc. Quinta die [fecit deus aues cæli:] cui bene consonat quintus articulus, scilicet ascensio, in qua dei filius rãquã auis cũ carne assumpta ad dexterã patris auolauit. Vnde ipse per Isai. dicit. Vocans ab oriente auem (alias iustum) & de terra longinqua uirum uoluntatis meæ, uocans ab oriente, scilicet monte Oliueti qui est in oriente. De quo Psal. Qui ascendit super cælum cæli ad orientem, Super cælum cæli, id est ad æqualitatẽ patris. Auẽ. i. filiũ meũ, de terra longinqua. i. mũdo, uirũ
 F 2 uoluntatis

uoluntatis meæ, quia dixit Ioan. Meus cibus est ut faciam uoluntatem patris mei. Sexto die dixit deus. [Faciamus hominem ad similitudinem &c.] Sextus articulus est spiritus sancti missio, in in qua imago dei in homine deformata & deturpata per spiritus sancti inspirationem, qui inspirauit in faciem hominis spiraculum uite, reformatur & illuminatur. Sicut dicitur Act. Factus est repete de celo sonus &c. Et nota quod bene dicitur spiritus sanctus uehementis, id est sursum uehens mentem. Vnde de Psal. Signatum est super nos lumē uultus tui domine &c. Vultus patris filius. Sicut enim per uultum quis cognoscitur, sic per filium patrem cognoscimus. Lumen ergo uultus dei est cognitio filii & illuminatio fidei, quæ in die petecotes in cordibus. Apostolorum tam quidam character fuit insignita & impræssa. Et sic factus est homo in animam uiuentem. Septima die requieuit ab omnibus operibus. Et ecclesia septimo articulo requiescet ab omni labore & sudore, quoniam ut dicitur Apoca. absterget deus omnem lachrymam ab oculis eorum. id est omnem causam lachrymandi. Tunc ipsa a sponso suo laudabitur, & audire merebitur. Da te ei de fructu manuum suarum, & laudent eam in porta opera eius. Prouerb. 31. Cum audivit ipsa cum filiis suis sibilum aure tenuis. Matth. Venite benedicti &c. [His septem diebus] & septem hierarum articulus breuiter in latere descriptis, moraliter ad detribendum sex uirtutes fidelis animæ, ut sex horas lectionis euangelicæ, cum denario & sabbato concordantes, accedamus. Secunda Hierusalem, id est anima fidelis que Matthæi. 20. nuncupatur uinea, qualiter fornicanda sit circulo contritionis, & falce confessionis purganda, & paxillis satisfactionis sustinenda: sub compendio pertractemus. Dixit deus. Fiat lux, & facta est lux, quia ut dicit Ezech. Rota erat in medio rotæ, id est nouum testamentum in ueteri. Et cortina trahit cortinam, id est nouum exponit uetus. Ideo sex horas euangelicæ cum operibus sex dierum moraliter exponentes, nouum cum ueteri pertractemus. [Prima ergo die dixit deus. Fiat lux &c.]

Psal. 4.

Apoc. 2.

Matt. 25

Ezech. 1.

Eccl. Audi concordantiam primæ horæ. Matthæi. 20. Si misit est regnum celorum patrifamilias qui exiit primo mane &c. Nota quod sex sunt uirtutes animæ,

- 1 Cordis contritio
- 2 Oris confessio
- 3 est Operis satisfactio
- 4 Dei & proximi dilectio
- 5 Viæ ætæræ & cõtēplatiuæ exercitiatio
- 6 Finalis per seuerantiæ consummatio.

Cum super faciem abyssi (id est cordis) sunt tenebræ mortalis peccati, homo patitur ignorantiam diuinæ cognitionis & suæ fragilitatis, & nescit discernere inter bonum & malum. & hoc est triduum de quo dicitur Exodi quod tribus diebus factæ sunt tenebræ palpabiles in terra ægypti. Vbicunque autem habitabant filii Israel, erat lux. Tres dies sunt cognitio dei, simplicius, & discretio boni & mali. Pro duobus primis orat Augustinus dicens. Domine da mihi cognoscere te & me. De tertio Gene. 2. habetur, quod lignum scientiæ, id est discretio boni & mali, erat in medio paradisi, id est in mente hominis. Prima dies illuminat ad cognoscendam animæ nostræ dignitatem. Vnde Ecclesiastici. 10. Seruo in mansuetudine animam tuam, & da illi honorem. Sed miser homo cum in honore esset non intellexit &c. Psalm. 43. Secunda dies illuminat ad cognoscendum propriam infirmitatem. Vnde Miche. Humiliatio tua in medio tui. Mentium nostri est uenter, thesaurus stercoreum, in cuius consideratione superbia nostra humiliatur, arrogantia deprimatur, uana gloria exufflatur. Tertiadies illuminat nos ad discernendum inter diem & noctem, lepram & non lepram, mundum & non mundum, quæ ualde necessaria est. Nam mala sunt uicia stultorum, errore sub ipso. Pro uitio uirtus crimina sæpe tulit. His uero diebus sunt tenebræ palpabiles in terra ægypti & super faciem abyssi. Sed ubicunque sunt filii Israel lux est, de qua dixit deus. Fiat lux, &

Exod. 10

Mich. 6.

facta est lux. Hæc lux est contritio cordis animam illuminans, Dei cognitionem, suæ propriæ infirmitatis notitiam, boni & mali discretionem ostendens. [*Hoc est primum mane, & prima hora qua exijt paterfamilias,*] id est pœnitens ad conducendum operarios, ad excolendum vineam suam, sicut dicitur in euangelio. In cuius introitu cantatur. Circundederunt me gemitus. de hoc mane dic. Psa. 5. Mane, scilicet in ortu gratiæ astabo tibi, rectus scilicet & erectus. Augu. Sicut me fecisti rectum & erectum, ut solum tangerem pedibus terram, id est solum necessaria quærerem a terra. De quo mane est Mar. 16. Valde mane una sabbatorum ueniunt ad monumentum. Et nota quod bene dicit Sabbatorum. Nemo enim potest uenire ad monumentum id est ad suæ mortis considerationem, nisi prius quiescat a temporalium sollicitudine. In matutino (inquit Ps. 100.) contéplationis interficiebam, id est reprimebam uel reputabam omnes peccatores terre, id est motus omnes carnis meæ. Quæ est

Cant. 6. illa (ait sponsus Cant. de anima pœnitente) quæ ascendit quasi aurora consurgens? Sicut. n. aurora est initium diei & finis noctis, sic contritio finis peccati & initium

Eph. 5. pœnitentiæ Vnde ad Eph. Eratis aliquando tenebræ, nunc aut lux in domino. Et Ro. 12. Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Prima ergo luce, & primo mane egrediatur paterfamilias ad excolendum vineam suam. de qua Isa. Vineam factam dilecto meo in cornu filio olei Et sepuit eam, & lapides elegit ex ea, & plantauit vineam electam, & ædificauit turrinam in medio eius, & torcular extruxit in ea. Vineam est anima facta dilecto, id est ad honorem dilecti in cornu, id est potentia passionis. Dilecto dico filio olei, id est misericordiæ. Sola enim misericordia non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, ipsam vineam saluam fecit, quam sæpe sæpius utrinque legis & gratiæ, de qua Ecclesiasticus 10. Qui dissipat sepem, id est destruit legem, mordebit eum celer, id est diabolus, qui colit umbras, id est peccatores.

Job. 40. Vnde Job. Sub umbra dormit (id est in mente umbrosa

sa requiescit) in secreto thalami (id est fallacia hypocrite) & in locis humeribus, id est luxuriosis. Sequitur. Lapidem elegit ex ea, id est duritiã peccati, ædificauit turrinam, scilicet humilitatis, uel superiorem partem rationis, in medio eius, & torcular contritionis (ex quo exprimitur uinum lachrymarum) extruxit in ea. Et sic exemplis & doctrinis sanctorum plantauit uineam electam, in qua paterfamilias primo mane debet conducere operarios, scilicet amorem & timorem, Dei, qui bene ipsam excolunt. Item hoc mane habetur primi Reg. quod ingressus Saul media castra filiorum Ammon in uigilia matutina percussit Ammon usque dum incalesceret dies. Saul significat pœnitentem oleo gratiæ inunctum. Hic debet in uigilia matutina, id est cordis contritione ingredi media castra filiorum Ammon, qui interpretatur aqua paterna, & significat motus carnis, qui a primo parente in nos tanquam aqua fluida deriuatur. Istos Saul debet percutere usque dum incalescat die, id est feruor gratiæ mentem irradiet & irradiat calefaciat. Item de hoc mane. Ionæ. Parauit Deus uermem ascensu diluculi in crastinum, & percussit hederam & exaruit. Hedera quæ in altum per se eleuari non potest, sed alicuius in hærens ramis arboris altiora petit, significat diuitem huius mundi, qui non per se sed pauperum elemosynis quasi quibusdam brachijs in cœlum eleuatur. Vnde Lucæ. Facite uobis sacculos qui non ueterascunt. & illud Luc. Facite uobis amicos de Mammona iniquitatis, id est inæqualitatis) ut cum defeceritis recipiant uos in æterna tabernacula. Hedera in ascensu diluculi, id est in ortu gratiæ uel cordis contritione dente uermis, id est considerans se terram ipsa sibi crescat & uilescat, dicens cum Psal. Defecit cor meum (id est superbia cordis mei) & caro mea. id est carnalitas mea. His de prima die, & primo mane contritionis prælibatis, ad secundam diem, & horam confessionis transeamus. [*Secunda die dixit Deus. Fiat firmamentum in medio aquarum &c.*] Firmamentum est confessio, quæ firmiter religas

.Reg. 11

Luc. 12

Pf. 72

hominem, ne effluat in delictijs. Vnde dominus peccato
Hier. 31. ri isto firmamento carenti improperat, dicens Hier. VI.
 que quo delictijs dissolueris filia uaga? Et Isa. 23. Transi ter-
 ram tuam quasi fluuium filia maris, quia non est cin-
 gulum ultra tibi. Anima misera dicitur filia maris,
 puæ quasi a mamilla diaboli, mundi fugit uoluptatem,
 quæ dulcedinem sapit, sed generat amaritudinem sem-
 piternam. Vnde Iacob. Concupiscentia cum concepe-
 rit, parit peccatum, peccatum uero cum consumma-
 tum fuerit, generat mortem. Hinc dicitur. Transi terram
 quasi fluuium, quasi dicat, succinge te cingulo confes-
 sionis, & restringe uestimenta tua ne desluant ad im-
 munditias. Nec eliges transire per abundantiam ter-
 renorum bonorum, ubi periclitati sunt multi, sed per
 tenuitatem & angustiam paupertatis. Nam per riuu-
 lum cum securitate transitur. Sed animæ peccatrici non
 est cingulum, quia non est firmamentum confessionis,
 de quo dicitur. [*Fiat firmamentum in medio aquarum &c.*]
 Aquæ superiores sunt fluentia gratiæ: Aquæ inferiores
 fluentia concupiscentiæ, quæ debent esse sub homine.
 Vel aliter. Mens iusti habet aquas superiores, scilicet ra-
 tionem, quæ est uis animæ superior, quæ semper homi-
 nem ad bonum prouocat. Habet aquas inferiores, id
 est sensualitatem, quæ semper tendit ad occasum. Di-
 uidit ergo firmamentum confessionis aquas superiores
 ab inferioribus, ut confitens egressus a Sodomis, ascen-
 dens ad montana, non respiciens retro ne cum uxore
 Loth conuerratur in statuam salis, quam animalia, idest
 dæmonia cum magna auiditate lambendo consumunt.
 Egressus ergo cum ueris Israelitis ex Aegypto, tendens
 ad terram promissionis non constituat sibi ducem pro-
 priam uoluntatem, ut reuertatur ad ollas carniū, &
 pepones, & allia Aegyptiorum, idest desideria carna-
 lium. Fiat ergo obsecro firmamentum in medio aqua-
 rum, ut data confessori cautione firmi proposito non
 relabendi, in ipsa confessione, quasi in hora tertia cum
 Apostolis spiritus sancti musta inebriari, & tanquam
 uter

uter per confessionem nouus, nouo uino impleri merca-
 tur. Si enim (ut Matth. dicit dominus) nouum uinum sci *Math. 9*
 licet sancti spiritus, missum fuerit in utrum dierum ma-
 iorum ueterem, & iter rumpetur, & uinum effundetur,
 sicut accidit in ueterato proditori Iudæ, qui tanquā uter
 per collum suspensus, per uentrē crepuit medius. Acti-
 u. 1. & uilcera quæ auaritiæ uenenum hauserāt, in terram
 sunt diffusa. Et bene confessio hora tertia nuncupatur,
 in qua uerus confitens tanquam paterfamilias excolit
 animæ suæ uineam. In tribus enim culpabilem se debet
 confiteri. Primo quia offendit Deum. Secundo quia oc-
 cidit seipsum. Tertio quia scandalizauit proximum,
 unicuique iustitiam debitam non exhibendo, Deo ho-
 norem, sibi cautelam, proximo dilectionem. Vnde in in-
 troitu Missæ deplorat dicens. Circundederunt me gemi-
 tus mortis, quia offendi Deum. Dolores inferni cir-
 cundederunt me, quia incurri mortale peccatum. Et
 in tribulatione mea qua tribulor, quia scandalizauit pro-
 ximum. Inuocaui (cordis contritione) dominum, &
 exaudiuit de templo sancto suo, idest humanitate sua in
 qua habitat diuinitas, uocem meam, idest uocem confes-
 sionis. Tertia die dixit Deus. [*Germinet terra herbam Vi. &*
sa. fructum iuxta ge. &c.] Nota quod tertia dies satisfactio
 uocatur, quæ consistit in tribus: Oratione, ieiunio, &
 elemosyna quæ in tribus prædictis notatur. Dicatur er-
 go, terra germinet &c. Herba uirens, orationem signifi-
 cat. Vnde Iob. de pœnitente. Quis dimisit onagrum libe-
 rum? & uincula eius quis soluit? Cui dedit domum in so-
 litudine, & tabernaculum eius in terra saluginis? Con-
 temnit multitudinem ciuitatis, clamorem exactoris nō
 audit, circumspicit montes pascuæ suæ, & uirentia quæ-
 quæ perquirat. Onager, idest asinus agrestis, ab onos &
 ager sic dictus, pœnitentem significat, eo quod in agro
 ecclesiæ supportat onus pœnitentiæ. Hunc liberum do-
 minus dimittit & uincula soluit, cum a seruitute diaboli
 liberum & uinculis absolutum, scilicet peccatorum, abi-
 permittit. Vnde Ioan. dicit Christus. Soluite eum, *Ioan. 11.*
 & ligi-

& finite abire. Huic dat dominus domum in solitudine, scilicet mētis, & tabernacula uitæ actiue, in quibus mirat in terra saluginis, id est mundanæ conuersationis. Et sic iste pœnitens contemnit multitudinem ciuitatis. De qua dominus. Mala. 3. Ego dominus & nō mutor, & ciuitatem non ingredior. Et Psalm. Vidi iniquitatem (quo ad Deum) & contradictionem (quo ad proximū) in ciuitate. Et clamorem exactoris non audiuit. Exactor est diabolus, qui semel nummum obtulit primo parenti, & illum quotidie cum usura exigere non cessat. Vocem exactoris huius non audit pœnitens, cum eius suggestioni non acquiescit. Vel exactor est uenter, qui quotidie gulæ tributum cum clamore exigit. Sed hunc pœnitens non audit: quia ei non ad uoluptatem, sed necessitatem tantum obedit. Hic onager circumspicit montem pascuæ suæ, quia in excellentia uitæ positus, sacre scripturæ pascua circumspicens inuenit, dicens cum Psalm. In loco pascuæ ibi me collocauit. Et sit uirentia quæ in deuotione orationis perquirat, ut de pascuis sacre lectionis perueniat ad carpenda uirentia deuotæ orationis: De qua dicitur. Germinet terra herbam uirentem. Sequitur. [Et facientem semen suum, per quod ieiunium.] Vnde Isai. 32. Beati qui seminatis super omnes aquas, innectentes (alias immittentes) pedem bouis & asini. Super aquas seminat qui & orationi & compunctioni lachrymarum ieiunium superaddit. Et sic innectit uinculis, scilicet præceptorum pedem, id est affectum bouis id est spiritus, & asini, id est corporis. Vnde Christus Matth. 17. & Mar. 9. Hoc genus dæmoniorum non eijcitur, id est cordis immunditia, & carnis luxuria non potest eijci nisi in oratione & ieiunio. Oratione enim cor a polluta cogitatione mundamus. Ieiunio, carnis petulantiam refrenamus. Sequitur tertium. [Lignum pomiferum faciens fructum.] In ligno pomifero eleemosynæ designatur, quæ fructificat in egenis, id est ipsorum malibus reportatur in cælum. Et nota quod dicitur facient fructus iuxta genus suum. Genus hominis est alter ho-

mo

mo de humo creatus. & in animam uiuificatus. Debet ergo eleemosyna facere fructum iuxta genus suum, quia & anima spiritali pane, & corpus corporali reficitur. Vnde Iob. Visitans speciem tuam non peccabis. Species tua est alter homo, quem eleemosyna tam spiritali quæ corporali debes uisitare, & sic non peccabis. Iuxta illud præceptum. Matth. 22. Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Sed nota quod dicitur, cuius semen sit in semetipso. Vbi Augustinus. Qui uult ordinare eleemosynam facere prius a semetipso debet incipere. Hæc tria, pœnitentiæ, satisfactionem perfectam faciunt, quod bene significatur per sextam horam, scilicet misericordiæ, circa quam paterfamilias exiens conduxit operarios in uinam excolendam. Et nota quod in meridie quo magis feruet sol quæ alia parte diei, satisfactionis feruor notatur. Vnde Deut. Neptalim abundantia perfruetur, & plenus erit benedictione domini. Mare & meridiem possidebit. Neptalim interpretatur conuersus uel dilatatus, & significat pœnitentem, qui a uia sua mala conuertitur, & bono opere dilatatur. Hic abundantia gratiæ in uia perfruetur, & benedictione gloriæ adimplebitur, quæ ut adipisci mereatur prius necesse est ut mare, id est amaritudinem cordis, & meridiem id est feruorem possideat satisfactionis. [Quarta die dixit Deus. Fiant duo luminaria magna.] Quarta uirtus est dilectio Dei & proximi, Dilectio Dei in solis claritate, Dilectio proximi in lunæ mutabilitate designantur. Nonne uidetur tibi quædam mutabilitas, gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus? De his duobus dicitur Deut. De pomis fructuum solis & lunæ terra Ioseph repleatur. Poma, opera iusti significant propter rotunditatem perfectionis: pulchritudinem puræ intentionis, odorem bonæ operationis. Hæc poma sunt solis & lunæ. id est dilectionis Dei & proximi, quæ duo quælibet perfectum faciunt. Hæc duplex dilectio in hora nona circa quæ paterfamilias exiit, designatur. Perfectio enim gemine dilectionis perducit ad perfectionem angelicæ beatitudinis, quæ in nouem ordinibus

Iob. 7.

Deut. 33

Deut. 33

nibus ab Ezech. 28. Sic distinguitur, ubi loquitur ad Luciferum sub typo nouem lapidum. Omnis lapis preciosus operimentum tuum, Sardius, Topasius, &c. [Quinta die fecit Deus pisces in mari, & aues super terram.] Quinta uirtus est exercitatio uitæ actiue & contemplatiue. In qua uir actiuus tanquam piscis per ambulat semitas maris, id est mundi, ut proximo necessitatem patienti etiam ualeat subuenire. Et contemplatiuus tanquam auis penna contemplationis in aere eleuatus pro modulo suæ capacitatis regem in decore suo speculator. Homo (inquit Iob.) Nascitur ad laborem, scilicet uitæ actiue. Et auis ad uolatum, scilicet uitæ contemplatiue. Et nota quod sicut auis quæ latum habet pectus, eo quod multum capit aëria uento retardatur, & quæ strictum habet pectus & acutum, uelocius & sine difficultate uolat. Sic mens contemplatiua si multis & uarijs cogitationibus dilatatur, in contemplationis uolatu nimium præpeditur, sed si ordinata & in unum collecta cœperit uolare, ipsius contemplationis gaudio perfruetur. Huius geminæ uitæ exercitatio in hora undecima circa quam paterfamilias exijt, designatur. Undecima hora est ex uno & decem. Vita contemplatiua ad unum refertur, quia unum Deum, unum gaudium speculatur. Vita uero actiua ad decem præcepta decalogi, quibus ipsa uita actiua in huius exilij uita plenarie perficitur. [Sexta die dixit Deus, Faciamus hominem &c.] Sexta & ultima uirtus animæ, est finalis perseverantia quæ est cauda hostiæ in sacrificio. Tunica Ioseph talaris polymyta, sine qua quinque supradictæ uirtutes inutiliter habentur, cum qua utiliter possidentur, in qua tanquam rei sexto die imago & similitudo Dei nunquam detur pænita, nunquam foedanda faciem animæ imprimitur æternaliter. [Hæc in euangelio ultima.] Hora uitæ hamanæ qua paterfamilias per dispensatorem, id est per filium suum in uinea bene operanti reddit denarium, per sabbatum quod requies in-

terpretatur, significatur, de qua Isai. Erit mens ex me se, id est perfectio gloriæ in perfectione uitæ. Et sabbatum ex sabbato, id est requies æternitatis ex requie peccatoris, quæ consistit in duplici stola, animæ & corporis. Anima tribus, & corpus quatuor dotibus glorificabitur. Anima sapientia, amicitia & concordia decorabitur. Sapientia Dei in animæ facie resultabit, & uidebit Deum sicuti est, & cognoscat sicut cognita est. Amicitia erit ad Deum. Unde Isaiæ. Cuius ignis in Sion, id est ecclesia militanti. Et caminus, ardentissimi scilicet amoris, in Hierusalem, id est ecclesia triumphanti. Concordia ad proximum. De cuius gloria tantum gaudebit, quantum de sua. Quatuor etiam erunt dotes corporis, scilicet claritatis, subtilitatis, & agilitatis, & immortalitatis. De quibus Sapientia. Fulgebunt iusti (Ecce claritas) Et tanquam scintillæ (Ecce subtilitas) In arundinetis discurrent (Ecce agilitas) Et regnabit dominus illorum imperperuum (Ecce immortalitas.) Non est enim Deus mortuorum, sed uiuentium. Matth. 22. Ut hanc incorruptibilem coronam istis septem lampadibus insignitam mereamur accipere, curramus, sicut dicit Apostolus. 1. Corinth. 9. Nescitis quod hi qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit brauium &c. Stadium est octaua pars miliaris constans passibus. 100. & 25. In hoc numero omnis perfectio diuini amoris designatur. In centenario, qui numerus est perfectus, doctrina euangelica. In 20. decalogi decem præcepta: quæ literaliter & spiritualiter sunt adimplenda. In quinque, quinque sensuum delectatio refrenanda intelligitur. Qui in tali stadio currit, brauium, id est remunerationem coronæ incorruptibilis accipit, de qua Apoc. 2. Dabo tibi (inquit dominus) coronam uitæ. Quem humiliter imploremus &c.

Isai. 66.

Isa 31.

Domi-

DOMINICAE Sexagesimæ,

De Vi, & Efficacia uerbi Dei.

Mat. 13. Luc. 8. **E**xiit qui seminare semen suum.] Mat. Prædicatoribus loquitur Isa. Beati qui seminatis super omnes aquas. Aquæ, ut dicitur Apoca. 17. sunt populi, & gentes & linguæ, de quibus Ecclesiasticus primo. Omnia flumina intrant mare, & mare non redundat, ad locum unde exeunt flumina reuertuntur. Nota quod duplex est amaritudo, scilicet culpæ & mortis corporalis. Omnia ergo flumina, id est omnes populi exeunt a mari, id est ab amaritudine culpæ originalis. Vnde Ps. 50. Ecce in iniquitatibus conceptus sum &c. Et *Eph. 2.* Apostolus Eph. Eramus natura filij iræ sicut & ceteri. Et Corinth. Omnes in Adam moriuntur. Et in mare, id est, in amaritudinem mortis corporalis reuertuntur. *Eccl. 40.* Vnde Ecclesiasticus. Graue iugum super filios Adam &c. De his dicit dominus peccatori. Gene. 3. Puluis es (per immunditiam) & in puluerem reuerteris, per incinerationem. Beati ergo qui seminatis super aquas. Semen ut dicit Christus, est uerbum Dei. Ut ergo inter bonos benedici merear, seminabo super uos in nomine Iesu Christi. [*Exijt ergo &c.*] In hoc euangelio sex ualde notabilia notantur, seminator, semen, uia, petra, spina, & bona terra. Noe arca habet quinque cameras. Prima fuit stercoreum. Secunda, apothecaria. Tertia, immitium, id est ferocium animalium. Quarta, mitium. Quinta, hominum & uolucrum. Sed attente diligenter sine quod quarta & quinta pro una tantum camera in ista concordantia accipiuntur. [*Exijt ergo qui seminat.*] Seminatore est Christus uel prædicator ipsius. Semen est uerbum Dei. Via luxuriosi. Petra falsi religiosi. Spina auari & usurarij. Bona terra poenitentes & iusti.

Quia

Quia hoc sit uerum, auctoritatibus comprobemus. Seminator Christus est. Vnde Gene. Seminauit Isaac in terra Geraræ, & in ipso anno inuenit centuplum. Isaac interpretatur gaudium, & significat Christum qui est gaudium sanctorum, qui (ut dicit Isai. 35.) Gaudium, scilicet de glorificata Christi humanitate, & lætitiâ obtinebunt de totius trinitatis uisione. Hic noster Isaac seminauit in terra Geraræ, quæ interpretatur incolatus & significat hunc mundum, de quo in Psalm. Heu me quia incolatus meus, id est peregrinatio mea, prolongatus est. In terra ergo Geraræ, id est mundo, seminauit tria genera seminum.

Laudabilis scilicet uitæ sanctitatem.

Cælestis regni prædicationem

Et miraculorum operationem, & in ipso anno inuenit centuplum. Et nota quod tota uita Christi dicitur annus remissionis & benignitatis. Sicut enim in anno quatuor sunt tempora, hyems, uer, æstas, & autumnus, sic in uita Christi fuit hyems hodiernæ persecutionis, ob quam fugit in Aegyptum. Ver prædicationis, tunc enim apparuerunt flores, id est uitæ æternæ promissiones, & uox turruris, id est filij Dei, audita est in terra nostra.

Poenitentiam agite, appropinquabit regnum cælorum. Aestas passionis, de qua Isa. 27. Meditatus est in spiritu suo duro per diem æstus, id est suæ passionis. In spiritu suo duro, id est inflexibili ad sustinendam passionem, meditatus est dum penderet in cruce, qualiter diabolus damnaretur, humanum genus de eius potestate eriperetur, & peccatoribus obstinatis poenam æternam infligeret. Vñ ite, ū dicit idem propheta. 42. Dies ultionis, in corde meo. Autumnus resurrectionis in qua exsufflatis paleis poenalitatis & puluere mortalitatis, illa humanitas uerbi gloriosa & immortalis reposita est in celario, id est ad dexteram Dei patris. Bene ergo dicit. Et in ipso anno inuenit centuplum, id est elegit apostolos, quibus dictum est. Centuplum accipietis &c. Vel centuplū, id est centesimam onem, id est genus humanum, quod

ad

Gen. 26.

Ps. 119

Luc. 15.
Gen. 6.

ad confortium nouem ordinem angelorū proprijs humeris cruci afixis gaudēs asportauit. Habes ergo aperte quòd seminator est Christus. Hic est Noe cui dixit pater, fac tibi arcam de lignis læuigatis. Noe interpretatur requies, & significat Christum qui dixit Matth. 11. Venite ad me omnes qui laboratis (in Aegypto in luto luxuriæ, & latere auaritiæ) & onerati estis (in superbiæ) & ego reficiam uos, id est in requiescere faciam. Hic (ut dicitur Gene. 5. Consolabitur nos ab operibus & laboribus manuum nostrarum in terra) maledixit Deus. Huic dixit pater, fac tibi arcam id est ecclesiam. [Exijt ergo seminator Christus seminare semen suum.] Exijt etiam fabricare arcam, scilicet ecclesiam suam, de lignis læuigatis, id est operibus sanctis, puris, & perfectis, & liniuit bitumine, charitatis. s. & misericordiæ, intrinsecus in affectu, & extrinsecus in operum effectu. Cuius longitudo est trecenorum cubitorum, propter tres ordines qui sunt in ea. s. Noe, Daniel, & Iob, id est prælati, continentes, & coniugati. Latitudo quinquaginta cubitorum, ad pœnitentes ipsius ecclesiæ refertur. In quinquagesimo enim die a pascha per spiritum sanctum collata est apostolis gratiæ infusio. Et in Psalmo, scilicet Miserere mei Deus, pœnitentibus promittitur peccatorum remissio. Altitudo triginta cubitorum eius ecclesiæ fideles refertur, propter fidem sanctæ unitatis. Exijt ergo Christus a sinu patris & uenit in mundum ut seminare & ecclesiam suam fabricaret, in quo electum populum non corruptibilem, sed permanente in seculum seculi conseruaret. Sequitur de semine. [Semen est uerbum Dei.] De quo Ecclesiast. 11. Mane semina semen tuum. Mane, id est tempore gratiæ quod expellit tenebras peccati, o prædicator semina semen tuum, id est tibi creditum. Et uide quàm congrue dicitur uerbum Dei semen. Sicut enim in terra semen seminum germinat & crescit, Primo enim dicitur Marcus, facit herbam, de inde spicam: deinde plenum frumentum in spica, sic uerbum Dei seminum in corde peccatoris,

ris, Primo facit herbam cōtritionis, de qua Gen. 1. Germinet terra, (id est mens peccatoris) herbam uirentem, scilicet contritionis. Secundo spicam confessionis, quæ se in altum erigit p̄ sp̄e remissionis. Tertio plenum frumentum satisfactionis. de quo Psal. 64. Valles, (id est humiles penitentes) abũ labũt frumẽto, satisfactionis, ut p̄na re sp̄odeat culpe. Bñ ergo dicitur. Exijt qui seminat seminare semen suũ. Sed quia non oĩm est fides, & nõ oēs obediũt euangeliõ, ideo sequit̄. Et dñi seminat, aliud cecidit secus uia, & cõculcãt eũ, & uolucres celi comederũt illud. Prima camera in arca Noe fuit stercorearia. Via ergo & stercorearia luxuriosos significat. Eccle. 9. Mulier fornicaria quasi steruus in uia. Et Isa. 57. impropere dominus luxuriosus (Audi paupercula & ebria non uino) Posuisti ut terra corpus euũ, & quasi uia transcurrentibus, id est dæmonibus, qui dũ trãscũt cõculcãt semen ne germinet. Vnde Isa. 8. Pedibus cõculcabitur corona superbiæ ebriorũ. Eĩsam interpretatur fragilis, & significat abundantiam temporalium. Ebrii sunt luxuriosi inebriati aureo calice Babylonis, id est abundantiæ temporalis. Corona superbiæ in capite, id est elata cogitatio in polluta mente. Hic pedibus dæmonũ cõculcatur, dũ de polluta mēte cogitatione peruenitur ad ebrietatẽ luxuriæ. Et sic in terra maledicta semen dñi nõ potest germinare. Ipsi etiam dæmones dicuntur uolucres, propter superbiam, celi, id est aeris in quo habitant. Hi comedũt & rapiunt semen de corde luxuriosi ne fructificet. Vnde Osce. 7. Alieni, (id est dæmones) comederunt robur eius id est uerbi dei uirtutem. Et nota quod non in uia sed secus uia in semen dicitur cecidisse, quia luxuriosus non intra aurem cordis uerbum recipit, sed secus aurẽ corporis tanquam quidam sonus leuiter transit. Hi sunt camera stercorearia, qui computruerunt ut iumenta in stercore suo. De quibus Psal. 82. Disperant in Endor (qui interpretatur ignis generationis in ardore luxuriæ) facti sunt ut steruus terræ. Et nota quod ex hoc stercore quatuor uermes generãtur, qui sũt

Osce. 7.

simplex fornicatio, adulterium, incestus, peccatum contra naturam. Simplex fornicatio, utpote dum solutus luxuriatur cum soluta, & est peccatum mortale. Vnde dicitur fornicatio a formæ & necatio, id est mors animæ, ad similitudinem dei formatæ. Adulteriū dicitur quasi ad alterius thorum accessio. Incestus, non castus uel sine casto, id est uincula licito dicitur, & est consanguineorū uel affinium. Peccatum contra naturam, est quocunque modo uel quocunque semen effunditur præterquam in matricem conceptionis uasculū mulieris. Omnes isti sunt uia a dæmonibus cōculcata, & camera stercorearia. Et ideo uerbum uel uerbi domini semen in eos deperit, & quod feminatum fuerat. diabolus rapit.

Sequitur [*Aliud cecidit supra petram, & natum aruit, quia non habebat humorem*]. Et secūda camera, id est arca Noe fuit apothecaria. Petra & apothecaria falsos religiosos significant. Petra, quia gloriatur de excellentia suæ religionis. Camera apothecaria, quia uēdūt suę uite mercimonia pro denario humanæ laudis. Dicitur ergo, [*Et aliud cecidit supra petram.*] De qua Abdias ca. unico, impropereans religioso superbo. Superbia (inquit) cordis tui extulit te habitantem in scissuris petre. Superbia dicitur a super & eo is, quasi supra seiens. Superbia ergo (o religio) cordis tui extulit te. i. extra te tulit, ut inantier ires sup te; habitātē in scissuris petre. Petra est quilibet ecclesiæ religio. de qua Hier. Nunq̄ deficiet nix de petra agri. Ager est ecclesia. Petra agri religio supra petra fidei fundata. Nix est munditia mentis & corporis quæ nunq̄ debet deficere de religione. Sed heu quantæ scissuræ, quāta schismata, quāta diuisiones & dissensiones sunt in petra, id est religione, super quam si ceciderit diuini uerbi semen, non fructificat, quia non hiet humore gratiæ spūs sancti, q̄ non in scissuris discordiæ, sed in ueritatis habitat mansione. Multitudinis autem creditium (inquit Luc. Act. 4.) erat anima una & cor unum. Vere ubi scissuræ, ibi lis in capitulo dissolutio, in choro, murmuratio in claustris, Gula, id est Gastrimargia in refectio-

Hier. 18

refectorio Carnis petulantia in dormitorio. Bene ergo dicitur, Aliud cecidit supra petram, quia ut dicitur Mat. 13. non habebat radicem, id est humilitatem quæ est radix omnium uirtutum. Ecce aperte habes quod ex superbia cordis fit scissura religionis, quia non potest facere fructum, quia nō habet in se radicem humilitatis. Talis religio est camera apothecaria. Postquam, enim discedit interius, laudes quærūt exterius. In foro enim cōmuni tanquam quidam apothecarij, falsi religiosi sophisticas species uendūt. Sup habitu enim religionis ut umbra falsi nominis laudari appetunt, quoddam enim personale figmentum perfectionis apud homines induunt. Sancti uideri uolunt, sed esse nolunt. Proh dolor, religio quæ deberet seruire species uirtutū, aromata morum destruitur & efficitur forensis apothecaria. Vnde Iohel. 1^o deplorans ait. Demolita sunt horrea, id est claustra canonicorum) dissipatæ sunt apothecæ (id est abbatia monachorum) quoniam confusum triticum. In tritico, quod albet interius & rubet exterius, notatur castitas, quæ munditiam ad se, uel charitas quæ amorem dei ad se conseruat & ad proximum. Hoc triticum ideo confusum, quia cecidit supra petram, & natum aruit, quia non habebat radicem humilitatis, nec humorem gratiæ seipiformis. Ecce habes quæ ex confusione tritici, i. defectu charitatis destruitur apotheca totius religionis. Sequit.

Aliud cecidit inter spinas, & simul exortæ] &c. In tertia arca Noe sunt immitia animalia. Vidē quā bene spinæ & ferocia animalia concordāt, quia auaros & uulnitas significant. Spinæ, quia auaritia compungit & sanguinem elicit. Animalia ferocia, quia auaritia usuras rapit & transglutit. Dicat ergo dominus. Et aliud cecidit inter spinas, quæ (ut ipsa glossat) sunt diuitiæ, quæ capiunt hominem & retardant, quibus ne Petrus retardaretur ait domino. Ecce nos reliquimus omnia &c. Ibi Bernardus. Recte Petre fecisti. Non enim currentem sequi poteris oneratus. Spinæ etiam pungūt. Vnde Hier. 46. Vitula elegans & formosa ægyptus stimulator ab

aquilone ueniet ei. Aegyptus qui interpretatur tenebrae, est auarus tenebris ignorantiae circumdatus. Hic dicitur uicula propter duo cornua, scilicet carnis lasciuia & mentis instabilitatem, propter possessionem & uisum paucitatem. Huic uiculae uenit stimulator, id est diabolus ab aquilone, a quo (ut dicitur Hier. 1.) non detur omne malum. Et stimulatio auaritia illi uulnificat ut currat & discurret ad congregandas spinas, id est diuitias, quia ut dicit Ha. c. 33. Spinae congregatae comburentur igne. Spina ergo pungit & pungendo sanguinem elicit. Omnis anima (dicit Moyses Leui.) est in sanguine. Sanguis animae est uirtus in qua anima uiuit. Animae uirtus, id est uirtutem auarus perdit, dum diuitias congregare cupit. Vnde Eccle. 16. Nihil est iniquius quam amare pecuniam. Haec proicit intima sua id est uirtutes in uita sua. De his spinis subdit dominus. Et simul exortae spinae suffocauerunt illud. Vnde Osee. 10. Lappa & tribulus ascendet super aras eorum. Lappa est herba quae adhæret uestimento. Tribulus dicitur a tribulo tribulas, eo quod tribulat dum pungit. Lappa ergo & tribulus sunt diuitiae homini dum transit adherentes & ipsum tribulantes, haec crescit super aras eorum, id est corda auarorum, in quibus sacrificium deo spiritus contribulatus debet offerri, & suffocant uerbum Dei, & sacrificium spiritus contribulati. His spinis (ut diximus) concordant animalia ferocia, de quibus Psal. Hoc mare magnum &c. Sequitur. Illic. i. in mundo, reptilia quorum non est numerus. Hoc mare magnum, id est hic mundus, mundus amaritudine plenus, magnus diuitiis, spatiosus delitiis, quia spatiosa est uia quae ducit ad mortem. Sed quibus? Non Christi pauperibus qui intrant per angustam portam, sed usurariorum manibus, quibus totum mundum iam ceperunt. Propter eorum usum ecclesiae depauperantur bonis suis, monasteria dantur. Et ideo conqueritur dominus Iohel. i. Gens auarorum det super terram meam fortis, & innumerabilis dentes eius, ut dentes leonis &c. Sequitur. Illic reptilia &c.

Leui. 17.

Iohel. 1.

Nota hic tria genera usurariorum. Sunt enim quidam qui priuatim faciunt usuris, & isti sunt reptilia, id est latentes & repentes, quorum non est numerus. Sunt alii qui aperte faciunt, sed non in magna quantitate, ut in publicis uideantur. Et isti sunt animalia pusilla. Alii sunt qui in publicis, & apertissime uiuunt, qui ab omnibus palam quam in foro recipiunt & faciunt, & isti sunt animalia magna, & ceteris crudeliora, a uenatore diuino capiuntur, & securi mortis aeternae interficienda, nisi male ab eis uideantur, & postmodum poenitentiam agant. Et ut ipsum agere ualeant, illic, id est per medium ipsorum uentis, id est predicatores ecclesiae debent pertransire & semen diuini uerbi seminare. Sed peccatis nostris exigentibus spinas diuitiarum & ferocia animalia usurariorum suffocant uerbum tam a uide seminatam, & ideo poenitentiae non faciunt fructum. Sequitur.

Et alius ceteri sit in terram bonam, & orifici frater &c. Quinta camera hoc fuit, mitium animalium. Et quinta hominum & uoluerum. Videte charissime quod in tribus supradictis, scilicet uia luxuriosorum, qui sunt camera hereticorum, peccata superbiorum & iniquorum, qui sunt apothecaria, & spinis auarorum & usurariorum, qui sunt ferocia animalia, semen uerbi dei non poterit fructificare. Ideo sancta ecclesia fidelis in introitu miseratur ad deum. Exurge, quare es dormis domine &c. Nota quod iter dicunt exurge, propter ista tria, quae sunt uia, peccata, & spinas. Exurge ergo domine contra luxuriosos, qui sunt uia diaboli, qui quia in peccatis dormiunt, te dormire credunt. Exurge contra falsos religiosos, qui sunt quasi petra sine humore gratiae. Exurge contra uiuantes qui sunt quasi spinas pungentes, & libera nos & libera nos de eorum manibus. In his tribus semen uerbi tui o domine non potuit fructificare, sed cum ceteri sit in terram bonam, fecit fructum. Et uide quatenus bene concordant, terra bona mitia animalia, homines & uolueres, quae significat iustos & poenitentes, actiuos & contemplatiuos.

Bona terra cui benedixit dominus, est mens iusti, de qua Psal. 65. Omnis terra adoret te & psallat tibi, psallat tibi in nomine tuo. Nota quod omnis terra est orientalis, occidentalis, aquilonaris uel australis. Mens siquidem iusti debet esse orientalis per considerationem sui ortus. Occidentalis per considerationem sui exitus. Aquilonaris considerando tempestates, & miseras huius mundi. Australis per speculationem æternæ beatitudinis. Omnis ergo terra, id est mens iusti bona adoret te Deus, in spiritu & ueritate cordis contritione. Hic est fructus trigessimus. Et psallat tibi, in tui nominis confessione, & sui criminis accusatione, hic est fructus sexagesimus. In his duobus diebus uitæ laboriosæ debemus Deo psallere. Et psalmum dicat nomini tuo, in operis satisfactione, & finali perseverantia. Et hic est fructus centenarius & perfectus. Alia terra bona est sancta ecclesia & arca Noe quæ in se continet mitia animalia, homines, & uolucres. Mitia significant fideles coniugatos, qui pijs operibus intendunt, sua pauperibus tribuunt, & neminem ledunt, de quibus Apostolus in hodierna epistola Corin. 2. Co. 12. Libenter suffertis insipientes cum sitis ipsi sapientes. Suffinetis enim si quis uos in seruitutem redigit, si quis deuorat, si quis accipit, si quis extollitur, si quis infamiam uos cædit. Hi faciunt fructum centesimum. Homines, significant continentes, & actiuos qui uere sunt homines, id est ratione utentes. Hi uitæ actiuæ labori se submitunt, pro Christo periculo se exponunt, uitam æternam prædicant, sibi & suis subditis inuigilant. Isti, sicut Apostolus subdit, sunt in labore & ærumna, in uigilijs multis, in fame & siti, in ieiunijs multis, in frigore & nuditate. Et hi faciunt fructum sexagesimum. Volucres in superiori parte arcæ significant uirgines, & contemplatiuos, qui pennis uirtutum in aera eleuati contemplantur regem in decore suo. Isti non dico in corpore sed mentem rapiuntur in contemplatione usque ad tertium cœlum, Trinitatis gloriam

gloriam spiritus subtilitate contemplantur. Vbi audiunt aure cordis ea, quæ uerbis non possunt exprimere, nec etiam mente comprehendere. Et hi sunt qui afferunt fructum centesimum. Rogemus igitur &c.

DOMINICAE Quinquagesimæ,

De triplici cæcitate.



CÆCIVS quidam sedebat secus uiam mendicans.] Lucæ. Nota, tres cæcos inuenimus, de quibus uolumus facere mentionem. Primus est euangelicus, a natiuitate cæcus, & luto & sputo illuminatus. Secundus Tobias hercore hirundinum excæcatus, sed felle piscis curatus. Tertius Laodiceæ episcopus, cui in Apoc. c. 3. dominus dicit. Nescis quia miser es, & miserabilis, pauper, & cæcus, & nudus. Suadeo tibi emere a me aurum ignitum probatum, ut locuplex fias. & uestimentis albis induaris ut non appareat confusio nuditatis tuæ, & collyrio iniunge oculos tuos, ut uideas. Quid significat quilibet istorum uideamus. Cæcus a natiuitate humanum genus in primis parentibus excæcatur, allegoricè significat, quem cæcum Iesus illuminauit cum in terram sputum, & lutum super eius oculos liniuit. Ioannis nono. Sputum descendens a capite, significat diuinitatem, terra humanitatem, sputi & terre coniunctio est diuinæ naturæ, & humanæ unio, qua illuminata fuit humana generatio. Et hæc duo uerba cæci significant secus uiam sedentis & clamantis. Miserere mei, quod spectat ad diuinitatem: Fili David, ad humanitatem. Moraliter cæcus iste superbum significat, cuius superbia sic describitur ab Abdia. Si exaltatus fueris ut aquila, & inter sidera posueris nidum tuum, inde detraham

Egeno in praesepio pecoris. Peregrino in patibulo crucis. Nihil enim sic humiliat superbum peccatorem sicut humilitas humanitatis Christi. Veni ergo in terram quae tibi digito monstravi in flumine Jordanis dicens. Hic est filius meus dilectus &c. Eris & tu dilectus filius gratia adoptivus, si exemplo filii mei mihi coequalis fueris humiliatus, quem ideo tibi monstravi, ut ex vitæ ipsius forma, tuæ vitæ conversationem informes, informatus lumen recipias, & sic audire possis. Respice, fides te saluum fecit, te ipsum illuminavit.

Secundus cæcus, stercore hirundinum excæcatus, sed felle piscis curatus, est Tobias. de quo contigit ut quodam die fatigatus a sepultura veniens domum, iactasset se iuxta parietem, & obdormisset, & ex nido hirundinum dormienti illi incidèrent stercore super oculos eius, fieretque cæcus Tobit Tobias, iustus tepidus. Sepultura penitentia. Domus, carnis cura. Paries, ipsius voluptas.

Obdormitio, negligentiae torpor. Nidus, effeminatae mentis consensus. Hirundines, daemones. Stercora, luxuria & gula. Dicamus ergo Tobias fatigatus a sepultura &c. significat iustum tepidum, de quo dominus Apocalypsis. Quia ne frigidus es (timore, scilicet poenae) nec calidus (amore gratiae) sed quia es tepidus, ideo te incipiam euomere ex ore meo. Sicut enim aqua tepida prouocat uomitum, sic tepiditas & negligentia a ventre diuinæ misericordiae expellit ociosum & tepidum.

Maledictus (inquit Hieremias) qui opus domini facit negligenter. Hic fatigatus a sepultura venit domum, cum in labore poenitentiae, in qua & sub qua debet abscondere mortua corpora, id est peccata mortalia, ut sit de illis quibus dicitur Psal. Beati quorum tecta sunt peccata, taedio afficitur, & ad carnis suae curam, quam contra Apostolum facit in desideriis, efficitur uel reuertitur. Vnde & subditur. Iactauit se iuxta parietem. Paries est carnis voluptas. Sicut enim in pariete lapis lapidi supponitur, & camentum conglutinatur, sic in carnis uoluptate peccatum ui-

psal. 31. sus

fas peccato auditus, & peccatum auditus, peccato gustus, & sic de singulis coniungitur, & camento ma consuetudinis tenaciter colligatus, & sic obdormit negligentiae torpore dissolutus, & fit stercorezatio hirundinum super oculos dormientis. Hirundines propter citissimum uolatum daemones significant, quorum superbia super astra caeli, ad altitudinem nubium, ad aequalitatem patris, ad similitudinem filii uoluit aduolare. Daemonum nidus est effeminae mentis consensus, plumis uanae gloriae, & luto lasciuiae confectus. Ex talis nido cadunt stercore gulae & luxuriae super oculos dormientis Tobiae, & sic excæcantur oculi, id est ratio & intellectus infelicis animae. Attendite charissimi, & caute uobis a tam infelici processu. A taedio enim sepulturae, id est poenitentiae peruenitur ad domum carnis curae, quae sub specie necessitatis collocat se iuxta parietem uoluptatis. In qua dum somno negligentiae demittitur, stercore luxuriae excecatur. Clama ergo o Tobias tepide, o luxuriose cece, qui iaces secus parietem. Miserere mei fili David. Vnde iste cæcus in introitu Misere orat illuminari, dicens. Esto mihi in Deum protectorem. Nota quod petit quatuor. Primo cum dicit. Esto mihi in Deum protectorem &c. ut brachijs in cruce expansis tanquam gallina pullos suos sub ala protegas & defendas. Secundo cum dicit, Et in locum refugij. ut in latere tuo lancia perfosso locum inueniam refugij. quo abscondi ualeam a facie inimici. Tertio cum dicit. Quoniam firmamentum meum (ne cadam) & refugium, id est retrofugium meum, es tu. ut si cecidero, ad te non ad alium refugiam. Quarto cum dicit. Propter nomen tuum, quod est filius David, Dux mihi (caeco) eris, quia manum misericordiae dabis, & enutries me lacte tuae gratiae. Miserere ergo mei fili David. & dei filius, magni consilii angelus, humani generis medicina & medicus. Cui consulitur illud Tob. Piscem exentera, sel extrahe, oculos unge, & fit uisum poteris recipere. Piscis allegorice Christus

Tob. 2.

Tob. 6.

stus est, qui in craticula crucis pro nobis fuit affatus. Huius fel est amaritudo passionis; qua si oculi anime inuncti fuerint, uisum recipies. Amaritudo enim dominice passionis expellit omnem cecitatem luxurie, & omnem stercorem concupiscentie carnalis. Unde quidam sapiens. Memoria crucifixi uitia crucifigit. Unde Ruth. Luce. 22. ge buccellam tuam in aceto. Buccella est miserae carnis momentanea delectatiuncula, quam debes ingerere in aceto, id est in amaritudine passionis Iesu Christi. Unde precipit tibi dominus illud Gene. dictum Abraham: Tolle filium tuum unigenitum, quem diligis Isaac, & uade in terram uisionis, atque ibi offeres eum in holocaustum. Isaac interpretatur risus uel gaudium, & significat moraliter carnem nostram, quae ridet quando temporalia ei arrident, & gaudet cum desideria sua complectitur. de his Eccl. 2. Risum, id est temporalia reputaui errorem, quia a uia ueritatis errare faciunt, & gaudium, scilicet carnis dicitur, quid frustra deciperis? Tolle ergo filium tuum, id est carnem tuam quam diligis, quam tam affectuose nutris. Et o miser nescis quia non est efficacior per te ad nocendum quam familiaris inimicus. Qui delicate pueritia sua (inquit Salomon. Prouerb. 29.) nutrit ferum suum, postea sentiet eum contumacem. Tolle ergo tolle, crucifige eum, crucifige. Reus est mortis. Respondit Pilatus, id est carnalis affectus. Quid enim mali fecit? O quanta mala risus tuus filius fecit. Deum contempsit, proximum scandalizauit propriae anime mortem intulit. Et tu dicis, quid mali fecit? Tolle ergo eum, & uade in terram uisionis. Terra uisionis dicta fuit Hierusalem, de qua dicitur in hodierno euangelio. [Assumpsit Iesus duodecim discipulos & ait illis. Ecce ascendet Hierusalem.] assume & tu filium tuum, & ascende cum Iesu & apostolis Hierusalem, & ibi offer in altare, id est si in consideratione dominice passionis, in cruce penitentiae, in holocaustum corpus tuum. Nota quod dicit holocaustum, quod dicitur ab holocausto quod est totum, & cauma quod est incensio. Inde holocaustum quasi

quasi totum incensum. Totum ergo filium tuum, totum corpus tuum offer Iesu Christo, qui se totum obtulit Deo patri, ut totum destrueret corpus peccati. Nota quod sicut corpus humanum constat ex quatuor elementis, igne, aere, terra, aqua.

Ignis uiget in oculis,

Aer in ore,

Aqua in lumbis,

Terra in pedibus & manibus,

Sic in corpore peccatoris peccato seruientis, ignis uiget in oculis per curiositatem. Aer in ore per loquacitatem. Aqua in lumbis per luxuriam. Terra in manibus & pedibus per crudelitatem. Sed dei filius faciem in quam angelus desiderant prospicere, habuit uelatam, ut tuorum oculorum reprimeret curiositatem. Coram se non discordante sed occidente obmutuit. Et dum male tractaretur non aperuit os suum, ut tuam refrenaret loquacitatem. Lancea latus eius fuit apertum, ut a te educeret luxurie humilitatem. Manibus ac pedibus fuit affixus clauis ut a tuis manibus & pedibus crudelitatem expelleret. Tolle ergo filium, risum tuum, carnem tuam, & offer illum totum in holocaustum, ut totus charitate ardeas, quae operit multitudinem peccatorum, & offer illum in altari passionis Christi, cuius felle id est amaritudine illuminaberis, & audire mereberis. Vel aliter. Tobias felle piscis fuit illuminatus. Caro piscis est dulcis, fel est amarum quo si caro piscis respersa, tota in amaritudinem conuertitur. Caro piscis est delectatio luxurie, fel inrus latens a amaritudo mortis aeternae. Unde Iob. simili sensu Iob. 30. sed dissimili, uerbo dicit. Radix iuniperorum erat cibus eorum. Nota quod radix iuniperi est dulcis & comestibilis, sed habet spinas pro foliis. Sic luxurie delectatio quae est cibus carnalis, in presenti uidetur dulcis, sed in fine parturiet punctiones aeternae mortis. Extera ergo piscem id est considera peccati delectationem quam sic uilis. Extrahere fel, id est attende pe-

nam quæ debetur pro peccato: quomodo fit infinibilis. Et sic omnem tuæ carnis dulcedinem poteris conuertere in amaritudinem.

Tertius cæcus fuit Laodicia angelus collyrio illuminatus.

Laodicia interpretatur tribus amabilis domino: & significat sanctam ecclesiam, pro cuius amore suum sanguinem dominus fudit, & ex ea tanquã de tribu Iudæ regale sacerdotium elegit. Angelus ergo Laodiciæ est episcopus uel prælatus sanctæ ecclesiæ, qui bene dicitur angelus propter officium siue dignitatem, de quo Malac. *Malac. 2.* Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore eius, quia angelus domini exercituum est. Nota quod in hac auctoritate quinque notantur episcopo uel prælato ecclesiæ ualde necessaria, scilicet uita fama, scientia, charitatis abundantia, puritatis talaris, uenica. Labia sacerdotis sunt duo, uita scilicet & fama, quæ debent custodire scientiam, ut quod scit, & prædicat, uitam quo ad se famam quo ad proximum custodiat. Ex his enim duobus procedit scientia fructuosa prædicationis. Et si hæc tria in prælato præcesserunt, ex eius ore subditi exquirent legem, id est charitatem, de qua Apostolis Galat. Alter alterius onera portare, & sic

Galat. 6. adimplebitis legem Christi, id est charitatem, quia onera peccatorum nostrorum sola charitate in corpore suo portauit super lignum. Lex est charitas, quam subditi exquirent, id est extra quærunt. Primum in opere, nisi postmodum suauius & fructuosius suscipiant ex prælati ore. Cœpit Iesus facere & docere. Actuum. Et enim potens in opere & sermone. Luc. Sequitur, Angelus enim domini est. Ecce puritatis intimæ stola. In car-

Act. 1. ne enim præter carnem uiuere, uita est angelica non humana, inquit Hieronymus, uel non humane, sed celestis est naturæ. Sed angelo, id est prælato Laodiciæ ecclesiæ his quinque uirtutibus carenti imperat dominus & subditur. Tu miser es, & miserabilis, cæcus & pauper & nudus. Miser es in uita. Miserabilis in fama. Cæcus in scientia. Pauper in charitate. Nudus puritatis talaris u-

nica

nica. Sed quia dominus nouit contraria contrarijs curare, & cum corripit erudit, & dum pungit iniungit, ideo consulit Laodiciæ episcopo cæco. Suadeo tibi emere aurum ignitum probatum, uel locuples fias, & uestimentis albis induaris, ut non appareat confusio nuditatis tuæ. Et collyrio unge oculos tuos, ut uideas. Suadeo inquit a me emere aurum ignitum, non a mundo, precio bonæ uoluntatis. Aurum preciosæ uitæ, contra miserere uitæ tuæ scoriã. Ignitum charitate, contra tuæ paupertatis inopiam. Probatum in sufflatorio bonæ famæ, contra tuæ infamæ foetorem. Et uestimentis albis induaris, contra tuæ fœditatis nuditatem. Et collyrio unge oculos tuos, contra tuæ insipientiæ cecitatem. Nota quod istud collyrium quo oculi animæ illuminantur, componitur ex quinque uerbis passionis domini, quasi quinque herbis, de quibus dicitur. Tradetur genibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur & occidetur de his uide alibi.

DOMINICAE I. Quadragesimæ.

De Victoria Christi contra Diabolum.

Mat. 4. **H**as est Iesus in desertum a spiritu ut tentaretur a diabolo &c.]. Matth. Vbi quatuor notantur. Primo describitur ut promississimus quo ad belli ingressum, quia [Ductus est in desertum a spiritu.] Scilicet suo. Secundo, ut prudentissimus quo ad belli congressum, ibi. [Non in solo pane uiuit homo.] Tertio, ut constantissimus quo ad belli progressum ibi, [Assumptum diabolum in sanctam ciuitatem.] Quarto, ut inuidiosissimus uel reuerentissimus quo ad belli egressum, ibi. [In medio throni diaboli, Et ecce angeli &c.] Pro primo patet in eouera audacia, quia uoluntarie ductus est. Pro secundo, suis in eorum experientia, ibi. Non

111

in solo panè. Pro tertio, patet firma perseverantia, quia
 assumpsit eum. Pro quarto patet uictoria, quia dimisit.
 Et etiã honor & reuerentia quia accesserunt angeli &c.
 1. Re. 24. Quo ad primum dicitur primi Reg. Quod David habi-
 tauit in deserto Engaddi. David manu fortis est. Chri-
 stus, qui manibus in cruce affixis, aereas potestates de-
 bellauit. Ecce quã mirabilis fortitudo, ligatis mani-
 bus proprium deuincere inimicum. Hic habitauit in
 deserto Engaddi, quod interpretatur oculus tẽtationis.
 Nota quod triplex est oculus uel modus tẽtationis.
 Primus est gulæ, de quo Gene. 3. Vidit mulier quod bo-
 num esset lignum ad uescendum. Secundus est superbia
 & uanæ gloriæ, de quo Iob. 41. loquens de diabolo. In-
 ne sublime uidet, & ipse rex super uniuersos filios super-
 bia. Tertius est auaritiæ, de quo Zacha. Hic est oculus
 2. ac. 5. rum in uniuersa terra. Christus ergo habitauit, 40. die-
 bus, & 40. noctibus in deserto Engaddi. In quo gula,
 uanæ gloriæ & auaritiæ tẽtationem sustinuit a diabo-
 lo, prout patet in euang. Nota quod triplex est deserti
 in quorum quodlibet Iesus fuit ductus. Primum est uir-
 ginis. Secundum est præsents euãgelij. Tertium,
 crucis patibulum. In primũ ductus fuit sola maria. In se-
 cundũ exẽpli grã. In tertiu patris obediẽtia. De primo Isa. 41.
 Emitte agnũ domine dominatorẽ terræ de petra deser-
 ti ad montem filia Sion. O domine pater emitte agnũ
 non leonem, dominatorem, non uastatorem terræ, de pe-
 tra deserti, id est beata uirgine. Quæ dicitur petra desi-
 ti. Petra propter firmum propositum uirginitatis. Unde
 respondit angelo, Luc. 1. Quomodo fiet istud quoniam
 uirum non cognosco &c. Id est firmiter proposui non
 cognoscere. Deserti, quia inarabilis. Virgo enim ante
 partum, & in partu, & post partum extitit. Emitte (in-
 quit) ad montem, id est excellentiam. Filia Sion, id est
 ecclesiæ, quæ est filia Sion, id est coelestis Hierusalem.
 De secundo dicitur hic. [Ductus est Iesus &c.] De ter-
 tio, Ioannes Baptista. Ego uox clamantis in deserto. Ioan-
 nes ideo dicitur uox, quia sicut uox præcedit uerbum,
 sic

sic ipse præcessit dei filium. Ego (inquit) uox Christi
 clamantis in deserto. i. crucis patibulo. Pater, in manus
 tuas commedo, &c. In hoc deserto totus fuit spinosus,
 & ab omni humano auxilio derelictus. Dicamus ergo,
 Ductus est Iesus in desertum a spiritu. Quæri solet, a
 quo spiritu? Lucas apertissime ostendit a quo fuerit du-
 ctus. Nam. Iesus (inquit) plenus spiritu sancto regres-
 sus est a Iordane, & agebatur in spiritu in deserto. Illo
 uidelicet spiritu quo erat plenus, utpote spiritu sancto,
 ab ipso fuit ductus. De quo ipse dicit Isa. 61. Spiritus
 domini super me eo quod unxerit me. Et eo spiritu quo
 præ suis participibus inunctus, eo fuit ductus in deser-
 tum ut tentaretur a diabolo, quia dei filius, noster Zo-
 robabel, qui interpretatur magister confusionis uene-
 rat mundum peccatis confusum restaurare, & tanquam
 medicus ægrotum sanare, ut Zorobabel altare domi-
 ni. 3. Esd. 5. Oportuit autem ut contraria contrariis cu-
 raret, sicut in arte medicine frigida calidis & econuer-
 so curantur. Destructio & infirmitas humani gene-
 neris fuit Adæ peccatum, quod consistit in tribus, gu-
 la, uana gloria, & auaritia, de his tribus Gen. 3. Dixit ser-
 pens ad mulierem &c. Istæ fuerunt tres lanceæ in qui-
 bus fuit Adam interfectus cum filiis suis. Unde in fi-
 guræ. Reg. tulit Ioab tres lanceas in manu sua, & infixit
 eas in cor Absalonis. Ioab interpretatur inimicus, &
 significat diabolus humani generis inimicum.
 Hic tulit in manu false promissionis tres lanceas, id est
 gulam, dicens. In quacunque die comederitis aperien-
 tur oculi uestri. Vanam gloriam, dicens. Eritis sicut dii.
 Et auaritiam, dicens. Scientes bonum & malum &c. Et
 infixit eas in cor Absalonis. In quo est fons caloris & ui-
 tæ hominis. Ex corde uita procedit, & hoc ut calorem
 diuini amoris extingueret, & omnino uitam auferret.
 Sed infixit in cor Absalonis, quod interpretatur pax patris.
 Hic fuit Adã qui adhuc in loco pacis & uoluptatis fuit
 positus, ut pacem patris ipsi obediendo æternaliter conser-
 uaret. Sed postq̃ deo patri obedire noluit, pacem pdidit.

& in cor ipsius tres lanceas diabolus infixit, & omnino uita priuauit. Veni ergo Dei filius tempore acceptabili, obediens Deo patri, perdita restaurauit, contraria cōtrariis curauit. Adam fuit positus in paradiso, in quo delitijs affluens cecidit. Iesus uero ductus est in desertū, in qua ieiunijs insitēs diabolū deuicit. Videte utriusque tentationis concordantiā. Gen. Dixit serpens, in quacunque die & c. & Matt. 4. [Et accedens tentator dixit ei. Si filius Dei es, ut lapides isti & c.] Ecce gula. Itē eritis sicut dii. [Tunc assumpsit eum diabolus in montem excelsum ualde.] Sequitur. [Hec omnia tibi dabo & c.] Quantum peruersus, tantum peruersē locutus est. Ecce auaritia. Sapientia uero quæ semper sapienter agit triplicem diaboli tentationem triplici, Deutero. auctoritate superauit. Diabolus cum de gula tentauit Iesus respondit. [Non in solo pane.] Quasi dicat. Sicut homo exterior uiuit pane materiali, sic interior uiuit pane cœlesti, qui est uerbum Dei. Verbum Dei dicitur filius, qui est sapientia quæ ex ore altissimi processit. Sapientia dicitur a sapore. Panis ergo animæ uerè est sapor sapientiæ, quo sapit bona domini & degustat quàm suauis est dominus. De hoc pane dicitur libro sapientiæ. Panem de cœlo illis præstitisti omne delectamentum in se habentem & omnis saporis suauitatem. Et hoc est quod hic dicitur. Sed in omni uerbo quod procedit de ore Dei. In omni dicit quia omnis saporis suauitatem habet uerbum Dei & sapientia eius, cuius sapor, gulæ delectationem inspidam facit. Hunc panem quia Adam fastidiuit, ideo gulæ tentationi acquieuit. Bene ergo dicitur Non in solo pane & c. Item cum de uana gloria tentauit, Iesus respondit. [Non tentabis dominum Deum tuum.] Iesus Christus ē dominus creatione, Deus æternitate. Hinc diabolus tentauit cum ipsi templi creatori de pinnaculo templi ut se mitteret deorsum suaserit, & Deo omnium cœlestium uirtutum, angelorum adiutorium repromisit. Non ergo tentabis dominum Deum tuum. Adam etiam tentauit dominum Deum, cum domini Dei

Gen. 3.

Sa. 16.

Dei præceptum non obseruauit, sed falsæ promissioni de facili acquieuit. Erit sicut dii. O quanta uanitas credere se fieri posse Deum. O miser in altum leuaris super te & ideo miserabiliter corrues subtus te. Non ergo tentabis dominum Deum tuum. Item cum de auaritia tentauit, Iesus respondit. [Dominum Deum tuum adorabis & c.] Omnes qui pecuniam uel mundi gloriam amant, procidentes diabolum adorant. Nos uero pro quibus Iesus Christus uenit in uterum uirginis, & sustinuit crucis patibulum, ipsius exemplo edocti ueniamus in desertum pœnitentiæ, & ipsius adiutorio, gulæ impetum uanæ gloriæ uentum, auaritiæ incendium reprimamus, ipsum quem angeli adorant, adoremus, ut & c. Amen.

In eadem Dominica, de Confessione. Ser. II.

Dicitur Iesus in desertum a spiritu & c. [Dicitur Apocalyp. Data sunt mulieri duæ alæ aquilæ magne, ut uolaret in desertū. Mulier ista animam pœnitentem significat, de qua Iesus ait Ioan. Mulier cum parit in tristitiam habet. Mulier, id est anima cum parit in confessione peccatum quod concepit in delectatione, tristitiam habet, & habere debet. Huic mulieri dantur duæ aquilæ alæ. Aquila ab acumine uisus rostri sic dicta, uirum iustum significat. Aquila enim acutissimi uisus est, quando eius rostrum ferè nimia senectute crocescit & incuratur, ad petram acuit & ita reiuuenescit. Sic uir iustus contemplationis acumine ueri solis splendorem intuetur, & si aliquando eius rostrum, id est mentis affectus aliquo peccato crocescit, ne solitum cibum internæ dulcedinis capere possit statim ad petram confessionis acuit, & sic gratiæ iuuenture reiuuenescit. Vnde de eo Psal. Renouabitur ut Aquila iuuentus tua. Ps. 102. Huius aquilæ alæ duæ sunt. Amor & timor, de quibus

Apo. 12

Ioan. 16.

Ps. 102.

H 2 Iob

Job. 39. Nunquid per sapientiam tuam plumescet accipiter, expandens alas suas ad austrum? Aquila & accipiter in hoc loco uirum iustum significant. Et nota quod accipiter duo facit, pede capit, & non capit autem nisi uolantem. Sic uir iustus pede affectus capit, & non capit bonum nisi uolans, de terrenis non curat. Hic per sapientiam Dei plumescit. Plumæ accipitris sunt puræ cogitationes uiri iusti, quæ per Dei sapientiam (quæ dicitur a sapore) ordinatæ in iusti mente succrescunt. Quantum enim de Deo sapis, tantum plumescis. Quantum de ipsius saporis dulcedine sentis, tantas bonarum cogitationum plumas emitis. Et sic iste accipiter expandit alas suas, id est amorem & timorem diuinum, ad austrum, id est ad Iesum, qui ab austro uenit ut calorem nutrimenti emittat, & gratiam conseruatiuam in ipsas perfundat. Hæ duæ alæ dantur mulieri, id est animæ poenitenti, quibus a terrenis eleuata, aduolat in desertum, locum poenitentiae, de quo dicitur in euangelio hodierno. Ductus est Iesus in desertum a spiritu: Et tu qui credis in Iesum & speras salutem a Iesu, a spiritu contritionis obsecro decaris in desertum confessionis, ut perfecte facias quadragenarium numerum satisfactionis. Et nota quod contritio dicitur spiritus. Vnde Dauid Psal. In spiritu uehementi conteres naues Tarsis. Tarsis interpretatur exploratio gaudij. Naues Tarsis sunt mentes hominum secularium, quæ per mare huius mundi uelo carnalis concupiscentiæ, & uento uanæ gloriæ trahuntur ad explorandum gaudium prosperitatis mundanæ. In spiritu ergo uehementi, id est contritionis conterit dominus naues Tarsis, id est secularium mentes, ut contritæ non explorent uacuum, sed plenum gaudium. Et nota, quod spiritus contritionis duabus de causis dicitur uehementis, eo quod uehit sursum mentem, & uæ æternum adimit. De hoc spiritu dicitur Gene. 2. Spirauit in faciem eius spiraculum uitæ, quod est cordis contritio quod tunc dominus inspirat in faciem animæ, dum Dei imago & similitudo detur para per peccata per cordis contritionem

Psal. 47.

faciei

faciei ipsius animæ imprimitur & impressa renouatur. O Dei benignitas & omnipotentis dignitas. Ille qui habitat æternitatem, in corde humilis & spiritu habitat, poenitentis. Vnde Isa. 57. Excelsus & sublimis habitans æternitatem, cum contrito & humili spiritu habitat, ut uiuificet spiritum humilium, & cor contritum. Cordis uere contriti est moribus humiliare seipsum, & reputare se uiuum pulicem & canem mortuum. A tali ergo spiritu contritionis ducitur poenitens in desertum confessionis, quod bene dicitur desertum propter tria. Quia desertum dicitur illa terra, quæ est inhabitabilis, abundans, bestijs, timore horribilis. Tale ad literam erat desertum in quo fuit Iesus. 40. diebus, & 40. noctibus. Sic confessio debet esse inhabitabilis, quia priuata, secreta, ab omnis hominis notitia abscondita, & solius confessoris memoriæ thesauro sub sigillo inuolabili reposita, & omni humanæ conscientiæ occulta, in tantum ut si omnes homines qui sunt in mundo scirent peccatum peccatoris tibi confitentis, tu nihilominus deberes abscondere, & sub clauē perpetuæ taciturnitatis concludere. Vere enim illi sunt filij diaboli a Deo uero & uiuo reprobati, ab ecclesia triumphante expulsi, & a militante excommunicati, ab officio & beneficio deponendi, & infamiæ publicæ exponendi, qui confessionem non dico uerbo (quod peius est omni homicidio) sed signo, uel alio quocunque modo occulto, uel manifesto irrisorie uel applausorie denudant & manifestant. Audacter dico, quicumque discooperuerit confessionem, grauius peccat proditore Iuda, qui Dei filiū Iudæis uendidit. Confiteor homini non tanquam homini, sed tanquam Deo, ut dicit dominus Isa. 24. Secretum meum mihi, secretum meum mihi. Et homo natus de humo, confessionis secretum in cordis sui secretario non sigillabit. Bene ergo dicitur, quod confessio debet esse terra inhabitabilis, & inaccessibleis, ut nulli hominum pateat secretum confessionis. Vnde dñs cōminando præcipit. Exo. 19. dicēs. Cauete ne ascēdatis in montem, ne tangatis si-

H 3 nes

nes eius, omnis qui tetigerit montem, morte morietur &c. Mons iste Sinai qui interpretatur mensura, confessionem significat, quæ bene dicitur mons, propter sui excellentiam, peccati scilicet remissionem. Quæ maior excellentia potest esse uel altitudo, quæ peccati remissio? Mensura propter ipsius confessionis & culpæ commensurationem. Peccator enim debet commensurare ut confessio respondeat æqualiter culpæ quatinus nec minus dicat propter uerecundiam uel timorem: nec plus addat sub humilitatis specie quam se rei ueritas habet. Causa enim humilitatis nemo mentiri dicit. Cauete ergo o confessores, o sacerdotes ne ascendatis in hunc montem. In montem ascendere est secretum confessionis denudare. Non tantum dico ascendatis, sed etiam nec fines eius tangatis. Fines montis sunt circumstantiæ confessionis, quas nec uerbo, nec signo, nec alio quocumque modo quis debet tangere. Sed pro dolor sunt quidam qui montem timent ascendere, sed fines illius non ueretur tangere, quibusdam dictis & signis peccati circumstantias denudando. Audiant ergo isti infelices suæ mortis sententiam. Omnis (inquit dominus) qui tetigerit montem, morte morietur. Et quæ morte domine? Manus (inquit ibidem) secularis potestatis non tangeret eum, ut suspendatur tanquam latro uel homicida, quia forte leuius ei esset, sed lapidibus opprimetur, id est duris excommunicationibus, aut æternæ damnationis iaculis confodietur, siue iumentum, (id est simplex sacerdos) fuerit, siue homo id est sacerdos literatus & scientia plenus, omnino non uiuet. Bene ergo dicitur quod confessio est terra inhabitabilis & inaccessibleis. Item confessio dicitur desertum: eo quod bestiis abundat. Quæ sunt istæ bestię? Bestię dictæ quasi uastię sunt peccata mortalia, quæ animam uastant & laniant, de quibus dicit Isai. 34. Loquens de perfida Iudæa, id est anima peccatrice. Erit cubile draconum, & pascua Struthionum, & occurrent dæmonia, onocentaurus, & pilosus clamabit alter ad alterum, ibi cubauit lamia, & inuenit sibi requiem. Ibi habuit foueam ericius & enutriuuit carulos, &

cicun-

circunfodit & fouit in umbra eius. Nota quod in hac auctoritate ponuntur septem genera bestiarum.

- 1 Draco.
- 2 Struthio.
- 3 Onocentaurus, id est asinus & cętaurus.
- 4 Pilosus.
- 5 Lamia.
- 6 Ericius.

Per has bestias septem genera peccatorum intelligimus quæ omnia & sibi similia plenarie debent denudari in confessione, & sicut fuerunt pertractata in mentis consensu, & operis effectu. Dicit ergo: Erit cubile draconum, &c. In dracone notatur odij & detractionis uenosa malitia. In Struthione, hypocrisis & fallacia. In asino luxuria. In tauro superbia. In piloso auaritia & usura. In Lamia hæretica perfidia. In Ericio uersuta peccatoris excusatio. Dicamus ergo sic. Erit cubile draconum &c. Mens uel conscientia peccatoris, est cubile draconum per odij & detractionis uenenum. Vnde in Cantico *Dent. 32* Moyfi. Fel draconum uinum eorum, & uenenum aspidum insanabile. Vinum eorum, id est odium & detractionis peccatorum, quæ mentes inebriat & intoxicat auditorium, est fel draconum, & est uenenum insanabile. Vnde *Ecclesi. 10.* Si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus habet qui in occulto detrahit. Et bene dicit insanabile, quia *Ecclesi.* Plaga flagelli liuorem facit. Plaga autem linguæ comminuet ossa. Non plaga flagelli exterius liuorem facit. Sed plaga linguæ detractionis intus ossa uirtutum comminuit. Bene ergo dicitur. Erit cubile draconum. Sequitur. Et pascua Struthionum. Struthio, quæ pennas habet, sed propter corporis sui magnitudinem uolare non potest, hypocritam significat, qui terrenorum amore & onere aggrauatus sub penna falsæ religionis se mentitur accipitrem uolatu contemplationis. Penna inquit Iob.) Struthionis similis est pennis Herodij & accipitris. In mente falsi religiosi pascua sunt Struthionis. Et uide quàm proprie dicitur

H 4 tur

tur pascua. Hypocrita enim dum poena accipitris laudatur ipsa sua laude pascitur. Facit enim sicut pavo, qui cum a pueris laudatur plumarum suarum gloriam ostendit & cum cauda facit rotam, & eam faciendo turpiter posteriora discooperit. Sic hypocrita cum laudatur sanctitatis (quam uidetur habere) plumas ostendit, & suæ conuersationis rotam facit. Dicit enim, istud & istud feci, ita incepti, & dum sic se rotat; suæ turpitudinis sceditatem demonstrat. Stultus enim displicet inde, unde placere putat. Et occurrerunt demonia, Onocentaurus. Onos enim graece asinus latine, per quem luxuriosus intelligitur. Asinus enim stolidus est piger & timidus. Sic luxuriosus stolidus, quia amisit ueram sapientiam, cuius sapor sapientem & sobrium hominem facit, & sic carnis luxuriam expellit, & stolidam facit. Est etiam piger & timidus sicut asinus. Dicitur in naturalibus quod animal habens magnum cor est timidum. Et habens mediocre est magis audax. Et occasio quæ accidit huic animali ex timore, non est nisi quia calor cordis est modicus, & non potest implere eum, quia calor paruus in cordibus magnis debilitatur, & efficitur propter hoc sanguis frigidior. Corda autem magna sunt in leporibus, certis, asinis, & muribus. Et sicut ignis modicus calefacit minus in domo magna quam in parua, ita est calor in istis. Sic & luxuriosus habet magnum cor ad cogitandum & committendum magnam nequitiam & magnam luxuriam, sed parum uel nihil habet de calore & amore Spiritus Sancti. Ideo timidus, instabilis, & inconstans in omnibus uis suis. Per taurum superbus designatur. Unde per prophetam conqueritur dominus. Psalm. Tauri pingues obsederunt me, id est superbi pingues opulencia temporali obsederunt me, tanquam Iudæi iterum uolentes me crucifigere. Onocentaurus ergo, id est luxuriosus & superbus demonia occurrent in ora mortis ut egredientes animas abripiant, & secum

secum ad poenas æternas trahant, ut quos habuerunt in centores in culpa, habeant tortores in poena. Sequitur. Et pilosus clamabit alterum. Pilosus sunt auari & usurarij, qui bene dicuntur pilosi, id est pecuniosi. Auidia clamat usuram, & usura auaritiam, illa inuitat istam & ista illam. Prohdolor clamor istorum pilosorum iam impleuit rotam mundum. Hos significat pilosus Esau qui interpretatur quærcus. Et auari & usurarij sunt pilosi in accipiendo, & quærcus, id est duri & inflexibiles in reddendo. Ibi cubauit Lamia, & ibi inuenit requiem. Lamia quæ (ut dicitur) est bestia faciem habens humanam, sed in bestialem desinens caudam hæreticos significat, qui ut facilius decipiant, humanitatis sumunt faciem, & uerba suauia prætendunt. Vnde de eis Threnorum. Lamia nudauerunt mammam, lactauerunt carulos suos. Mammam hæretici denudant, dum in illa perfidia nutriunt suos credentes perfidos. Qui bene dicuntur catuli, & non filij, quia nihil aliud nouerunt, utpote rustici, sutores, pelliparij, nisi contra ecclesiam latrare, & eius catholicos blasphemare. Sequitur. Ibi habuit foueam Ericius. Nota quod Ericius est totus spinosus quem si quis capere uoluerit, totum intus se abscondit, & efficitur quasi sphaera in manu tenentis. Caput & os habet inferius, & intra os habet quinque dentes. Ericius est peccator obstinatus, spinis peccatorum undique obsitus. Hunc si de peccato perpetrato redarguere uolueris, statim intus, se recolligit, & culpam quam commisit, excusando abscondit. Et sic caput & os habet interius uel inferius. In capite mens, in ore locutio designatur. Dum peccator se de perpetrata nequitia excusat, quid aliud facit nisi quod mentem & uerba inferius ad terram inclinat? Vnde dicitur etiam habere quinque dentes in ore, qui sunt quinque modi excusationum in ore obstinati. Cum enim redarguitur, aut se excusat ignorantia, aut fortuna, aut diaboli suggestionem, aut carnis suæ fragilitate, aut proximi occasione

Thr. 4.

caſione, & ita enutrit (ut ſubdit Iſa.) catulos, id eſt mo-
 rus ſuos, & circumfodit & fouet in umbra ſuæ excuſatio-
 nis. Hęc ſeptem beſtiæ, ſub quarum numero peccatorū
 omnium genera comprehendī poſſunt, in deſerto no-
 ſtrę confeſſionis debent abundanter & plenarię appare-
 re, ut nihil ſacerdotem lateat uel conſitentem ſubterfu-
 giat, quin omnia ad unguem peccata & circumſtantias
 peccati cōfiteatur. Vnde Iſa. Poſt ſeptuaginta annos erit
 Tyro quali canticum meretricis. Sumet ibi citharam. In
 quo prompta uoluntas, conſitendi ſcilicet. Sume, non
 coacta, non extorta. In cithara omnis peccati circumſtā-
 tia & confeſſio. Sume ergo citharam, ideſt uoluntarię
 cōfiteri, ſanus & uiuus. Nota quod ſicut in cithara extē-
 duntur cordæ, ſic in confeſſione debent extendi peccato-
 rum circumſtantia, quæ ſunt Quis: quid: ubi: per quos:
 quotiens: cur: quomodo: quando. Omnia iſta tam
 in ſceminino quàm in maſculino ſexu diſcrete & di-
 ligenter perquire. Sequitur in Iſaia. Circuiui ciuitatē.
 Ciuitas, eſt uita hominis quàm ipſe debet circuire tem-
 pus, & ætatem peccatum & modum peccati, locum & p-
 ſonas cum quibus peccauit, & quas exemplo malo uer-
 bo uel facto peccare fecit: uel peccantes ſi potuit, a pec-
 cato non retraxit: omnia nude & aperte ut dixi debet
 conſiteri. Sic faciebat propheta. dicens Pſal. Circuiui &
 immolauī in tabernaculo eius hoſtiam uociferationis,
 Circuiui totam ciuitatem, id eſt totam uitam meam ad
 modum boni militis qui circuit ſuum caſtrum ne ali-
 quod ſit ibi foramen, per quod hoſtes ingrediantur. Et
 immolauī in tabernaculo eius, id eſt in eccleſia coram
 ſacerdote, hoſtiam uociferationis, id eſt confeſſionis,
 quæ bene dicitur uociferatio, quia peccator non debet
 ſemi plene & mediocriter quaſi balbutiens, ſed aperto
 ore quaſi uociferans peccata ſua conſiteri. Sequitur
 dicto loco. Iſaia. Bene cane, teipſum non diabolum non
 fratrem tuum uel aliquem alium accuſando. Vel bene
 cane, omnia peccata tua uni ſacerdoti conſitendo, non
 per plures diuidendo. Bene ergo cane, frequenta canti-
 cum

cum confeſſionis, iterum atque iterum teipſum accuſan-
 do. Et quare hoc? Vt memoria tui ſit in conſpectu Dei
 & angelorum eius, ut peccata dimittat tibi, & gratiam
 infundat, gloriāque æternam conferat. Ecce habes
 quæ ſunt illæ beſtiæ quibus deſertum confeſſionis tuæ
 abundare debet, ſcilicet ut peccata & ipſorum circum-
 ſtantia nude & aperte appareant in confeſſione. Et ſic
 erit ipſius confeſſioni deſertum timore horribile. Et
 quibus? Immundis ſpiritibus. Vnde dicitur Gene.
 28. Quia terribilis eſt locus iſte? non eſt hic aliud ni-
 ſi domus Dei & porta cœli. Locus confeſſionis immo-
 confeſſio eſt terribilis immundis ſpiritibus. Vnde Iob
 3. Sicut inundantes aquæ, ſic rugitus meus. Ad ru-
 gitum leonis omnes beſtiæ ſiſtunt, gradum inundantes
 aquæ ſubuert ſicut obſtaculū. Rugitus leonis eſt confeſſio
 poenitentis, de quo Pſalm. 35. Rugiebam a gemitu cor-
 dis mei. Quia a gemitu cordis debet exire rugitus
 confeſſionis. Quo audito, maligni ſpiritus territi,
 ad tentationes procedere non præſumunt. Innundantes
 aquæ ſunt lachrimæ cōrriorum, quæ totum diſſoluunt
 & ſubuertunt quicquid maligni ſpiritus contra la-
 chrymas poenitentis machinantur. Confeſſio etiam
 dicitur domus Dei propter peccatoris reconciliatio-
 nem. In ipſa enim peccator reconciliatur Deo, ſicut
 filius patri reconciliatur, cum ab ipſo in domum pa-
 ternam recipitur. Vnde ſcribitur Lucæ. quod cum
 ſenior filius appropinquaret domui, in qua poeni-
 tens filius epulabatur cum patre, audiuit ſymphoniam
 & chorum. Nota quod in illa domo fuerunt tria, ſcili-
 cet epulatio, ſymphonia, & chorus. Sic in domo con-
 feſſionis, in quam recipitur peccator reuerſus de regio-
 ne longinqua, debent eſſe tria.

Epulatio contritionis,

Symphonia accuſationis,

Chorus emendationis.

Vt ſicut te peccatorem accuſas, ſic te emendare ſtudeas
 Audi ſymphoniam ſuauiſſimam reſonantem. Pſal. 60. iniqui-
 tatem

Luc. 15

ratē meā ego cognosco, & peccatū meū cōtra me est se-
per. Sed audi chorū bene & cōsone rīdentē Pl. 37. Ego
in flagella paratus sum, & dolor me⁹ ī cōspectu meo se-
per. O q̄ multi suauiter symphonizāt, seip̄os accusant,
sed se nūq̄ emēdat, Aliter. In domo cōfessionis resonat
symphonia planctus. Statim bene & cōsonē responder
chorus diuinæ misericordiæ remittētis peccata. Vñ p-
mittit in introitu missæ. Inuocabit me &c. Nota q̄ peni-
tēti quatuor hic p̄mittit cū dicit. Inuocabit me & ego
exaudiā, ut ei peccata dimittā, quia ego exaudiā. i. gratiā
infundā. Secūdo eripiā eū ab illis quatuor de quibus in
Tractu dicitur, scilicet timore nocturno. A sagitta uolā-
te per diem. A negotio perambulante in tenebris. A
ruina & dæmonio meridiano. Timor nocturnus
est tentatio diaboli occulta. . . Sagitta uolans ipsius
aperta nequitia. . . Negotium per ambulans in tene-
bris est hypochritarum fallacia. . . Dæmonium meri-
dianum, carnis luxuria ardens de quo Mar. 9. Hoc
genus dæmoniorum &c. De his eripit dominus ue-
te pœnitentem. Tertio, & glorificabo eum, scilicet in
Die iudicii geminæ stolæ gloria. Quarto, longitudi-
ne dierum adimplebo eum, in uitæ scilicet æter-
næ perpetuitate. . . Confessio etiam dicitur porta
cœli, uere porta cœli, & porta paradisi. Per ipsam enim
tanquam per portam introducit pœnitens ad oscu-
lum pedū diuinę misericordię, erigitur ad osculum ma-
nuum cęlestis glorię, suscipitur ad osculū oris recōcilia-
tionis paternæ. O domus Dei, o porta cęli, o confessio
peccati. Beatus q̄ in te habitabit. Beatus qui per te intra-
bit. Beatus qui se in te humiliabit. Humiliamini ergo &
intrate. O fratres charissimi per portam confessionis.
Cōfitemini prout audistis, peccata & circumstantias pec-
cati, quia ecce nunc tempus acceptabile &c. De his die-
bus, subditur. [*Cum ieiunasset quadraginta diebus &
quadraginta noctibus &c.*] Quadragenarius autem nu-
merus constat ex quatuor & decem. Creator hominum
creauit corpus & animam, & utriq; dedit quaternarium

&

& denarium. Corpus enim constat ex quatuor elemen-
tis, & regitur decem sensibus, quasi decem principibus,
scilicet duobus oculis, duabus auribus, odoratu, & gu-
stu, duabus manibus, & duobus pedibus. Animæ uero
contulit Deus quatuor uirtutes principales, quæ sunt
prudencia, iustitia, fortitudo, & tēperantia, & dedit decē
præcepta. Quia ergo contra quaternariū uirtutū & de-
nariū præceptorū in isto mortali corpore quotidie pec-
camus, ieiunio quadraginta dierum domino satisfaciamus.
Qualiter autem hoc sit faciendum, habemus libro
Numero. cap. 13. quod exploratores misit a Moysē &
filiis Israel circueierunt quadraginta diebus omnem ter-
rā Chanaā. Chanaā interpretatur negociatio uel humi-
lis, significās corpus nostrū, in quo debemus negociari
Sed quōd Cōmutantes felici cōmertio terrena pro æter-
nis, transitoria pro mansuris. Et hoc semper in humili-
tate cordis. De qua negociatione dī prouer. 31. Gusta-
uit & uidit quod bona est negociatio eius. Nota ista
duo, Gustauit & uidit mulier fortis, id est anima. Tunc
enim gustat cum dulcedinem cęlestis gloriæ sentit sa-
no palato pro cuius amore regnum mundi & ornatū se-
culi cōtēpsit. Et sic processu tēporis oculo illuminatæ
rōnis uidet & intelligit quod bona est negociatio eius
uendere scilicet omnia quæ habet, & dare pauperi-
bus, ut nudus nudum sequatur Iesum. Et hoc est quod di-
xit Iob ca. 2. Pelle pro pelle & omnia quæ habet ho-
mo dabit pro anima sua. Pelle, scilicet pompæ secula-
ris, pro pelle gloriæ cęlesti. i. corpus istud pelliceum &
mortale, dabit carnifici & tortori, & exponet gladio ty-
ranidis & mortalitatis pro pelle gloriosa corporis imor-
talis. Nota quōd pellis quanto abluitur tanto magis ex-
tenuatur & deturpatur. Sic corpus nostrum quanto ma-
gis delicate nutritur, tanto magis perdit uires, senescit,
& rugatur. Nos uero tanquam ueri & strenui explora-
tores in his quadraginta diebus circueamus omnem
regionem corporis nostri, diligenter explorantes quic-
quid peccauimus per uisum, auditum, gustum, odoratū,

&c.

& tactum, ipsorum peccata & circumstantias confitendo ita quod nullæ reliquæ remaneant, exemplo Iosue, qui ut Iosue decimo dicitur, cepit Macedam, & percussit in ore gladii regem illius, & omnes inhabitatores illius interfecit, non dimisit saltem paruas reliquias. Maceda interpretatur prius siue adustio, & significat peccatum quo primus homo adurit per baptismum. Hoc autem peccatum in poenitentia capitur. Rex autem huius civitatis, est prava voluntas, quæ percussit in ore gladii, scilicet oris gladio per confessionem. Habitatores regis sunt obedientes sensus quinque, qui similiter per poenitentiam sunt interfecti & interficiendi, id est a peccato reuocandi. Reliquiæ sunt rememoratio peccati, & nominatio ad delectationem, quæ etiam dimittendæ non sunt. Item in eodem libro & cap. Percussit Iosue omnem terram montaniam, & meridianam, & campestram, & Aseroth cum regibus suis. Non dimisit in ea ullas reliquias, sed omne quod spirare poterat, interfecit. Terra montana superbia, Meridiana cupiditas, Campestris luxuria, per quam quasi per campos equum effrenis, id est luxuriosus euagatur. Aseroth, pastura populi interpretatur, & significat omnem turpem imaginationem, quæ pascit ignem peccati. Hæc omnia cum proposito nunquam relabendi, in confessione deponamus, & pro his omnibus satisfaciamus digne, ut quantum corpus se exaltauit in superbia, tantum ipsum in confessione humiliemus, & quantum in delitiis fuit, tantum demus illi tormentorum, panis scilicet & aquæ, disciplinae & uigiliæ, ut audiat cum filia Iepte. Decepisti me filia mea, caro mea, gulæ & luxuriæ delitiis, & nunc decepta es, id est afflictæ, disciplinis, uigiis, & ieiuniis. His de spiritu contritionis, de deserto confessionis, quæ dragenario satisfactionis prælibatis, in quibus omnium peccatorum remissio, gratiæ infusio, uitæ æternæ remuneratio, nunc ad ipsorum opposita, gulam scilicet & uanam gloriam & luxuriam describenda accedamus. Sequitur.

Et

Et accedens tentator, dixit ei. Si filius dei es.] & c. Diabolus a similibus ad similia procedit. Eo. n. ordine quo tentauit Adam in paradiso, tentauit etiam Christum in deserto. Sed & tentat quemlibet Christianum in hoc mundo. Primum Adam tentauit gula, uana gloria, & auaritia, & tentans deuicit. Secundum Adam, id est Christum simili modo tentauit, sed in tentatione succubuit, quia non tantum homo, sed etiam Deus erat quem tentabat. Nos uero qui utriusque participes sumus, illius secundum carnem, istius secundum spiritum, ueterem hominem exuamus cum actibus suis, quæ sunt gula, uana gloria, & auaritia. Induamusque nouum hominem, per confessionem innouati, ut refrenemus ieiuniis effrenem ardorem gulæ, & refrenemus confessionis humilitate, altitudinem superbiæ, & uanæ gloriæ, & conculcemus cordis contritione, densum lutum auaritiæ. Beati (inquit dominus Matth.) pauperes spiritu, scilicet tribulato corde & contrito, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Nota quod sicut diabolus tentauit dominum de gula in deserto, de uana gloria in templo, de auaritia in monte, Sic nos tentat quotidie de gula in deserto ieiunii. De uana gloria in templo orationis & officii. In monte dignitatis, de auaritia multiplici. Dum ieiunamus tentat nos de gula, in qua peccamus quinque modis. Vnde uersus. Præpropero, laute, nimis, ardentem, studiosè. Præpropero, id est cum præuenitur hora. Laute, cum diuersis & uariis sal famentis, speciebus, & ciborum lautitiis, pruritus linguæ excitatur & hebes irritatur appetitus. Nimis, ut cum ultra corporis necessitatem cibaria sumuntur. Dicunt enim quidam gulosi, Ieiunare tenemur, tantum ergo semel comedamus quod pro prandio & cœna recompensare possimus. Isti sunt sicut Brucus, qui arborem cui insidet non relinquit, donec totam arborem comedat. Brucus dictus est, eo quod in bucca totus est, & gulosus significat qui in gula & in uentre sunt toti, & scutellam quam tanquam castrum obsident non dimittent, donec totum quod in ea est, deuorent.

Math. 5

rent. Aut enim crepabit uenter, aut euacuabitur scutella. Ardenter cum homo se effundit super omnem escam, & quasi magnum castrum oppugnaturus, brachia erigit, manus extendit, totus comedit, & est immensa quasi canis, qui in coquina parem non desiderat. Studiosè, cum exquisita cibaria requiruntur & magno studio preparantur. sicut legitur. 1. Reg. 2. de filiis Heli qui non carnem coctam sed crudam uolebant accipere, ut eam studiosius & accuratius præpararent. Item tentat nos diabolus in templo de uana gloria, dum sumus in oratione, officio, & prædicatione uanæ gloriæ iaculis a diabolo impetitur, & multoties heu heu uulneramur. Sunt enim quidam qui dum orant & genua flectunt, & suspiria emittunt, uolunt uideri. Sunt alii qui dū in choro cātant, & uoces fragunt, & in gutture citharizant, desiderant audiri. Sunt alii quidam prædicant, dum uocibus intonant, dum auctoritates multiplicant, & ad sensum suum glossant, & se circumgirant, appetunt laudari. Omnes isti mercenarii (credite mihi) receperunt mercedem suam, filiam suam ponentes in prostibulo. Vnde Moyse Leui. 19. Filiam tuam non prostituas. Filia mea est operatio mea, quam tunc prostituo, id est in lupanari pono cum ipsam pro denario uanæ gloriæ uendo. Et ideo consulit Christus Matth. Tu autem cum oraueris intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum in abscondito, & pater tuus qui uidet in abscondito, reddet tibi. Tu cum uolueris orare uel aliquid facere boni, quod est sine intermissione orare, intra in cubiculum, id est cordis tui secretum, & clauso ostio quinque sensuum, ne uideri, audiri, uel laudari studeas. Vnde Lucæ primo dicitur quod Zacharias ingressus est templum domini hora incensu. In tempore enim orationis, quæ uelut incensum dirigitur in conspectu domini, debes ingredi templum tui cordis, & sic orabis patrem tuum, & pater tuus qui uidet in abscondito reddet tibi. Item in monte dignitatis transitorie ætatur de peccato multiplicis auaritiæ. Et nota quod

Matth. 6.

NON

non est tantum auaritia pecuniæ, sed etiam excellentiæ. Auari quanto magis habent tanto magis sitiunt. Et in sublimitate positi, quanto magis eleuantur, tanto magis ascendere conantur, ut lapsu grauiore ruant, quia perstant altissima uenti, & excelsis idolis immolamur. De his duobus dicitur Prou. 13. Ignis nunquā dicit sufficit. Sed quid? asser, asser. Ignis, id est auaritia pecuniæ & excellentiæ. O domine aufer aufer ista duo. Aufer a tue ecclesiæ prelati, qui de tuo patrimonio quod eis acquisisti lasciuunt, & in monte dignitatis ecclesiæ glorianur.

Sabbato ante Dominicam secundam Quadragesime, de Transfiguratione Domini, Pro secunda Dominica.

Assumpsit Iesus Petrum, Iacobum, & Ioannem, & duxit eos in montem. &c.] Vbi notabuntur quinque. Matth. 17

- 1 Apostolorum Christi in montem ascensio.
- 2 Christi transfiguratio
- 3 est Moyse & Helix apparitio
- 4 Quartum lucidæ obumbratio
- 5 Paternæ uocis de filio protestatio.

Dicamus ergo. Assumpsit Iesus Petrum, Iacobum & Ioannem. Isti tres apostoli & speciales socij Iesu Christi, tres aie nostræ significant uires, sine quibus nemo potest ascendere ad montem luminis. i. excellentiam sanctæ cōuersationis. Petrus interpretatur agnoscens, Iacobus supplator, Ioannes gratia. Assumpsit ergo Iesus &c. Assume & tu qui credis & speras salutem a Iesu, Petrum, id est tui peccati noticiam. Quod consistit plerunq; in tribus. In cordis scilicet superbia. In carnis lasciuia. In mundi auaritia. Assumpsit & Iacobum. i. supplantatorem istorum uitiorum, ut sub planta rationis conteras tui spiritus nequitiam, & superbiam, tuæ carnis mortifices lasciuia, & fallacis mundi reprimas uanitatē. Assume & Ioannem, id est domini gratiam quæ stat ad ostium & pulsat ut te illumini-

Ser. Do. S. Anto. de Pad. I nec

Reg. 10.

net ad cognoscēdū mala quæ fecisti, & te cōseruet in bo-
no qđ incepisti. Isti sunt uiri, de quibus Samuel ad Saul,
1. Reg. Cū ueneris ad quærcū Thabor, inuenient te isti
tres uiri ascēdētes ad deū in Bethel. Vnus portans tres
hædos. Alius tres tortas panis. Et alius lagœnam uini.
Quærcus Thabor, & mōs Thabor significāt sãctã uitę
excellentiã, quę bñ dicit quærcus Thabor & mōs. Quæ-
rcus, quia præstās & inflexibilis per finalem perseueran-
tiã. Mōs, quia alta & sublimis per Dei cōtēplationē. Ta-
bor, qui interpretatur lumen ueniens, per boni exem-
pli illuminationem. In sãctã uitę excellentia hæc tria
requiruntur, ut sit constans in se, contemplans ad Deū,
illuminans proximum. Cum ergo ueneris, id est uenire
uel ascendere disposueris ad quærcum uel mōtem Tha-
bor, inuenient te tres uiri ascendents in Bethel. isti sūt
Petrus, id est agnoscens. Iacobus, id est supplantator.
Ioannes, id est Dei gratia.

Petrus portans tres hædos
Iacobus tres tortas panis. Ioannes lagœnam uini.
Petrus, id est ille qui se agnoscit peccatorem, portat tres
hædos. In hædo notatur fœtor peccati. In tribus
hædis tria genera peccatorum, per quæ principaliter
peccamus. In cordis scilicet superbia, in carnis petu-
lantia, in mundi auaritia. Qui ergo uult ad montem
luminis ascendere, istos tres hædos debet portare, id
est in his tribus se peccatorem agnoscere. Qui carnis
uitia supplantat, & tres tortas panis portat, suauita-
tem mentis significat, quæ consistit in cordis humili-
tate, corporis castitate, & paupertatis amore, quam
suauitatem nemo poterit habere nisi prius uitius sup-
plantauerit. Tres ergo tortas panis, id est triplicem mē-
tis suauitatem portat qui cordis superbiam reprimat,
carnis petulantiam restringit, mundi auaritiam abij-
cit. Ioannes, ille scilicet qui gratiam domini præuenien-
te & subsequente hæc omnia fideliter & perseueranter
conseruat, uere lagœnam uini portat. Vinum in lagœna
est gratia spiritus sancti in bona uoluntate. [Assumpsit

go

go Iesus Petr. Iac. & Ioan. Assume & tu istos tres ui-
ros, & ascende in montem Thabor. Sed crede mihi
difficilis est ascensus, quia mons est excelsus. Vis ergo fa-
cillime ascendere? habeas illam scallam, de qua Gene. Vi-
dit Iacob scalam erectam super terram, & cacumen tan-
gens cœlos, angelos quoque Dei ascendentes & descen-
dentes per eam, & dominum innixum scalæ. Nota sin-
gula uerba, & erit euangelij cōcordãtia. Vidit Ecce pec-
cati notitia, de qua Bernardus. Non mihi det Deus aliã
uisionem uidere nisi peccata mea agnoscere. Iacob
idem & Iacobus interpretatiue. Ecce carnis supplan-
tatio, de quo Esau Genesi. 25. En supplantauit me altera
uice. In somnis. Ecce domini gratia quæ somnū quie-
ris & pacis inducit. Somnus sic describitur a philoso-
pho. Somnus est quies animalium uirtutum cum in-
tensione naturalium. Cum enim aliquis dormit somno
gratiæ, quiescunt in eo carnalia ab operibus suis pra-
uis, & intenduntur spiritualia. Vnde Gene. 15. Cum
sol occubisset, sopor irruit super Abraham, & hor-
ror magnus inuasit eum. Per solem hic intelligitur
carnis uoluptas, quæ cum incumbit, sopor, id est extasis
contemplationis irruit super nos, & horror magnus
inuadit nos de peccatis præteritis, & de pœnis in-
ferni. Vis audire intensionem spiritualium cum
remissione carnalium? Ego (inquit sponsa Canti.)
dormio (id est quiesco ab amore temporalium) & cor
meum uigilat, in contemplatione cœlestium. Bene er-
go dicitur. Vidit Iacob scalam, per quam potes ascen-
dere in montem Thabor. Nota quod ista scala duo ha-
bet brachia, & sex gradus, per quos patet ascensus.
Ista scala significat Christum. Duo brachia, diuinam &
humanam naturam. Sex gradus sunt ipsius humilitas,
paupertas, sapientia, patientia, misericordia, &
obedientia. Humilis fuit in nostræ naturæ susce-
ptione cum respexit humilitatem ancillæ suæ. Luc. 1
Pauper in sua natiuitate, in qua paupercula uirgo
pariens ipsum Dei filium non habuit ubi reclinarec

Gen. 22.

Can. 15.

I 2 nif

Luc. 2

nisi quia pannis eum inuoluit, & in præsepio reclinauit pecoris. Luc. Sapiens fuit in sua prædicatione, quia cepit facere & docere. Act. 1. Misericors fuit in peccatorum affabili susceptione. Nō enim (inquit) Veni uocare iustos, sed peccatores ad penitentiam. Matth. 9. Mar. 2. Patiens fuit inter flagella, alapas, & sputa. Vnde dicit per Isa. ca. 50. Posui faciem meam ut petram durissimā. Petra enim cum percutitur non repercutit, nec contra se frangentem remurmurat, Sic Christus cum maledicere tur non maledicebat, cum pateretur. & c. 1. Petri. 2. Obediens etiam fuit usque ad mortem: mortem autem crucis. Philip. 2. Hæc scala super terram stabat cum prædicationi & miraculorum operationi instabat. Cælum tangebat cum in oratione Dei (ut dicit Luc. ca. 6.) pernoctabat. Ecce scala est erecta. Quare ergo non ascenditis? Quare ergo manibus & pedibus super terram reptatis? Ascendite ergo, quia iacob uideret per scalam angelos ascendentes & descendentes. Ascendite o angeli, o prælati ecclesie, o fideles Iesu Christi, ascendite inquam ad contemplandum quam sit suavis dominus, Ascendite ad subueniendum, Ascendite ad cōsulendum quia his indiget proximus. Cur nitimini per aliā uiam quā per scalā ascendere? Vnde quæ uolueritis ascendere imminet uobis precipitiū. O stulti & tardi corde nō dico ad credendum, qui creditis, & demones etiam credunt, sed duri, & lapidei ad operandum. Cōfidentis uos posse ascendere per aliā uiam ad montem Thabor, ad requiem luminis, ad gloriam celestis beatitudinis, nisi per scalā humilitatis, paupertatis, dominicæ passionis? Vere non debetis, quia uerbum domini est. Luc. Qui uult uenire post me, abneget semetipsum & tollat crucem suam. & c. Et Hier. 3. Patrē me uocabit, & post me ingredi non cessabis. Portionē amarā ut dicit Aug. prius bibit medicus, ne abhorreat bibere egrotans Gregorius. Per amarum poculum portionis peruenitur ad gaudium sanitatis. Ut redimas animam ferrum patieris & ignes. Ascendite ergo ne timeatis, quia dominus innixus est scalæ paratus suscipere ascendentes.

Luc. 24.

Luc. 9

Reminiscere, de Transf. domini. 133

ascendentes. Assumpsit ergo Petrū, Iacobū, & Ioānem & duxit eos in montem excelsum. Sequitur.

Et transfiguratus est ante eos. Huic figuræ te quasi mollem caram exhibe, ut figuram Iesu Christi possis recipere, quæ talis fuit, Resplenduit facies eius sicut sol, uestimenta autem eius erant alba sicut nix. In hac auctoritate quatuor notantur. Facies, sol, uestimenta, & nix. Nota quod in anteriori capitis quod dicitur facies hominis, fuit tres sensus ordinatissima uia & dispositione ordinati, uisus, olfactus, & gustus. Olfactus uero quasi quædam trutina inter uisum & gustū est positus. Similiter in facie nostræ animæ sunt tres sensus spirituales summi artificis sapientia recto ordine dispositi. Vilius scilicet fidei. Olfactus discretionis. Gustus contemplationis. De uisu legitur Exodi. quod Moyse & Aaron Nadab, & Abiud, & septuaginta de senioribus Israel uiderunt dominū Israel, & sub pedibus eius opus quasi lapidis Saphirini, & quasi cælū cū serenum est. In hac auctoritate describitur oēs illi qui uident, & quid credere debeant in uideo oculo fidei. Moyse & Aaron & c. Moyse interpretatur aquaticus, & significat omnes religiosos qui aquis lachrymarum debent perfundi. Ad hoc enim sublati sunt de flumine Aegypti ut seminent in hac solitudine horribili in lachrymis, & postea in exultatione metant in terra promissionis. Aaron summus pontifex qui interpretatur montanus, omnes maiores ecclesie prælatos significat, qui in monte dignitatis sunt constituti. Nadab uero qui interpretatur spontaneus, omnes subditos qui in sponte non coacte debent obedire. Abiud qui interpretatur pater eorum, significat omnes illos qui secundum formam ecclesie matrimonio sunt coniuncti ut sint patres filiorum. Septuaginta de senioribus Israel significant omnes baptizatos, qui septiformis gratiæ spiritum in baptismo susceperunt isti omnes uident, id est credunt, et uidere, id est credere debent. Deū Israel. Et sub pedibus eius quasi opus lapidis saphirini. Ecce quid credere debent. In hoc quod domi

Exod. 24

Deut. 33

num Israel, ecce diuitas. In hoc scilicet sub pedibus eius, ecce humanitas Iesu Christi, quæ debemus credere Deum uerum & uerū hominem. De his pedibus Deuter. Qui appropinquant pedibus eius accipient de doctrina illius. Et ideo Luc. 7. Maria sedebat secus pedes eius, & audiebat uerbum illius. Sub pedibus ergo domini, id est post incarnationem Iesu Christi apparuit opus quasi lapidis Sapphirini, & quasi cælum cum serenum est. Lapis Sapphirus & cælum serenū eiusdem coloris sunt. Et notandum quod Sapphirus quatuor habet proprietates stellam in se ostendit, anthracem perimit, sereno celo est similis, sanguinem restringit. Lapis Sapphirus sanctam ecclesiam significat, quæ post Christi incarnationem incepit, & usque in finem seculi durabit. Hæc in quatuor ordines diuiditur. scilicet apostolos, martyres, confessores, & uirgines. quos per quatuor proprietates lapidis Sapphiri recte intelligimus. Sapphirus in stellam ostendit, & in hoc apostolos significat, qui stellam fidei matutinam sedentibus in tenebris & umbra mortis, primi ostēderunt. Sapphirus Anthracē (alias cātharidē) quæ est mortalis tactu suo perimit. Et in hoc significat martyres qui anthracem idolatriæ suo martyrio peremerunt. Sapphirus qui cælesti colori est similis, cōfessores significat qui omnia tēporalia reputātes tāquā stercora, fune diuini amoris in contemplatione cælestis beatitudinis se suspendunt dicentes cum Apostolo. Philip. Nostra conuersatio in cælis est. Sapphirus sanguinem restringit, in hoc significantur uirgines, quæ amore cælestis sponsi sanguinem carnalis concupiscentiæ in se omnino restrinxerunt. Hoc est admirabile opus lapidis Sapphirini, quod apparuit sub pedibus domini. Ecce aperte quod anima tua debet uidere, & oculo fidei quod debet credere. De olfactu discretionis dicitur Cantic. 7. Nasus tuus sicut turris Libani quæ respicit contra Damascum. Vbi quatuor sunt notabilia uerba scilicet nasus, turris, Libanus, & Damascus. In naso discretio, in Turre humilitas, in Libano castitas, in Da-

masco

masco diaboli malitia uel malignitas. Nasus igitur animæ, est uirtus discretionis, per quā tanquā per nasum, odorem a foetore, uirtutum a uirtute debet discernere, & res etiā longe positas, id est tērationes diaboli uenturas presentire. Vnde de uiro iusto Iob. Procul odoratur bellum exortationes ducum, & ululatum exercitus. Anima n. fidelis, Naso. i. uirtute discretionis presentit bellum carnis, & exhortationes ducum, id est suggestiones uanæ rationis, quæ per duces intelliguntur. Ne sub specie sanctitatis cadat in foueam iniquitatis. Et ululatum exercitus, id est acclamationes dæmonum, qui tanquam bestiæ ululant. Ululare proprie est bestiarum. Iste nasus sponte debet esse sicut turris Libani, id est candoris castitatis. In humilitate enim cordis & castitate corporis maxime consistit uirtus discretionis. Et bene humilitas dicitur turris castitatis, quia sicut turris defendit castrum, sic humilitas cordis defendit castitatem corporis a iaculis fornicationis. Si talis fuerit nasus sponte, bene poterit respicere cōtra Damascum, quæ interpretatur bibens sanguinem, id est diabolum, qui cupit bibere sanguinem animarum nostrarum, eiusdem subtilitatis malitiam deprehendendo. De gustu contemplationis. Psal. Gustate & uidete quoniam suavis est dominus. Gustate, id est mentis uestre gutture tenete, tenendo recogitate illius cælestis Hierusalem beatitudinem, animarum sanctarum glorificationem, angelicæ dignitatis gloriam ineffabilem, trinitatis & unitatis perennem dulcedinem, quanta etiam erit gloria choris angelorum interesse, cum ipsis indefessa uoce deum laudare, præsentem dei uultum cernere, Manna diuinitatis in aurea urna humanitatis conspiciere. Si hæc bene gustaueritis, uere uidebitis quoniam suavis est dominus. Beata illa anima cuius facies talibus insignitur sensibus & decoratur. Et nota quod olfactus quasi quædam trutinæ ponitur inter fidei uisum, & contemplationis gustum. In fide enim discretio est necessaria, ne mon-

I 4 rem

Iob. 32

Psal. 33

tem uelimus ascendere, & rubum ardentem uidere, corrigiam calciamenti soluere, idest secretum dominicæ incarnationis inuestigare. Crede tantum est satis. Non est tua facultatis soluere. Perscrutator (inquit Salomon Prover. 25) maiastatis opprimetur a gloria. Firmiter ergo credamus, & simpliciter confiteamur. In contemplatione etiam est necessaria discretio, ut non plus de sapientia saporis caelestis sapiamus quam oportet sapere. Vnde Proverborum uigesimo quinto. Fili mi inuenisti mel, (idest dulcedinem contemplationis) comede quod sufficit tibi, ne forte satiatus euomas illud. Ille mel euomit qui non contentus gratia gratis sibi data, humana ratione contemplationis dulcedinem indagare cupit, non attendens illud Gene. quod nascente Benjamin mortua est Rachel. Per Benjamin gratia contemplationis, per Rachel humana ratio designatur. Nascente ergo Benjamin moritur Rachel, quia mens humana in contemplatione super se eleuata, dum de diuinitatis lumine aliquid conspicit, omnis humana ratio succumbit. Rachelis interitus rationis est defectus. Vnde quidam. Nemo illuc humana ratione uenit quo & Paulus raptus fuit. Sic ergo olfactus discretionis quasi quædam trutina inter uisum fidei, & gustum contemplationis ponitur, ut facies animæ nostræ resplendeat sicut sol. Vnde nota quod in sole tria sunt, claritas, albedo, & calor. Et uide quam bene istæ tres proprietates tribus supradictis conueniant sensib. Claritas solis conuenit uisui fidei, que sui luminis claritate inuisibilia conspicit & credit. Albedo, idest munditia uel puritas, olfactui discretionis, & bene, quia sicut a re foetida claudimus & auertimus nasum, sic a peccati immunditia debemus discretionis uirtute declinare. Calor etiam solis gustui conuenit contemplationis, in qua uere calor amoris est. Vnde Bernardus. Impossibile quippe est summum bonum uideri & non amari. Ipse enim Deus amor est. Attendite ergo charissimi & uidete quam utile est & salubre tres socios

cios assumere, & in montem luminis ascendere, quia ibi uere est transfiguratio de figura huius mundi quæ præterit, in figuram dei quæ permanet in seculum seculi, de qua dicitur. [Facies eius resplenduit sicut sol.] Resplendeat & facies animæ nostræ sicut sol, ut quod uidemus fide, clarescat in opere, & bonum quod discernimus intus uirtute discretionis, foris exequamur in actionis puritate, & quod gustamus de dei contemplatione, calore ferueat in proximi dilectione. Et sic facies nostra resplendet ut sol. Sequitur.

Vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. ¶ Qualia fullo non potest facere super terram. Animæ nostræ uestimenta sunt huius corporis membra, hæc debent esse candida. Vnde Eccl. Omni tempore sint uestimenta tua candida. Sed quo candore? Sicut nix. Quod promittit dominus per Isa. cap. 1. Si fuerint peccata uestra rubra ut coccinum, quasi nix dealbabuntur. Nota hæc duo, coccinum & nix. Coccinum est quidam pannus qui habet colorem ignis & sanguinis. Nix est frigida & alba. In igne ardor peccati. In sanguine ipsius immunditia. In frigiditate niuis sancti spiritus gratia. In albedine, mentis munditia designatur. Dicit ergo dominus. Si fuerint peccata uestra ut coccinum &c. quasi dicat. Si ad me conuersi fueritis, ego gratiam sancti spiritus infundam, & ardorem peccati extinguet, & etiam immunditiam ipsius Abluet. Vnde ipse dicit per Ezech. Effundam super uos aquam mundam &c. Vestimenta ergo, idest membra corporis nostri sint alba sicut nix, ut & ardorem peccati extinguat frigiditas niuis, idest compunctio mentis, & peccati immunditiam abluat albedo sanctæ conuersationis. Vel uestimenta animæ nostræ sunt uirtutes, quibus induta in conspectu dei appareat gloriosa. De his uestimentis dicitur Gene. quod uestibus Esau ualde bonis quas apud se habebat, induit Iacob Rebecca, idest sapientia dei patris uestibus, idest uirtutibus bonis, quia ipsius sapientiæ manu & artificio contextis, quas apud se habet in thesauro gloriæ

Eccl. 9.

Eze. 36.

Gen. 27.

riæ suæ positas, (uere quia dat cui uult, & quando uult & quomodo uult) induit Iacob uirum iustum. Huiusmodi uestimenta sunt candida ab effectu, quia candida faciunt hominem, non dico sicut nix est, sed super niuem dealbatum. Talia uestimenta fullo, id est prædicator in fullonia suæ prædicationis non potest facere super terram. Sequitur tertium.

Et apparuerunt Moyses & Helias cum eo loquentes.] Viro iusto sic transfigurato, sic illuminato, sic induto, apparet Moyses. Per Moysen qui erat mitissimus super omnes homines qui habitabant super terram, cuius oculus

Deut. 34 (ut dicitur Deut.) Non caligauit: nec dentes eius moti sunt, patientiæ & misericordiæ mansuetudo intelligitur. Mansuetus dicitur quasi manu assuetus. Ille uere tanquam filius tanquam animal mansuetum manu diuinæ gratiæ est assuetus, cuius oculus, id est ratio non caligat fuligine odij, nec obfuscatur nubilo rancoris, cuius dentes non mouentur contra aliquem per murmurationem, nec mordent per detractionem. In Helia qui

3. Reg. 18 ut dicitur Reg. Occidit prophetas Baal ad torrentem Cison intelligitur zelus iustitiæ. Baal interpretatur superior aut deuorator, Cison duritia eorum. Ille ergo qui zelo iustitiæ feruet, prophetas & seruos superbiæ quæ semper superiora petit, utpote gulæ & luxuriæ, quæ omnia deuorant, interficit gladio prædicationis, comminationis & excommunicationis, ut uitio mortui deo uiuant. Et hoc facit in torrente Cison, id est abundantia duritiæ cordis eorum, secundum quam thesaurizant sibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei, de qua dominus Ezech. 2. Filij dura ceruice & indomabili corde sunt ad quos ego mitto te, omnis quippe domus Israel attrita fronte & dura ceruice. Ille habet attritam frontem, qui dum corripitur non solum correptionem contemnit, sed etiam de peccato non erubescit. Cui impropert Hieremias cap. 3. Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluiisti erubescere. Moyses ergo & Helias, .i. mansuetudo miæ & zelus iustitiæ cum uiro iusto in mon-

monte conuersationis sanctæ iam transfigurato debent apparere, ut tanquam Samaritanus vulneribus fauciati infundant uinum & oleum, quatinus uini austeritas olei mollitiem exacerbat, & mollities olei uini austeritatem temperet. Vñ dicitur Matth. De angelo qui apparuit in Christi resurrectione, quod aspectus eius erat sicut fulgur, uestimenta eius sicut nix. In fulgure, iudicij seueritas, in candore niuis, mansuetudinis blandities designatur. Angelus, .i. prælatus fulguris debet habere aspectum, ut propter ipsius sanctam conuersationem, mulieris, id est effeminate mentes expauescant eius intuitum. Sic fecit Hester, de qua legitur Hester. Cum rex assuerus eleuasset faciem, & ardentibus oculis furorem pectoris indicasset regina corruit, & in pallorem colore mutato lapsum super ancillam caput inclinauit. Sed prælatus sicut fecit Assuerus uirgam benignitatis auream debet porrigere, & uestimenta niuis induere, ut quos paterna corripuit austeritas, piæ mentis consoletur benignitas. Vnde dicitur. Verbera patris habes ubera matris habere. Prælatus debet esse sicut Pelicanus qui ut dicitur pullos interficit, & postea sanguinem de proprio corpore extrahit, & super mortuos effundit, & sic reuiuiscere facit. Sic prælatus filios suos, id est subditos suos quos flagello disciplinæ corripit, & gladio asperæ increpationis interficit, suo sanguine, id est mentis compunctione & lachrymarum (quæ ut dicit Augustinus, sunt sanguis animæ) effusione debet ad pœnitentiam quæ est uita animæ, reuocare. Et si hæc tria, scilicet mentis ascensio, transfiguratio, Moysi & Helix apparitio in te præcesserint, quartum consequeris, de quo subditur.

Et facta est nubes obumbrans eos.] Simile habes Exod. *Exod. 40* In fine, ubi dicitur. Postquam perfecta sunt cuncta, nubes operuit tabernaculum testimonij, & gloria domini in illo. Nota quod in tabernaculo testimonij erant quatuor, candelabrum cum septem lucernis, mensa propositionis, arca testamenti, & altare aureum. Tabernaculum testimonij, est uir iustus eo, quod militia est uita eius

Matth. 28

Hest. 18

Exod. 40

Iob. 7.

eius super terram. Ex tabernaculo solent milites armati hostes impugnare, & ab ipsis impugnari, & uir iustus in pugna constitutus, dum pugnat, impugnatur. Vnde dicitur. Ut bene tu pugnes, bene pugnens efficit hostis. Testimonij, quod habet non tantum ab ijs qui foris sunt, quorum testimonium aliquando uerum non inuenitur, sed etiam a seipso, cuius gloria est testimonium suae conscientiae non alterius linguae, ut inquit Apostolus. In tabernaculo testimonij candelabrum aureum ductile uel decidibile cum septem lucernis, est aurei cordis uiri iusti compunctio, quae multiplicibus suspirijs quasi quibusdam malleis tunditur. Huius candelabri septem sunt lucernae, tres hodi, tres tortae panis & lagena uini, quae omnia portant tres praedicti socii uiri iusti, de quibus prius. Est etiam in tabernaculo uiri iusti, mensa propositionis, per quam sanctae uitae intelligitur excellentia, super quam debent poni panes propositionis, id est refectio praedicationis, quae omnibus est proponenda. Vnde Apostolus. Graecis ac Barbaris debitor sum. Ibi etiam est arca testamenti, in qua erant manna & uirga. In arca, id est in mente uiri iusti debet esse manna mansuetudinis, ut sit Moyses. Et uirga correctionis, ut sit Helias. Est etiam altare aureum, per quod intelligitur finalis perseverantiae firmum propositum. In hoc altari quotidie offert incensum deuotae compunctionis, & thymiamata odoriferae orationis. Bene ergo dicitur. Postquam facta sunt cuncta, nubes operuit tabernaculum testimonij. Exodi. 40. Tale tabernaculum in quo cuncta quae pertinent ad perfectionem, perfecta sunt, operit nubes & implet gloria domini, de qua in hodierno euangelio dicitur. [Nubes erat obumbrans eos.] Virum enim iustum in monte luminis, id est sanctae conuersationis transfiguratum obumbrat gratia domini ab ardore mundanae prosperitatis, a pluuia concupiscentiae carnalis, a tempestate daemoniae persecutionis. Et sic audire meremur sibilum aurae tenuis, dulcedinem DEI patris.

Hic

2. Cor. 1.

Rom. 1.

Hic est filius meus &c. Vere filius Dei dignus est nominari qui tres praedictos socios assumptis, in montem ascendit, seipsum de figura mundi in figuram Dei transfigurauit, Moysen & Heliam socios habuit, & nube lucida obumbrari meruit. Rogemus ergo dominum Iesum ut dignetur &c.

Dominicae Secundae Quadragesimae.
Secundum nonnullorum ritum
de Canone.

Gressus Iesus secessit in partes Tyri & Sidonis [Matt. 15. Vbi signabuntur tria. Primo, *Egressus Iesu figuralis. Secundo, peccatoris matris curialis. Tertio, eiectionis daemoneis uirtualis. Partes patent* [Moraliter.] *Egressus Iesu, uiri poenitentis de mundi uanitate egressionem significat. De quo figura Genesis. Egressus Iacob de Bersabee pergebat Aran. Ecce concordia utriusque testamenti. [Egressus Iesus secessit in partes Tyri & Sidonis.] Et egressus (inquit Moyses in Genesi. Iacob de Bersabee, pergebat Aran. Iacob supplantator, & significat peccatorem conuersum, qui sub planta rationis conculcat sensualitatem carnis. Iste egreditur de Bersabee, qui interpretatur puteus septimus, & significat huius mundi insatiabilem cupiditatem: quae est radix omnium malorum, de quo puteo dicit Ioannes in euangelio. Ioan. 4. ubi ponit uerba Samaritanae cum Iesu loquentis. Domine neque in quo haurias habes, & puteus altus est, & subiunxit Iesus Omnis qui biberit ex aqua hac sitiet iterum. O Samaritana uere dixisti quia puteus altus est. Mundi enim cupiditas alta est, quia caret fundo sufficientiae. Et ideo omnis qui biberit ex aqua huius putei (per quam diuitias & delicias transitorias intelligimus) sitiet iterum, quia ut dicit Salomon Prover. 30. Dux sunt filiae sanguisugae dicentes, affer, affer, &*

nuda

nunquam dicunt sufficit. Item de hoc pnteo dicitur, Apo. 9. Ascendit fumus putei sicut fumus fornacis magna, & obscuratus est sol & aer. De fumo putei exierunt locustæ in terram. Fumus excecans oculos rationis ascendit de puteo mundanæ cupiditatis quæ est fornax magna Babylonis. Ex isto fumo obscuratus est sol & aer. Sol & aer religiosos significant. Sol quia debent esse puri calidi & lucidi, puri castitate, calidi charitate, lucidi paupertate. Aer, quia aerei id est contemplatiui debent esse. Sed peccatis nostris exigentibus exiuit fumus de puteo cupiditatis, & omnes iam infumauit. Vnde deplorat Hier. Threno. 4. Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus? Sol & aurum, aer & color idem significant. Splendor solis & auri est obscuratus. Aer & color mutatus est. Et uide quàm proprie dixit obscuratus & mutatus. Fumus enim cupiditatis obscurat splendorem religionis, & infumat optimum colorem celestis contemplationis, in qua facies animæ mixtim perfunditur optimo colore, candido scilicet & rubicundo, & candido, scilicet dominicæ incarnationis, rubicundo passionis, candido eburnæ castitatis candore, rubicundo ardenti desiderio cœlestis sponsi. Iste optimus color heu hodie mutatur, quia fumo cupiditatis infumatur, de quo subditur. Et de fumo putei exierunt locustæ in terram. Locustæ propter saltum quem faciunt significant omnes religiosos, qui iunctis duobus pedibus, paupertatis, & obedientiæ, debent saltare ad altitudinem uitæ æternæ. Sed prohdolor retrogrado saltu de fumo putei exierunt in terram, & ut dicitur Exod. 10. Operuerunt uniuersam superficiem terræ. Hodie non sunt nudinæ, non celebrantur curiæ seculares uel ecclesiasticæ, in quibus non inuenias monachos & religiosos. Emunt & reuendunt, ædificant & destruunt, mutant quadrata rotundis. In causis parentes prouocant, coram iudicibus litigant de necessitatibus, & legistas conducunt, testes inducunt cum ipsis parati iurare pro re transitoria, frivola, & uana. Dicite mihi o fatuit religiosi. Nunquid in

pro-

prophetis uel Christi euangelij, aut Pauli epistolis, nunquid in regula beati Benedicti, uel Augustini, istas litigationes & euagationes, & causarum pro re transitoria & peritura acclamationes & protestationes inuenistis? Bene ergo dicitur quòd ascendit fumus putei &c. Et nota quod puteus mundanæ cupiditatis dicitur septimus, & hoc duabus de causis. Vel quia sentina est & lacus septimus criminalium. Cupiditas ut dicit Apost. 1. Thim. 6. Est radix omnium malorum. Vel quia septimus dies non legitur habere uesperam, sic nec cupiditas sufficientiæ habet fundum, de hoc in felici puteo egreditur peccator penitens, de quo dicitur Egressus Iacob de Bersa. &c. [Et egressus Iesus secessit in partes Tyri & Sidonis.], Videamus quid ista tria nomina, Tyrus Sidon Aran significant. Tyrus angustia interpretatur. Sidon uenatio mortis. Aran excelsa uel indignatio. Pœnitens ergo egressus de mundi cupiditate secedit in partes Tyri, id est angustia. Et nota quòd duplex est angustia. Prima est quæ habet pro peccatis quæ commisit. Secunda quam sustinet ex triplici tempestate, diaboli mundi, & carnis. De prima Iob 6. Quod prius nolebat tangere anima mea nunc ci. &c. Pœniteni enim præ angustia contritionis quam sustinet pro peccatis, uigiliarum instantia, lachrymarum abundantia, ieiuniorum frequentia, sunt quasi quidam cibi delicatissimi, quæ prius quàm rediret ad pœnitentiam, anima, id est sensualitas eius temporalibus satiata, tangere aborrebat. Vnde Prouer. 27. Anima saturata calcabit fauum. Anima uero esuriens pro dulci sumet amarum. De secunda angustia triplicis tentationis uiri iusti dicit Isai. cap. 21. Sicut turbines ab Aphrico ueniunt, & de deserto uastitas uenit, de terra horribili uisio dura nunciata est mihi, propterea repleti sunt lumbi mei dolore, & angustia possedit me, sicut angustia parturientis. Nota omnia uerba. In turbine, diaboli suggestio. In uastitate, mundi cupiditas. In uisione dura carnis tentatio intelligitur. Turbines ergo ab Aphrico uenientes sunt diaboli suggestiones animam peniten-

pœnitentis turbantes & tribuantes. Vnde Iob. 1. Repente uentus uehemens irruit a regione deserti, & concussit quatuor angulos domus, quæ corruent: oppressit filios Iob. Ventus uehemens a regione deserti est repentina suggestio diaboli, quæ aliquando ita fortiter exprimit, prouiso irruit quæ quatuor angulos domus, id est quatuor principales uirtutes animæ uiri iusti a fundamentis excutit, & aliquando in mortale peccatum eum corruere facit, & sic filij Iob. 1. Opera uel affectus uiri iusti moriuntur. Item uastitas de deserto ueniens, est cupiditas quæ de deserto mundi bestijs pleno uenit, & paupertatis diuitias in uiro iusto pœnitente contrito uastare cupit. Vnde Iohelis. Ignis comedit speciosa deserti, & flamma succendit omnia lingua regionis. Ignis, id est cupiditas comedit, id est deuorauit, speciosa deserti, id est prelatos & ministros ecclesiæ, qui in deserto huius seculi sunt constituti, & ad societatem & decorem ipsius ecclesiæ a Deo sunt dati. Et flamma auaritiæ succendit omnia lingua regionis. Regio est religio, in quâ de regione dissimilitudinis, id est mundanæ uanitatis transplantari sunt ut afferant fructus gloriæ cœlestis. Item uisio dura de terra horribili nunciata est, id est carnis tentatio, quæ bene dicitur terra horribilis, quia cogitationibus uarijs uerbis aduersis, operibus peruersis, immunditijs & spurcitijs plurimis horrida & abominabilis. Et nota quod carnis tentatio dicitur uisio dura, eo quod principaliter in uisione oculorum consistat. Vnde Philosophus. Prima iacula luxuriæ oculi. Et ideo deplorat Hierem. Oculus meus depre-datus est animam meam. Augustinus. Impudicus oculus impudici cordis nunciatus. Et ideo deprimendi sunt oculi, ut dicit Gregor. Quia sunt quasi quidam latrunculi qui furati sunt puellam de terra Israel, id est mentem uiri iusti Deum uidentis, quæ erat in obsequio uxoris Naamam leprosi. Latrunculi sunt oculi, qui furantur puellam, id est pudicitiam & castitatem, de terra Israel, id est uiri iusti mente, Deum uidentis. Et sic faciunt seruire uxori Naamam, id est fornicationi, quæ est uxor

Naa-

Naamam leprosi, id est diaboli. Ex tali uxore leprosus diabolus multos generat filios & filias leprosas. Vel aliter. Illa tentatio carnis dicitur uisio dura, quæ in uisione somni euenire solet, & hæc dicitur pollutio carnis, quæ ualde molestat & dure molestare debet mentem iusti. Dicit ergo pœnitens qui egressus est de Bersabee, secessit in partes Tyri, id est angustia. Sicut turbines, id est suggestiones ab Aphrico, id est diabolo ueniunt, Sic uastitas, id est cupiditas omnia uastans, de deserto, id est mundo uenit. Sic etiam de terra horribili, id est carne miserabili, uisio dura tentationis nunciata est mihi. Heu domine deus in tanto turbine, in tanta uastitate, in tanta dura uisione, quo fugiendum? Quid agendum? Audi quid pœnitens subiungit. Propterea lumbi mei repleti sunt dolore angustia possedit me, sicut angustia parturientis. Isaia. 21. Pœnitenti cum uisio dura nunciatur de terra horribili, lumbi eius replentur dolore, non delectatione. Vnde dicit cum Propheta. Psalm. 25. Vere renes meos & cor meum. Et angustia possedit me. Vere iste pœnitens secessit in partes Tyri & Sidonis, qui dicebat, Angustia possedit me. Qualis angustiam? Sicut angustia parturientis, quæ omnes alias excedit. Sic non est angustia super angustiam uiri in tentatione positi. Vnde Exod. primo. Oderant Aegyptij filios Israel, & affligebant illudentes & inuidentes eis, atque ad amaritudinem perducebant uitam eorum. Aegyptij sunt demones, iniqui peccatores, & motus carnales. Isti omnes odiunt filios Israel id est uiros iustos. demones affligunt, iniqui peccatores, eis illudunt motus carnales ad amaritudinem uitam eorum perducunt. Sequitur dicto loco Isaia. 21. Corruui ut audirem, conturbatus sum cum uiderem. Emarcuit cor meum, tenebræ stupefecerunt me. Redde singula singulis. Dicit pœnitens, Cum audirem turbines ab Aphrico uenientes, statim corruui in terram super faciem meam, obsecrans dominum ne me permitteret ab isto turbine aspor-

Ser. Do. S. Anto. de Pad

K

tari.

rari. Vir iustus cum audit diaboli suggestiones statim debet corruere in oratione, quia hoc genus dæmoniorum non eiicitur nisi per orationem & ieiunium Matth. Cōturbatus sum cum uiderē, uastationem cupiditatis mundanæ uenientem. Et bene dicit, Conturbatus sum. Viro enim iusto cum aliqua temporalium cupiditas uult arri dere: ipse statim debet habere conturbatum animum & uultum ne eis arrideat. Et emarcuit cor meum ab hu more luxuriæ: tenebræ, mortis æternæ, stupefecerunt mecum de terra horribili uisio dura nunciata est mihi. Sicut enim clauus clauum eiicit, sic timor gehennæ delectationem luxuriæ. Tenebræ mortis æternæ stupefecerunt me. Bene ergo dicit de uiro pœnitente. Egressus de Bersabee, secessit in partes Tyri & Sidonis, & pergit Aran. Et Vide quam bene Tyrus & Aran, id est angustia & excelsa concordant, quia qui uult ad excelsa pergere, hoc non potest sine angustia facere. Sic pœnitens qui ad uitæ æternæ plenitudinem uult ascendere primum oportet eum per Tyrum transire. Ideo Lucæ. Nonne oportuit pati Christum (Ecce Tyrus.) & ita intrare in gloriam, suam? Ecce Aran. Quid igitur faciemus pœnitenti de puteo mundanæ cupiditatis egredienti, & ad excelsa beatitudinis cælestis tendenti? Mons est excelsus, difficilimus ascensu, & angustia plenus. Ne ergo deficiat in uia, fabricemus ei scalam per quam suauiter possit ascendere, de qua Genesis. 23. Vidit Iacob scalam &c. Nota quod hæc scala habet duo brachia, & sex gradus per quos fit ascensus. Hæc scala est pœnitentis satisfactio, de qua Apostolus. 1. Tessal. 4. Hæc est uoluntas Dei, sanctificatio uestra. &c. Huius scalæ brachia sunt contritio & confessio. Sex gradus sunt sex uirtutes, de quibus dominus Ezechie. 4. Et tu fili hominis sume tibi frumentum, quod morietur cum in terram proijcitur: in quo nostræ uoluntatis mortificatio, lentem, quæ est minima & parui ualoris, in qua consideratio nostræ infirmitatis. Milium quod

Luc. 24.

quod frequēti indiget cura: in quo exercitium uitæ acti uæ. Hordeum quod tenacem habet paleam: in quo rigor disciplinæ. Fabam, quæ est cibus abstinentiū in qua uirtus abstinentiæ. Item uiciam, quæ in altum tendit, in qua cōtēplatio cælestis gloriæ designatur. Ista ergo sumamus & mittamus in uas nostrum, & faciamus panes ut possimus secedere in partes Tyri. Sequitur. Et Sidonis quæ interpretatur uenatio mœroris. Nota quod uenator qui bonam habet facere uenationem, quinque debet habere. Cornu sonorum, canem animosum & uelocem, iaculum amentatum seu limatum & acutum, pharetram cum saggittis, & arcum. Cornu ut personet. Canem ut capiat. Iaculum ut interficiat. Sagittas & arcum ut bestias quas comminus iaculis non potest interficere, eminus sagittis feriat. Venator est pœnitens, cui loquitur pater in historia Genē. Tolle arma tua pharetrā & arcum & affer mihi de uenatione tua ut comedā, & benedicat tibi anima mea. Arma pœnitentis sunt pharetra & arcus. Saggittæ in pharetra sunt punctiones & dolores contritionis in corde, de quibus Iob. Sagittæ domini in me sunt, quare indignatio ebibit, id est cōsumit spiritum meum, & terrores domini militant contra me. Sagittæ domini sunt cordis conpunctiones quibus misericorditer uulnerat cor peccatoris ut contra seipsum de peccato indignans spiritum superbiæ humiliet. Et hoc est quod subiūgitur. Quare indignatio ebibit, id est consumit spiritum meum. i. superbiā meā. In arcu notatur cōfessio. Vnde dominus Gen. Ponam arcum meū in nubibus cæli: & erit signum fœderis inter me & inter terram, id est inter Deum & peccatorem, qui est terra. Cui dictū est Ge. 3. Donec reuertaris in terrā de qua sūptus es, quia puluis es, & in puluere reuerteris, quod est Terra es & in terram ibis. Ponitur arcus confessionis, qui est signum fœderis pacis & reconciliationis. Et uide quam proprie arcus confessionem significet. Nota in arcu confessionis sunt quatuor, duo scilicet cornua flexibilia, medium durum & inflexibile, & chorda mol

Gen. 27.

Iob. 6.

Gen. 9.

Ps. 119.

mollis, per quam ipsa cornua flectuntur. Similiter in confessione debent esse quatuor. Duo cornua confessionis, sunt dolor de peccatis præteritis, & timor de pœnis æternis. Medium durum & inflexibile, est firmum propositum quod debet habere pœnitens ne ultra reuertatur ad uomitum. Chorda mollis est spes ueniæ, quæ uere illa duo cornua, doloris, & timoris a sua rigiditate flecti, Ex tali arcu emittuntur sagittæ potentis acutæ. Psal. Venator id est pœnitens debet habere cornu sonorum, canem, & iaculum. In cornu clamor nudæ accusationis. In cane latratus conscientiæ mordacis. In iaculo uindicta propriæ animaduersionis uel satisfactionis notatur. Debet ergo cum arcu confessionis habere cornu nudæ accusationis, & canem conscientiæ mordacis, ne aliquid de peccato uel circumstantia peccati intactum permittat pertransire. Debet etiam habere iaculum animaduersionis, indignationis, & satisfactionis, ut seipsum feriat, sibi ipsi indignetur, pro peccatis suis satisfaciat, ut quot in se habuit oblectamenta, tot de se inueniat holocausta. Hæc est bona uenatio, de qua pater filio ait dicto loco Genesis. 27. Affer mihi de uenatione tua ut comedam & benedicat tibi anima mea. De hac uenatione egressus Iesus secessit in partes Tyri & Sidonis, Sequitur secundum.

Et ecce mulier Chananea a finibus illis egressa clamauit, dicens ei, Miserere mei domine, filii David. Nota quod mulier Chananea tunc exit tunc preces pro filia fundit, cum Iesus in partes Tyri & Sidonis secedit. Quia cum peccator de mundi & suæ carnis insatiabilis uoragine, egreditur, & in partes Tyri, id est angustiarum, quam habet in contritione, & Sidonis, id est uenationis, quæ debet habere in confessione, secedit. Tunc mulier Chananea, id est peccatrix anima, iniquitatem suam quæ prius commisit recognoscens incipit clamare, dicens. Miserere mei domine filii David. Hæc debet esse propria oratio animæ pœnitentis, quæ exemplo Dauid (qui post adulterium, homicidium, ueram egit pœnitentiam) ad pœnitentiam conuertitur.

uertitur. Dicit ergo, Miserere mei filii David. Ac si dicat. O domine ideo de familia & tribu Dauid accepisti carnem, ut peccatoribus conuersis, qui exemplo Dauid de misericordia tua sperant, & pœnitentiam agunt, remissionis gratiam infunderes, & manuum tuarum misericordiarum porrigeres. Miserere ergo mei domine fili Dauid. Qui non respondit ei uerbum. O diuini consilij arcanum. O æternæ sapientiæ inscrutabile profundum. Verbum quod in principio erat apud patrem, per quod facta sunt omnia, non respondet mulieri Chananeæ, id est pœnitenti animæ, uerbum. Verbum quod linguas infantium facit disertis, quod dat os & sapientiam, non respondet uerbum. O patris uerbum omnia creans & recreans, omnia gubernans & sustentans, mihi miserere mulieri pœnitenti, mihi unicum saltem responde uerbum. Et probō auctoritate tui prophete Isaiæ, quod debes respondere. Sic enim pater misericordiam peccatoribus per Christum promittit, dicens. Isa. 55. Verbum quod egreditur de ore meo, non reuertetur ad me uacuum, sed faciet quæcunque uolui, & prosperabitur in ijs ad quæ misi illud. Et quid pater uoluit? Utique ut pœnitentem susciperes, ut uerbum tuæ misericordiarum responderes. Nonne tu dixisti Ioan. 4. Meus cibus est ut faciam uoluntatem eius qui misit me? Miserere ergo mei filii Dauid. Responde uerbum, O patris uerbum. Item probō auctoritate tui prophete Zachariæ, quod debes respondere & misereri. Sic enim de te prophetauit. ca. 13. In die illa erit fons patris domui Dauid in ablutionem peccatoris & menstruatæ. O fons pietatis & misericordiarum, qui natus fuisti de terra benedicta, uirgine scilicet Maria, quæ fuit de domo Dauid & familia, abluet sordes peccatoris & menstruatæ. Miserere ergo mei fili Dauid, filia mea male a dæmonio uexatur. Queritur quare uerbum non respondit? Certe ut ad maioris doloris stimulum, & maiorem compunctionem exciter pœnitentis animum. Vnde loquens de ipso spōsa. Cāt.

5. dicitur. Quæsiui illū & non inueni, uocaui, & non respondit mihi. Et similiter ista Chananea quo dolore doleat, apertius uideamus. Filia (inquit) mea male a dæmonio uexatur. de qua uexatione habes concordantiam

Gen. 34.

Gen. Egressa Dina filia Lyæ ut uideret mulieres regionis illius. Quam cum uidisset Sichem filius Emor Euei princeps terræ illius, adamauit ea & rapuit. Nota historiam. Ecce quomodo filia mea a dæmonio uexatur. Lyæ interpretatur laboriosa. Dina causa uel iudicium. Lyæ

Psal. 6.

est anima penitentis, quæ penitentia operibus insistens laborat, dicens cum Propheta Psal. Laboraui in gemitu meo. & c. Hæc est mulier Chananea, quæ interpretatur negociatrix. Negociatio animæ penitentis est mundum contemnere, carnem affligere, peccata præterita deffere, & iterum flenda non committere. Huius Chananeæ siue Lyæ filia est mēs uel ipsius hominis conscientia, quæ bene dicitur Dina, idest causa uel iudicium, quia causas peccatorum suorum debet uentilare uel proponere coram iudice, idest sacerdote & iudicium & sententiam ab ipso datam libenter sustinere. Et nota quod in hoc loco per mentem uel hominis conscientiam nihil aliud intelligo quam ipsius animam penitentis. Multoties diuersæ personæ in sacra pagina unū & idē repræsentant, utpote in hoc loco, Mulier Chananea & eius filia, unius penitentis animam moraliter significant. De hac ergo dicitur Egressa Dina ut uideret mulieres regionis illius Mulieres regionis illius, temporalium pulchritudinem, abundantiam, uanitatem, & uoluptatem huius mundi significant, quæ ideo dicuntur mulieres, quia emolliunt & effœminant mentes hominum.

3. Reg. 11

Vnde dicitur. Reg. quod mulieres auerterunt cor Salomonis. Pulchritudo enim & abundantia temporalis infatuat cor sapientis. Ad has mulieres uidendas infelix anima tunc egreditur, cum in temporalium abundantia & pulchritudine delectatur, & sic infelici euenit quod sequitur. Quam cum uidisset Sichem filius Emor & c. Sichem labor, Emor asinus, Eueus ferus uel pessimus interpretatur.

interpretatur. Sichem, idest diabolus, qui semper laborat ut inique agat. Circuiui inquit (Iob. 1. & 2.) terram & perambulauit eam. Hic filius Emor Euei dicitur quia stoliditate & ferocitate superbiæ, de angelo diabolus, de filio gloriæ factus est filius mortis æternæ. Hic dicitur princeps terræ, idest illorum qui terrena sapiunt. Princeps (inquit dominus. Ioan. 12. mundi huius ei jcietur foras. Iste dum infelicem animam quæ causam & iudicium pro peccatis suis debere portare, per temporalium uanitates euagari conspicit, tacit ei quod sequitur. Adamauit eam & rapuit & dormiuit cum illa, ui opprimens uirginem, & conglutinata est anima eius cum ea. Nota singula uerba. Diabolus animam adamat cum ei peccatum suggerit. Rapit, cum ipsa anima suggestioni mente consentit. Dormit cum illa, & uirginitate priuat, cum præmeditata malitiam ad extra in opus producit. Anima eius conglutinatur cum ea, cum malæ consuetudinis glutino captiua & ligata tenetur. Ecce quam male filia mea a dæmonio uexatur. Miserere ergo mei domine fili David, quia filia mea male a dæmonio, a Sichem filio Em. Eue uexatur. Et dominus eius misericors est cuius misericordiam non est numerus. Filiam quæ a dæmonio uexabatur, misericorditer liberauit. Vnde & sequitur in eadem historia. Gene. Arreptis duo Iacob filii Simeon & Leui fratres Dinæ gladiis suis ingressi sunt urbem confidente, interfectisque omnibus masculis Emor & Sichem pariter necauerunt, tollentes Dinam de domo Sichem sororem suam. Simeon qui interpretatur audiens tristitiam, significat cordis contritionem. Leui interpretatur additio, & significat oris confessionem, quæ debet addi cordis contritioni. Hi duo filii Iacob. i. penitentis, & fratres Dinæ. i. ipsius animæ, debent accipere gladios diuini amoris & timoris, & interficere diabolum & ipsius superbiam & omnia quæ ad ipsum pertinent. i. peccatum & circumstantias peccati. Et sic sororem suam animam in domo diaboli captiua & malæ consuetudinis cathena ligatam poterunt liberare. Rogemus ergo dominum & c.

Gen. 34.

Dominica Tertia in Quadragesima.
De fructibus peccati, quos dia-
bolus in suis operatur.

LUC. II.



*E*rat Iesus eiiciens dæmonium, & illud erat mu-
tum.] Et cum eiecisset dæmonium, locu-
tus est mutus. Luc. Vbi quatuor signan-
da sunt miracula. Dæmonium expellitur.
Cæcus intuetur. Mutus loquitur. Surdo
auditus redditur. Notentur inquam in hoc euangelio
quatuor. Primum dæmonis expulsio uirtuosa, ibi. [Erat
Iesus eiiciens dæmonium.] Secundum, dæmonis contra tu-
stos tentatio cautelosa, ibi. [Ambulat per loca iniquosa.]
Tertium, mentis tepida uel languida defectio uitio-
sa, quia [rediens inuenit scopis mundatam.] Quartum, pec-
ti recidiuatio dolorosa, quia [assumit septem alios spiritus ma-
quiores, se &c.]

*Erat Iesus eiiciens dæmonium.] Qualiter dominus in
sancta ecclesia ista quatuor quotidie operetur, & quod-
libet istorum quid moraliter significet uideamus. Ex
cum hoc historiam de Ioseph, quæ in quatuor partes di-
uiditur, secundum quatuor prædicta. In prima parte a-
gitur de ipsius Ioseph ueditione, in secunda, de ipsius in
carceratione. In tertia, de septem uaccis, septem spicis,
& septem annorum fame. In quarta, de totius Aegypti
per ipsum Ioseph liberatione. Quo ad primū diligenter
attende, quod sicut iste dæmoniacus in tribus sensibus prin-
cipalioribus & cæteris nobilioribus amisit uirtutē natu-
ralem scilicet uiuendi, audiendi, loquendi. Sic peccator
quia diabolo per mortale peccatum possidetur, in tri-
bus animæ suæ sensibus cæteris principalioribus & no-
bilioribus, uidendi, loquendi, & audiendi, amittit uirtu-
tē spiritualem. Et nota quod in uisu cognitio, in loquela cō-
fessio, in auditu obediētia designatur. Ille clare uidet qui
malitiā suā cognoscit. Ille recte loquitur, qui malitiā co-
gnitam*

gnitam nude & aperte confitetur. Ille acutē audit qui
uoci sui confessoris uoluntarie obedit. De his tribus con-
corda primam partem historiarum Dominicæ præsentis ex
Genesis. Vbi dicitur quod Ioseph missus de ualle He-
bron uenit in Sichen, & de Sichen in Dothaim. Ioseph
accrescēs, Hebron uisio, Siche labor, Dothaim defectus
interpretatur, Ioseph est pœnitens, qui tantum accrescit
in conspectu dei, quantum decrescit in conspectu suo.
Vnde Sauli primi Regum uigesimo quinto dicit domi-
nus. Cum esses paruulus in oculis tuis, caput te consti-
tui in tribus Israel. In ualle Hebrō, idest uisionis, pec-
cati cognitio. In Sichen, confessionis labor. In Dotha-
im, propriæ uoluntatis defectio designatur. Pœnitens er-
go missus de ualle Hebron uenit in Sichen. Vallis He-
bron quæ interpretatur uisio, est peccati cognitio. Vn-
de Hieremiæ tertio. Vide uias tuas in conualle, idest in
duplici humilitate, interiori & exteriori. Vide, idest co-
gnosce, uias tuas, idest peccata tua, quibus quasi qui-
busdam uis tendis ad infernum, de quibus Psal. Cogi-
taui uias meas, & cōverti pedes meos in testimonia tua.
Item Hieremiæ secundo. Scito, & uide, (idest cogno-
sce) quia malum & amarum est te reliquisse dominum
tuum. Et illud Hieremiæ, Leua oculos tuos in dire-
ctum, & uide ubi nunc prostrata sis. Heu quam pau-
ci sunt qui in directum leuant oculos. Omnes fere in
obliquum ueluti strabi respiciunt. Ille proculdubio in
directum oculos leuat, qui suam iniquitatem prouē
commisit cognoscit, & sicut se habuit, ad punctum, &
ad unguem directe confitetur. Leua ergo oculos
tuos in directum, non in obliquum, non uerecunderis,
non timeas. Hæc enim duo solent impedire directio-
nem oculorum. Dicunt esse quandam auem, quæ si
recto & directo oculorum intuitu aspexerit in-
firmi faciem, liberabitur infirmus. Si uero ab
ipsius infirmi facie, auis oculorum suorum in-
uitum auerterit, uel in obliquam partem aspe-
xerit, infirmus omnino non liberabitur. Sic pecca-
tor

Gen. 37.

Psa. 118.

Hier. 4.

tor

tor si oculos suos in directum leuauerit, & peccata sua uiderit & cognouerit: crede mihi quia uita uiuet & non morietur. Si uero in obliquum aspexerit, id est simulatorie uel palliate peccata sua confessus fuerit, signum & indicium est æternæ damnationis. Leua ergo oculos tuos in directum & uide (id est cognosce) ubi, in qua miseria uiuas. Quæ ante eras domina gentium, id est uitiorum princeps prouinciarum, id est quinque sæsum ubi prostrata sis, quia facta es sub tributo diaboli & peccati. Bonum ergo est habitare in ualle Hebron, Videre & cognoscere prius culpam & iniquitatem nostram, et post uenire in Sichen, quæ interpretatur labor, id est in confessionem, in qua uere est labor & dolor. Vnde Mich. 10. Dole & satage filia Sion quasi parturiens. O filia, anima quæ es & debes esse filia Sion, id est cœlestis Hierusalem: dole in contritione, & satage, id est satis age, quasi parturiens, in confessione. Et bene dicitur Quasi parturiens. Sicut enim parturiens laborat & dolet, sic peccator laborare & dolere debet in confessione, ut sit sicut cerua, quæ cum labore & dolore parturit. Vnde Iob. Ceruæ incuruantur ad foetum & pariunt, & emittunt rugitus. Ceruæ sunt pœnitentes, qui coram sacerdote debent se incuruare & humiliare, & peccata sua parere, & rugitus amarissimos emittere. Sed heu, quanti sunt hodie qui non sicut ceruæ, sed sicut equæ pariunt. Dicitur in naturalibus quod equæ non dolent cum pariunt, & propter fumum luminis candelæ seu lucernæ extincti abortum faciunt. Sic quidam peccatores sua peccata confitentur, sine labore & dolore peccata parturiunt. Sed mulier cum parit, tristitiam debet, dicit dominus. Ioan. 16. Et quando in talibus extinctum est lumen gratiæ, fumante concupiscentia abortum faciunt, id est peccatum pariunt. Vnde Iacobus. cap. 1. Concupiscentia cum cõceperit, parit peccatum, peccatum uero cum cõsummatum fuerit, generat mortem. Audi quomodo iste sanctus Iob qui interpretatur dolens, de ualle Hebron uenerat in Sichen. Ait enim Ergo non parcam ori meo, loquar

Iob. 39.

loquar in tribulatione spiritus mei, confabulabor cū amaritudine animæ meæ. Ecce breuis & per utilis forma confessionis. Ille ori suo non parcit, qui nude & aperte peccatum & circumstantias peccati confiteretur. In tribulatione spiritus sui loquitur, qui corde contrito & spiritu contribulato seipsum accusat, sibi ipsi imputat, se se iudicat. Cum amaritudine animæ suæ confabulatur, qui nihil sibi reseruat, sed iterum atque iterum dolorem suum innouat. Se totum arbitrio sacerdotis exponens dicit cum Saulo, qui nūc Paulus Domine quid me uis facere? Vnde & bene subditur. Et de Sichen uenit in Dothaim, quæ interpretatur defectus. Pœnitens enim a seipso debet deficere, & præceptis sui cõfessoris, & sui maioris uoluntati obedire dicens cum Samuele. Loquere domine, quia audit seruus tuus. 1. Reg. 3. Ecce aperte habes, quid uidere, quid loqui, & quid audire debeat pœnitens. Sed quia omne quod dicitur, melius per sui contrarium cognoscimus, ideo de oppositis his tribus quæ diximus, uideamus. [Erat Iesus eiciens dæmon: & c.] Istud dæmonium est illa fera pessima quæ (ut dicitur in hac historia) comedit Iacob. Bestia deuorauit Ioseph. Qualiter bestia deuorauit Ioseph, uideamus. Dicitur est superius quod dæmonium dæmoniaco illi tria mala intulerat, lumen abstulerat, uoce, & auditu priuauerat. Sic peccatori in mortali peccato existenti, lumen aufert, ne peccata sua agnoscat. Voce priuat, ne illa in confessione aperiat. Aures obturat, ne uocem incantantis sapienter audiat. De his tribus habet concordantiam in eadem historia Gen. In qua subditur Confestim igitur cum peruenit Ioseph ad fratres nudauerunt eum tunica talari & polymita miseruntque in cisternam, quæ non habebat aquam, & extrahentes eum de cisterna, uendiderunt Ismaelitis negociatoribus, qui & duxerunt eum in Aegyptum. Nota tria ista, nudauerunt eum tunica, miserunt eum in cisternam, & uendiderunt. In tunica talari & polymita designatur peccati notitia. Vnde dicitur in Euangelio Ioannes circa finem, quod Petrus succinxit se tunica

act. 10.

Gen. 37.

nica. Erat enim nudus, & misit se in mare. Vere Petrus tunc nudus fuit, quando ad uocem ancillæ Christum negauit, sed tunica succinxit se cum trinae negationis culpam cognouit, & tunc uere fuit Petrus, id est agnoscens, & sic se misit in mare, id est amaritudinem lachrymarum. Vnde Luca. 22. Recordatus Petrus uerbi quod dixit Iesus, Prius quam Gallus canter ter me negabis, egressus foras fleuit amare. Sic peccator debet se succingere, id est iniquitatem suam cognoscere, & in mare, id est contritionis amaritudinem se mittere. Sed multi sunt hodie qui tunica se succingunt, culpam suam cognoscunt, sed in mare nolunt se mittere: quia penitentiam pro peccatis suis agere renuunt. Et nota quod hæc tunica dicitur talaris & polymita. Animæ nostræ tunica, id est peccati notitia, debet esse talaris, id est finalis. Cum enim per totam uitam nostram peccata nostra debeamus quotidie cognoscere & cognita de flere, in fine tamen uitæ nostræ debemus ipsa potius diligentius & deuotius cognoscere, & omnia tam particulariter quam uniuersaliter confiteri. Tunc enim debemus facere sicut facit Cygnus qui quando moritur, cantando moritur, & hoc dicunt contingere propter quandam plumam quam habet in gutture, sed tamen ille cantus dolorosus est ei. Cygnus albus est peccator ad penitentiam conuersus super niuem dealbatus, hic in articulo suæ mortis deuote debet cantare, id est peccata sua in amaritudine animæ suæ recogitare. Pluma in gutture, est peccati notitia, & confessio in iusti ore, ex quo debet procedere cantus dolorosus, qui tunc est ualde fructuosus. Et sic hæc tunica erit polymita, id est uarietate uirtutum decorata. Omnis enim laus in fine canitur. Sed heu hæc præciosissima tunica dæmones denudant Ioseph, cum infelicis animæ oculos excæcant, & ei sui iniquitatis notitiam auferunt, ne nuditatis suæ uerecundiam & ignominiam uideat & agnoscat. Sequitur. Miserunt que

que eum in cisternam ueterem quæ non habebat aquam. Cisterna uetus sine aqua est mens peccatoris dierum malorum inueterata, in qua non est aqua confessionis, nec lachryma compunctionis & deuotionis. In cisterna obstinationis a dæmonibus recluditur ne egredi ualeat in lucem confessionis. Vnde dicitur. Reg. quod Nabuchodonosor oculos Sedechie Regis effodit, uinxitque eum cathenis & duxit in Babylonem. Sic diabolus prius eruit oculos pectoris, ne suam iniquitatem cognoscat, & postea ligat cathenis malæ consuetudinis, & ponit in carcerem obstinationis, ne exire ualeat in lucem confessionis. Sequitur tertium. Vendiderunt Ismaelitis &c. Peccator uenditur, & in ægyptum ducitur cum prædicationi ecclesiæ se subtrahit, & consiliis bonorum non acquiescit, & uocem sapientis incantantis ne audiat aurem claudit. Vere iste est dæmoniacus a diabolo possessus, quia non uidet suæ iniquitatis culpam, non loquitur in confessione, non audit uitæ æternæ doctrinam. Sed quid fecit pius & benignus Iesus dicit Lucas. [Erat Iesus eiciens dæmonium, &c.] Iesus a peccatoribus eiecit dæmonium, cum suæ dilectionis imprimat titulum, & suæ passionis in peccatorum cordibus ponit signaculum. Vnde Paulus in hodierna epistola. Eph. Estote imitatores Dei sicut filii charissimi, & ambulate in dilectione sicut, & Christus dilexit nos &c. Vbi duo, Christi scilicet dilectio & passio, quæ duo omne dæmonium extricant. Propter nimiam charitatem qua dilexit nos Deus, tradidit semetipsum pro nobis, obtulit hostiam in odorem suauitatis. Huiusmodi sacrificium uespertinum, id est passionis Iesu Christi omne eiecit dæmonium. Vnde Tob. dicit quod Tobias protulit de cassidili suo partem iecoris, & posuit eam super carbones uiuos. Tunc Raphael angelus apprehendit dæmonium, & religauit illud in deserto superioris ægypti. In iecore quo amamus, significatur Christi dilectio. In carbonibus uiuis, eiusdem passionis dolor, & afflictio

4. Reg. 5

Eph. 5.

Tob. 8.

fiſtio. Ponamus ergo partem iecoris etſi non totum iecur ſuper carbones uiuos. Recogitemus qualiter Dei fili-
 lius, amor noſter, & (ut ita dicam) iecur noſtrum ſola
 dilectione pro nobis ſuper carbones uiuos, id eſt crucē,
 & acutiſſimos clauos fuit aſſatus in odorem ſuauitatis.
 Credite mihi fratres, quia iſte odor ſuauitatis, iſta me-
 moria dominicæ paſſionis, omne eijcit dæmonium. Et
 ſi hæc fecerimus, tunc Raphael qui interpretatur medi-
 cina, id eſt ipſe Chriſtus qui eſt medicina noſtra, & ma-
 gni conſilij angelus, apprehendet diabolum, & religa-
 bit in deſerto ſuperioris ægypti, ne amplius nobis nocere
 poſſit. Bene dicitur ergo. [*Erat Ieſus eijciens dæmonium,
 & cum eieciſſet dæmonium, locutus eſt mutus.*] Iſte homo ui-
 dit, locutus fuit, & audiuit, & admiratæ ſunt turbæ. Nec
 mirum, quia ceſſante cauſa ceſſat effectus. Eiecto dæmo-
 nio mortalis peccati a corde peccatoris, ſtatim incipit
 uidere, id eſt cognoscere, loqui, id eſt confiteri, audire,
 id eſt obedire. Vnde Apoſto. in epiſtola Ephe. 5. Eratis
 aliquando tenebræ, nūc autem lux in domino. Nota iſta
 tria uerba. In omni bonitate. Ecce notitia, ſine qua nul-
 lus ad bonitatem poteſt peruenire, de qua Pſalm. 50.
 Iniquitatem meam ego cognoſco &c. Tibi ſoli pecca-
 ui &c. Et iuſtitia. Ecce peccati confeſſio. Quæ maior iu-
 ſtitia quam ſeipſum accuſare? Et ueritate. Ecce obedi-
 entia, quæ eſt præceptis ueritatis, id eſt Ieſu Chriſti, &
 ipſius uicarij, uoluntarie obedire. Sequitur ſecundum
 principale.

Ephes. 5.

1. Reg. 17

*Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt om-
 nia quæ poſſi let.*] Iſtam ſecundam partem allegorice, de
 inde moraliter exponamus. Fortis armatus eſt diabolum.
 Vnde de ipſo & eius armatura dicitur. 1. Reg. 17. Egref-
 ſus eſt uir ſpurius de caſtris philistinorum nomine Go-
 liath, altitudine ſex cubitorū, & palmo, & caſſis ærea ſu-
 per caput eius, & lorica hamata induebat &c. uide ibidē
 Goliath interpretat transmigrationem, uel transfigurationem & ſi-
 gnificat diabolum, qui ſe de uirtutibus ad uicia, de gaudio
 transfigurauit ad pœnam, qui ſe quotidie in angelum lu-
 cis

cis transfiguratur, ut hominem decipiat. Et eſt de Geth,
 quod interpretatur torcular. Diabolum enim homines
 in preſſuris tribulationum præmit, ſicut præmitur uua
 in torculari, ut boni quaſi uinum in æternæ uitæ cella-
 ria reponantur. Mali uero tanquam acetum in ſterqui-
 linium æternæ damnationis projiciuntur. Hic egredi-
 tur de caſtris philistinorum, qui interpretantur potio-
 ne cadentes. Et ſignificant peccatores, qui amore mun-
 di inebriati, a gratia Dei cadunt in culpam, & a culpa
 poſtea ruunt in gehennam. In iſtorum caſtris moratur
 diabolum. Hoſpitiū enim diaboli eſt cor hominis pra-
 uū. Vnde Glo. ſuper illud Abach. Pro iniquitate uidi tēra
 toria æthiopiæ. Qui diuitijs laborat & honoribus, fiunt
 hoſpitiū dæmonū, q̄ debuerant eſſe Deitēplū. Goliath.
 Spurius fuit. Spurius d̄ ille q̄ partim eſt nobilis, & par-
 tim ignobilis. Sic diabolum nobilis eſt creatione ignobilis
 quo ad uicia. Hic d̄ fuiſſe altitudine ſex cubitorū & pal-
 mo. Legitur Ezech. Quod uir cuius erat ſpecies quaſi ſpe-
 cies æris, habebat calami menſuram in manu, menſura
 uit templum, & calamus ille erat ſex cubitorum & pal-
 mo. Ecce qualis fuit menſura templi, talis & menſura
 Goliath. Menſura templi conſiſtit in diuerſitate graduum
 in eccleſia. Et contra hos habet diabolum menſuram
 ſuam. Per ſex cubitos intelliguntur ſex opera miſericor-
 diæ, ſcilicet opera uitæ actiuæ. Per palmum, contempla-
 tiuæ, quæ uix præguſtatur in hac uita. Et ita bene pal-
 mus. Et diabolum extendit ſe contra actiuos & contem-
 platiuos. Sequitur, Caſſis ærea ſuper caput eius. Nota q̄
 omnia arma Goliath fuerūt ærea, & ſic arma diaboli. Ar-
 ma diaboli ſunt illi qui defendunt diabolum ne in ma-
 lis interficiatur. Sunt ærea, quia fortes ad defendendum
 partem eius. Vnde Iob. Oſſa eius ueluti fiſtulæ æris,
 quia habent ſonum tantum, & non ſenſum. Sicut fiſtulæ
 uerba dicunt, ſed nulla bona faciunt. Et ſicut æs ad ta-
 ſum reſonat, ſic iſti ad iſtum increpationis remurm-
 rant. Sicut autem oſſa carnē ſuſtentant, ſic oſſa diaboli
 ſunt illi qui alios in malo ſupportant. Hi ſunt uelut fiſtu-
 læ

Abac. 3.

Ezech. 40

Iob. 40.

1æ, quia sonum tantum habent, ut supra. Et lorica hama
 ra induebatur, ita quod squama squamæ conferta erat.
 Lorica diaboli sunt mali inseparabiliter ei connexi. Vñ
 Iob. 41. Corpus eius quasi scuta fusilia, compactum squa-
 minis se præmentibus. Vna uni coniungitur, & ne qui-
 dem spiraculum incedit per eas. Vna alteri adhærebit,
 & tenentes se nequaquam separabuntur. Squamæ dia-
 boli sunt defensores eius, qui se præmunt, quia unus de
 defendit alium, quia magna inter molles concordia. Ita
 enim sunt compacti & connexi, nec spiraculum diui-
 næ gratiæ nec prædicationis dominicæ per eos potest
 incedere. Et sicut complices sunt hic in malo, ita com-
 munitè æterna participabunt supplicia. Et Ocreas ha-
 bebat æreas in crucibus. Ocreæ sunt excusationes luxu-
 riæ. Luxuriosus enim quasi quibusdam ocreis femora
 protegit, dum luxuriæ culpam ad maiorem suæ damna-
 tionis cumulum defendit. Vnde Iob. Protegunt umbra
 Iob. 40. umbram eius, id est luxuriosi nigri & obscuri protegunt
 umbram, id est defendunt luxuriam eius, id est diaboli,
 sub qua ipse dormit & quiescit. Et clypeus æreus tange-
 bat humores eius. Clypeus diaboli sunt illi qui sagittas
 prædicationis a se repellunt. De quibus dominus Ezech.
 Ezech. 2. Filii hominis mitto te ad filios Israel, ad gentes aposte-
 trices, quæ nolunt audire me. Hastile eius astæ erat qua
 si liciatorium texentium, Liciatorij adiutorio fit tela.
 Hæc est (inquit) tentatio, cuius amminiculo diabolus
 telam rexit iniquitatis. Diabolus enim textit telam sicut
 aranea, de qua libro naturalium sic scribitur. Aranea
 prius fila extendit texturæ, & ponit ipsa in terminis, de-
 inde textit in medio. Inter istas extremitates etiam impo-
 nit texturam sufficientem, & præparat locum conueni-
 entem uenationi, & ipsa uenit ad medium, quasi specula-
 tor alicuius bestioli. Et si aliqua bestiola, uel aliquid ta-
 le, ut musca, ceciderit, subito mouetur aranea, & de lo-
 co suo exit, & incipit ligare & inuoluere illam texturam
 quousque perueniat quod captum est ad debilitatē. De-
 inde fert ipsum ad locum in quod deponit deprehendit, &
 cum

cum patitur sicim fugit eius sanguinem uel humiditatem,
 & uita eius nõ est nisi in illa humiditate. Sic diabolus cū
 hominem uult capere, prius extendit quædam fila sub-
 tilium cogitationum, & ipsa ponit in terminis, id est in
 sensibus corporis, per quos subtiliter potest cognoscere
 cui uitio magis sit applicabilis. Deinde textit in medio,
 id est in corde, & ibi ponit texturam sufficientem, id est te-
 rationem maiorem. Et in ipso præparat sibi locum conue-
 nientem uenationi. Et tunc ipse uenit ad medium,
 quasi speculator alicuius bestioli. Diabolus in toto
 corpore hominis nullum membrum ita conueniens ad
 uenandum, ad speculandum, ad decipiendum inuenit, si-
 cut cor hominis. Quoniam ex ipso uita procedit. Et si
 aliquam muscam, id est si aliquem carnalem (qui uere
 musca dicendus est) uiderit cadere in texturam suam sug-
 gessionis, per cordis consensum, statim incipit eum li-
 gare tentationibus diuersis & inuoluere tenebris, quo-
 usque perueniat ad debilitatem, id est effeminationem
 mentis. Et sic fert ipsam muscam, id est ipsum peccato-
 rem ad locum in quo deponit quos deprehendit. Locus
 proprius diaboli est perpetratio malæ operationis, in
 quo deponit quod textura subtilis suggestionis depre-
 hendit, & ita fugit humiditatem eius, id est compunctio-
 nem animæ, quam dū anima habet, diabolus ei nocere
 non potest. Bene ergo dicitur. Hastile autem hastæ eius
 erat quasi liciatorium texentium. Ecce habes qui-
 bus armis armatur diabolus, de quo hic dicitur.
 [Cum fertis armatus custodit atrium suum, in pace sunt om-
 nia quæ possidet. [Atrium diaboli ante Christi aduentum
 erat totus mundus nõ creatione, sed primi parentis præ-
 uaricatione, ob cuius inobedientiam, in eius poste-
 ritatem dei permissione habuit potestatem. Et sic
 omnia possidebat in pace. Quia non Moyses, non
 Helias, non Hieremias nec aliquis ex patriarchis
 ueteris testamenti, eum ab atrio expellere potuerunt.
 Venit ergo a regalibus sedibus, id est a sinu patris, du-
 tus debellator, ut dicitur lib. Sapientiæ, cap. 18. Et in Sap. 18
 Ser. Do. S. Anto. de Padua. L. mediam

Heb. 2.

mediam extermini terram quā diabolus exterminauerat, iunctis duobus pedibus, humanitatis & diuinitatis, profiliit, & sic liberauit eos qui timore mortis (ut dicit Apostolus ad Hebræ.) per totam uitam obnoxii erant seruituri. Vnde sequitur. [*Si autem fortior illo superueniens uicerit illum, uniuersa*] arma eius auferet in quibus confidebat, & spolia eius distribuet. Fortior est Iesus Christus, de cuius armatura Isa. 59. Indutus est iustitia & lorica & galea salutis in capite eius. Indutus est uestimētis ultionis, & opertus est quasi pallio zeli. Lorica Christi, fuit iustitia, qua diabolū iuste expulit ab atrio quod in pace possidebat. Quia diabolus manum extendit in Christum in quo nihil habebat, iuste meruit Adam amittere cum sua posteritate, in quo aliquid habere uidebatur. Priuilegio enim meretur priuari, qui priuilegio sibi concessio abutitur. Et galea salutis in capite eius. Caput Christi est diuinitas. Caput (inquit Apostolus) Christi est Deus. Galea est humanitas. Caput ergo latens sub humanitate, quæ operata est salutem in medio terre. Indutus est etiam uestimētis ultionis, & opertus est quasi pallio zeli. Ad hoc Christus uestimenta nostræ humilitatis uel humanitatis accepit, ut de inimico diabolo ultionem acciperet, & suam sponsam, scilicet animam nostram, de eius manibus liberaret. Bene ergo dicitur. [*Si autem fortior ille superue.*] &c. Arma diaboli erant illa, de quibus superius dictum est. Quæ omnia Christus ei abstulit, cum de filiis iræ fecit filios gratiæ. Sicut Dauid Goliath in funda & lapide deiecit, sic Christus in funda humanitatis, & lapide passionis, diabolum deuicit. Vnde Dauid Psal. 34. Apprehende arma & scutum, & exurge in adiutorium mihi. Apprehende o fili dei arma, idest membra humana. Et scutum, idest crucem, & sic armatus fortem diabolum deuincas qui humanum genus in carcere uinctum detinebat. Hic est noster Ioseph, qui in cruce ueluti in quodam carcere, manibus & pedibus alligatis, inter duos latrones fuit clauis affixus. Sicut enim ille Ioseph filius

Psal. 34.

lius Iacob, nefario meretricis noluit consentire stupro, sed relicto in manibus eius pallio, aufugit, per quod eū tenere te uoluit, Et ideo apud uirum suum Phutiphar, quod ei illudere uoluisset accusauit, qui iratur eum in carcerem misit, in quo pincerna & pistor regis Aegypti uincti tenebantur, quibus iuxta somniorum congruam interpretationem, certum & uerum rei futuræ dedit prælagium, Pincernæ scilicet, quod de carcere egrederetur in regis palatium, & pistori quod de carcere extra stus suspēderetur in patibulo. Sic Christus dei filius meretrici, idest synagogæ Iudeorum per fidæ consentire noluit, quæ eum per pallium legaliū obseruationum & traditionem somniorum, quibus se quasi quodam pallio palliabant, ut iusti omnibus apparerent, tenere uoluit. Sed ipse dimisso pallio, idest ritu legalis obseruantix relicto, liber aufugit tanquam dominus non legis feruus. Synagoga uidens se contemptam eum apud Phutiphar accusauit. Phutiphar interpretatur os inclinans ad dissecandum, & significat Pilatum inclinantem se ad flagellādū Iesum Christum. Flagellatum (inquit) enim uobis tradam. Apud hunc synagoga meretrix accusauit nostrum Ioseph, dicens. Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, & prohibentem tributa dari Cæsari. Commouit populum per uniuersam Iudæam incipiens a Galilæa usque huc. Pilatus autem consentiens uerbis meretricis, adiudicauit fieri petitionem eius, et tradidit Iesum ut crucifigeretur, qui in cruce clauis affixus inter duos latrones, sicut Ioseph inter pincernam & pistorem, fuit alligatus. Ille latro immo (ut uerius dicam) sanctus confessor, qui Petro negante Christus confessus est, uere pincerna fuit. Vino enim compunctionis fuit inebriatus. Et poculum aureum fidei, spei, & charitatis, porrexit domino dicens. Memento mei domine dum ueneris in regnum tuum. Et ideo audire meruit, Hodie mecum eris in paradiso. Ille uero latro perfidus qui Christum blasphemauit, dicens. Si tu es Christus, saluum fac te ipsum &

L a nos,

nos, Pistor fuit, qui arte pistoria, nō de farina, sed de fure, malæ uoluntatis, & aqua infidelitatis panem fecit, & in clibano desperationis decoxit. Et sic de cruce quasi de carcere ad patibulum æternæ damnationis peruenire meruit. Sequitur. [Et spolia eius distribuet.] Spolia diaboli sunt animæ iustorum, quæ propter inobedientiam primi parentis in tenebris detinebantur. Hæc spolia Christus distribuit eum, infernum spoliavit, & unicuique animæ in cælesti regno gloriam contulit. Vel spolia fuerunt Apostoli, ceterique discipuli Christi de quibus dicit pater ad filium Isa. Accelera, spolia detrahe, festina prædari. O fili accelera ad incarnationē, spolia detrahe in prædicatione, festina prædari diabolium in tua passione. Hæc spolia Christus distribuit cum Christus alios Apostolos, alios euangelistas, alios ecclesiæ pastores & doctores dedit. Eph. Vnde Psal. Rex uirtutum dilecti dilecti, & speciei domus diuidere spolia. O fideles discipuli, scilicet domini nostri Iesu Christi, Rex dilecti uirtutum, id est pater qui est cælestium uirtutum, Rex, dabit dilecto filio suo, de quo ait Luc. Hic est filius meus dilectus diuidere spolia; id est Apostolos, euangelistas, & doctores, speciei, i. ad speciositatem domus ecclesiæ ut ipsam faciāt speciosam. Cuius speciositatis ille nos faciat participes qui diabolium deuicit & eius arma abstulit Christus. Amen.

Cum fortis armatus custodit artium suam. &c. Fortis armatus est spiritus superbiæ, cuius arma sunt cornua excelsa, quibus uentilat & impugnat totum mundum. Vnde Daniel. Vidi arietem cornibus ueniantem contra occidentem contra aquilonem, & contra meridiem, & omnes bestię non poterant desistere ei, nec liberari de manu eius, fecitque secundum uoluntatem suam, & magnificentus est. Aries ille spiritū superbiæ significat, qui cornibus elationis uentilat contra occidentem, aquilonem, & meridiem. In occidente, pauperes & minores, in quibus defecit calor superbiæ & potentia. In aquilonem, æquales. Ponam (inquit diabolus) sedem meam ad aquilonem,

lonem, & ero similis, id est æqualis altissimo. Isa. 14. In meridie, maiores, in quibus feruet calor dignitatis & potentia, intelliguntur. Aries ergo cornutus, id est cornuta superbiæ spiritus, uentilat contra occidentem, id est conculcat pauperes & maiores. Et contra aquilonem, quia contemnit æquales. Et contra meridiem, quia subannat & deridet maiores. Et omnes (inquit) bestię non poterant resistere ei, nec liberari de manu eius. O cornuta superbiæ, quis de manibus tuis poterit liberari, cum luciferum signaculum similitudinis, cuius cooperimentum, ut dicit Isa. 4. fuit omnis lapis præciosus in tanta elationis altitudinem eleuasti? Cælestis es natione, & ideo mentes cælestium inhabitare consueuisti, latens sub cinere & cilicio. Ab istius bestię cornibus David, propheta liberari & saluari desiderabat cum dicebat Psal. Salua me ex ore leonis, & a cornibus unicornium humilitatem meam. In unicornem superbiæ singularis intelligitur quia superbus singulariter uult præminere. Vnde Lucanus. Omnisque potestas Impatiens confortis erit. Et David Psal. detestans superbiā dicit. Domine Deus meus si feci istud, si est iniquitas in manibus meis, si reddidi retribuētibus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis. Istud, id est si commisi superbiā, sed ad maiorem ipsius superbiæ detestationem noluit eam proprio nomine nominare. Ante omnia Deus superbiā detestatur. Vnde Iacob. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Et de uricorne dicitur Iob. Nunquid uolet rhinoceros, (id est secundum aliquos unicornis) seruire tibi, aut morabitur ad præsepe tuum? quasi dicat non quia superbus non potest considerare præsepe domini scilicet quod positus sit in præsepio pro nobis. Notandum quod quædam animalia habent cornua recuruata ad posterius, per quæ significatur superbiā aliquorum quæ confringitur per eorum luxuriam ut qui in cogitatione elati sunt, per carnis luxuriam conterantur. Vnde Osee. Respondebit arrogantia Israel in faciem eius. Solet enim contingere, ut qui occultā su-

Isa. 8.

Eph. 4.
Psal. 68.

Luc. 9

Dan. 8.

Psal. 22

Psal. 7

Iac. 4

Osee. 3

perbiam non cognoscit, eandem per luxuriæ uitium cognitam erubescat. Sunt etiam quedam animalia que habent cornua declinantia in anterius ut unicornes, per quæ significatur superbia hypocritarum, qui simulatione religionis palliant suam superbiam, de quibus Ecclesiastici. Est qui nequiter se humiliat. Et Grego. Preciosa res est humilitas, qua superbia palliari appetit ne uilescat. Item quedam animalia habent cornua recuruata ad seipsa, ut uacca agreffis, per quæ superbia maiorum, quæ in seipsa confringitur. Vnde Isa. 10. Ecce dominator dominus exercituum confringet lagunculam in terrore, & excelsi statura succidentur, & sublimes humiliabuntur. Laguncula est mens peccatoris superbi; iutea & fragilis, aqua repleta elationis, quam dominus tunc confringit, cum terrorem extremi iudicij ipsius superbi meti incurrit. In quo iudicio excelsi statura, qui modo uidentur stare, securi illius sententiæ. Matth. 25. Ite male dicti in ignem æternum & c. succidentur, & sublimes, qui modo extento collo & nutibus oculorum uadunt, & incomposito gradu incedunt, humiliabuntur usque ad profundum laci, in quo non est aqua refrigerij. Item quedam animalia habent cornua sursum erecta, ut ceruus, quæ significant superbiam religiosorum, quæ ex sola religione oritur, & hæc est periculosissima, de qua Isa. cap. 22. religiosi, quibus maxime congruit præterdere insigne humilitatis, loquens sub typo uallis uisionis. Quidnam (inquit) tibi quoque est, quia ascendisti, & tu in testa clamoris plena? Quasi dicat tolerabile est si sublimia appetunt seculares, sed quid uobis (o religiosi qui multa uidetis) uisum est, ut & uos sublimia petatis? Dicamus ergo. [Cum fortis armatus & c.] Atrium cornuæ superbiæ est cor superbi, in quo superbia speciale elegit sibi hospitium. Sicut enim in corde principium est uenarum, & prima uirtus creans sanguinem, sic a cordis superbia procedit omne malum. Vnde Ecclesiastici. Initium omnis peccati superbia est. Hoc atrium cordis fortis custodit, ne aliquis ex eius aduersarijs ex aduer-

Eccle. 16

Eccle. 10

so ascendat, & pacem conturbet. de qua dominus Lucæ. Et quidem in hac die tua quæ ad pacem tibi. Et Psa. 72. Zelauit super iniquos pacem peccatorum uidens. Sequitur. [Si autem fortior illo superueniens uicerit illum, uniuersa arma eius auferet in quibus confidebat.] Fortior est humilitas, de eius fortitudine dicit Dauid ad Saulem Regum. Leonem, & ursum interfeci ego seruus tuus. Dauid interpretatur manu fortis, & significat humilem, qui quanto magis humiliatur, tanto fortior efficitur. Est enim humilis, sicut quidam uermis qui dicitur intestinum terræ, qui contrahit se ut magis se extendat. Sic humilis se contrahit & humiliat, ut fortius ad capienda bona celestia se extendat. De quo Ecclesiastici. Erexit enim eum ab humilitate ipsius, & exaltauit caput eius a tribulatione, & mirati sunt in eo multi. Hic humilis & fortis Dauid dicit. Ego seruus tuus. O margarita fulgens. O narde recondens. O humilitatis cinamomum aromatizans. Ego inquit seruus tuus. Humilis seruum se reputat, seruum se nominat, omnium pedibus se subijcit, seipsum abiicit minus de se sentit, quam in se sit. Iste humilis seruus interfecit leonem superbiæ & ursum luxuriæ. Et nota quod prius leonem, & postea ursum se dicit interfecisse. Quia nemo luxuriam in seipso potest mortificare, nisi prius spiritum superbiæ de cordis sui atrio laborauit expellere. Vnde hic dicitur. [Si fortior illo superueniens uicerit illum, uniuersa arma eius auferet & c.] Arma uel uasa (ut dicit Matthæus) spiritus superbiæ sunt quinque sensus corporis, quibus quasi quibusdam armis cæteros impugnat, & in quibus quasi quibusdam uasis uenenum elationis mortiferum portat, & alijs propinat. Superuenit ergo humilitas a Christo, qui est Deus benedictus super omnia, qui dicit Matth. Discite a me quia mitis sum, & humilis corde. Et intrat in domum fortis, in atrium cordis, in quo habitat superbia, & ipsam deuincit, & foras expellit uenenum elationis theriaca humilitatis, qua expulsa, omnia arma eius in quibus confidebat, humilitas

Luc. 19.

1. Re. 17

Eccle. 18.

Mat. 11.

Isai. 19.

aufert, ut de cætero nihil elatum, nihil altum, nihil uiriosum appareat in sensibus corporis, sed humilitatis in signa ubique se repræsentent. Hæc est mutatio dextere excelsi de qua Isa. In die illa erunt quinque ciuitates in terra Aegypti loquentes lingua Chanaam. Ciuitas solis uocabitur una. Aegyptus interpretatur tenebræ uel mæror, & significat corpus hominis, quod est terra tenebrarum & mæroris: Tenebrarum, quia caligine ignorantie & malitiæ obscurata: Mæroris, quia doloris & tristitiæ plena. In hac terra Aegypti sunt quinque ciuitates, id est quinque sensus corporis. Ex his quinque ciuitas solis una sola uocatur. Ciuitas solis sunt oculi. Sicut enim sol totum mundum illuminat, sic oculi totum corpus illuminant. In die ergo illa quando fortior humilitas intrauerit, & spum superbiæ deuicerit, & cæcitatem meris expulerit, tunc quinque ciuitates in terra Aegypti quæ prius loquebantur lingua Aegyptiaca, id est carnali concupiscentia, loquentur Chananea lingua. i. commutata, quæ de uitijs ad uirtutes, de superbia ad humilitatem commutabuntur. Et tunc apparebit in oculis humilitas & simplicitas. In ore resonabit ueritas & benignitas. Ab auribus remouebitur omnis detractio & adulationis. In manibus puritas & pietas, in pedibus reperietur maturitas. Sequitur.

Cum immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca inaquosa, querens reuicem, & non inueniens, dicit Reuertar in domum meam unde exiui. Et cum uenerit, inuenit eam scopis mundatam. Tunc uadit & assumit septem alios spiritus seculi cum nequiores se, & ingressi habitant tibi. Et sunt nouissima illius hominis peiora prioribus.] Dicitur Iohel. Quasi hortus uoluptatis terra coram eo, & post eum solitudo deserti. Terra a tero teris dicta, est mens hominis pro peccatis attrita, quæ tunc est coram Deo, cum nihil boni a se, & in se & per se existimat se habere, sed totum Deo attribuit, qui totum est bonum & sum mum bonum, a quo quasi a centro omnes lineæ gratiarum directo tramite ad circumferentiam protenduntur. Hæc dum est coram eo,

Joel. 2.

eo, scilicet eius beatitudinem contemplando, & dulcedinem degustando, uere est hortus uoluptatis. Quia in ipso est rosa charitatis, uiola humilitatis, liliū castitatis. De hoc horto dicitur sponsa in Canti. Descendit dilectus in hortum suum ad areolam aromatum. Hortus dilecti est mens pœnitentis, dicta diminutiue areola ab area propter humilitatem, quæ humilitas est procreatrix uirtutum, & aromatum. Sequitur in Iohel. Et post eum solitudo deserti. Sed cum infelix homo coram eo non uult stare, sed post eum, id est posteriora uult aspiciere, hortus uoluptatis efficitur solitudo deserti. Posteriora domini sunt temporalia. Ideo posteriora domini tantum uidet, & non faciem, qui in his temporalibus transitorijs delectatur. Vnde dicit Agar. Gene. Vidi posteriora uidentis me. Agar interpretatur festum suscitans, & significat carnalium uoluptatem, quæ in conuersionibus & ebrietatis quasi quodam festo gloriatur. Hæc uidet posteriora domini, quæ in his uisibilibus quæ carnaliter uidet delectatur. Ideo bene post eum solitudo deserti. In solitudine, mentis sterilitas. In deserto, diaboli malicia designatur. Diabolus mentem in qua habitat, desertam & sterilem a bono opere facit. [Cum ergo immundus spiritus.] In hoc euangelio notantur quatuor.

Canti. 6.

Gen. 16.

1 Diaboli egressio.

Scilicet 2 Ipsius contra iustos tentatio.

3 Animæ negligentis tepida conuersatio.

4 Et cum septem spiritibus immundi spiritus reuersio.

Nota quod diabolus dicitur spiritus immundus. Spiritus (ut dicit Gregorius) non est nomen naturæ, quem Deus purum, mundum, & bonum creauit, sed suæ superbiæ immunditia immundus effectus a cælestis gloriæ munditia cecidit, qui tanquam porcus immundus in peccatorum immunditia hospitium elegit, & ibi requiescit. Vnde de eo dicit Iob. Sub umbra dormit in secreto calami, in locis humetibus. Nota hic tria uitia. In umbra quæ est frigida & obscura, designatur superbia, quæ

Iob. 40.

quæ diuini amoris calorem, & æterni luminis & ueritatis aufert claritatem. In calamo, id est canna, quæ a uento circumfertur, exterius pulchra, intus uacua, cuius fructus est lanugo: Auarus intelligitur, qui a uento cupiditatis circuncirca agitatur, & in exterioribus gloriatur, in interioribus gratia priuatur, cuius diuitiæ ad malum eius congregatæ, tanquam lanugo a turbine mortis disperguntur. In locis humentibus luxuriosi designantur, qui luxuriæ & gulæ uoluptatibus uoluntantur. Ecce in quali hospitio dormit ille porcus, requiescit ille immundus spiritus. Sed tunc exit ab homine, cum homo iniquitatis suæ immunditiam cognoscit. Vnde Paralipomenon dicitur, quod princeps & exercitus Regis Assyriorum cœperunt Manassæ, & uinctum cathenis atque compedibus duxerunt eum in Babylonem, qui postquam coangustatus est, orauit dominum suum, & egit pœnitentiam ualde coram Deo patrum suorum, & exaudiuit orationem eius, & reduxit eum in Hierusalem, & cognouit quod dominus ipse est Deus. Manassæ interpretatur oblitus, & significat peccatorem, qui Dei, & præceptorum eius, prosperis succedentibus obliuiscitur. Vnde Genes. dicitur quod succedentibus prosperis præpositus pincernarum oblitus est interpretis sui. Interpretes noster est Christus, qui nobis uitam æternam interpretatur, cuius obliuiscimur, cum prosperis transitorijs subleuamur. Temporalia enim faciunt in obliuionem uenire. Et tunc ab Assyrijs qui interpretantur dirigentes, id est dæmonibus qui tentationis sagittas ab arcu malitiæ dirigunt, ut animam interficiant, capimur in consensu mentis, & cathenis malæ operationis, atque compedibus malæ consuetudinis uincimur, & sic in Babylonem, id est excæcatæ mentis confusionem ducimur. Sed quia maior est Dei misericordia quam quæuis peccatoris malitia, ideo peccator facere debet sicut fecit Manassæ, de quo subditur Paralipomenon. Orauit dominum Deum suum, & egit pœnitentiam ualde coram Deo

Deo patrum suorum, deprecatusque est eum, & obsecrauit intentè. Sic peccator ista quatuor debet opponere quatuor supradictis. Debet orare dominum, ut se de manu dæmonum liberet. Agere pœnitentiã ut a cathenis malæ operationis dissoluatur. Ipsum deprecari, ut compedes malæ consuetudinis cõfringat. Et obsecrare intentè, ut se de excæcatæ mentis confusione eripiat. Et deus misericors, cuius misericordiæ non est numerus, faciet quod sequitur. Exaudiuit orationem eius, reduxitque eum Hierusalem in regnum suum. Et Manassæ cognouit quod dominus ipse esset Deus, id est quod peccatoris & contriti humilitati orationem exaudit. Et reduxit eum Hierusalem &c. Quæ est ista Hierusalem nisi gratiæ infusio, peccatorum remissio, Dei & peccatoris reconciliatio? in qua est pacis uisio, in qua regnat qui de carcere & cathenis (ut dicitur) egressus est ad regnum. Et in hoc potest cognoscere quod dominus ipse est Deus, qui eum liberauit, & ab eo immundum spiritum exire fecit. Sequitur secundum.

Ambulat per loca inaquosa &c. Diaboli ambulatio nihil aliud est quàm ipsius tentatio. Vbi Iob. Circuiui terram, & perambulauit eam. Diabolus primo terram, id est mentem hominis, circuit, id est, subtiliter disquirat cui uitio magis sit applicabilis, & postea eam perambulat, quia secundum quod uiderit uincibilem, quemlibet tentat. Loca inaquosa sunt sancti ab humore gulæ & luxuriæ deficcari. Vnde unus illorum dicit cum Psal. In terra deserta in uia & inaquosa &c. Notentur hic tres uirtutes quæ sanctificant hominem, & ad contemplandum Deum mentem illuminant.

In terra deserta, paupertas.

In terra in uia, castitas.

In terra inaquosa, abstinentia.

Vide residuum in sermone illo, Factum est uerb. domini, supra in aduen. Ambulat ergo per loca inaquosa, cum tentat sanctos & iustos, quia ut dicit Iob. 40. habet

Iob. 3

bet fiduciam quod influat Iordanis in os eius. Iordanis interpretatur riuus iudicij uel humilis descensus; & significat uiros iustos, qui si in aliquo offenderunt, statim a seipsis descendunt, & riuo compunctionis & confessionis se iudicant. Habens ergo diabolus fiduciam quod riuus influant in eos suam querit requiem in ipsis. Sed ipsi (ut dicitur) parati suscitare leuiatham sunt. Illi leuiatham, id est diabolum suscitant, qui eum in sui cordis hospitio requiescere non permittunt. Sancti enim debent facere sicut apes, quæ (ut fertur) sedent inspicientes super foramina aluearum, si aliquid extraneum intrare contingat, ipsum inter se permanere non patiuntur, sed tandem insequuntur quousque extra aluearia propellunt. Apes dicuntur eo quod pedibus se alligent, uel quod sine pedibus nascantur. Unde dicuntur ab a quod est sine, & pes, & significant uiros iustos, qui pedibus charitatis scilicet affectibus se alligant, non ex natura, de qua dicit Apost. Omnes nati sumus filii iræ, sed ex sola gratia illis data. Horum aluearia sunt corpora, quorum foramina sunt quinque sensus, & specialiter oculi, super quos sedere debent, & diligenter attendere, ne aliquid extraneum, id est diabolicum influat, & si forte aliqua diaboli suggestio uel carnis delectatio per ista intrauerit, nullo modo uel pacto ipsam patientur inter se manere. Quia mora trahit periculum, & ut quidam dicunt. Morosa cogitatio est peccatum mortale. Cum enim ratio discernit quod cogitatio tendit ad illicitum, & ipsam prout potest non refrenat, hæc morosa dicitur esse cogitatio. Sed boni Christiani sicut apes statim debent insurgere, & aculeis contritionis & orationis insequi, & extra suorum corporum & cordium aluearia propellere. Et sic sunt iusti parati leuiatham suscitare ne in eis requiem inueniat. Sequitur tertium.

Et non inueniens requiem dicit. Reuertar in domum meam unde exiui, & inuenit scopis mundatam & ornatam &c. Nota quod triplex est scopa, contritionis, confessionis, & satisfactionis. De prima Psal. 76. Scopebam spiritum meum. Ille

Ille spiritum suum scopit uel scopat qui sordes immunde cogitationis, & puluerem mundane uanitatis a facie suæ animæ scopa contritionis emundat. De scopa confessionis & satisfactionis dicit dominus Isa. loquens de Baby-lonia. Scopabo eam in scopa teres dicit dominus Deus exercituum. Babylonem dominus scopat cum animam peccatis confusam confessione a peccatis emundat. In scopa terit, cum satisfactionis flagellis percutit. His tribus scopis domus, id est anima hominis emundatur, de qua munditia Isa. 1. Leuamini, mundi estote, auferite malum cogitationum uestrarum ab oculis meis. Quod ad primam: quiescite peruersè agere, emundati secunda scopa. Discite bene facere, scilicet tertia scopa castigati. Sed quia ex bonis operibus solet eriri securitas uana & otiositas quæ est animæ inimica, ideo additur in euangelio. *Matth. 12* *Matth. [Inuenit uacantem & ornatam.]* Omnium (inquit Bernardus) tentationum & cogitationum malarum & inuicium sentina, otium est. Unde. 1. Reg. dicitur quod *1. Reg. 30* Amalechitæ impetum fecerunt a parte australi in Sicelech, & percusserunt Sicelech, & succederunt eam igni, & captiuas duxerunt mulieres ex ea a minimo usque ad magnum. Amalech interpretatur lingentes sanguinem, & significat dæmones, qui sanguinem animarum, id est compunctionem lachrymarum lingere & deuorare cupiunt. Isti a parte australi Sicelech inuadunt. Auster est uentus tepidus, de quo Iob. Considerate semitas Theman, itinera Sabba. Theman interpretatur auster tepidus. Hæc est fluxa & otiosa conuersatio uiuendi, per quam tentat diabolus. Nam cum spiritus immundus domum inuenerit remissam & otio uacantem, intrat in eam. Unde quia Dauid ut dicitur secundi Reg. remansit in Hierusalem, & non processit ad bellum marcens otio puniatur adulterij uitio. Sabba interpretatur rethe uel captiua, & significat obligationem culpæ. Quæ se bene tepidatari & otiositati coniungit. Nam qui non distincto iudicio, sed dissolutis & remissis gressibus uadit, & fluxu actibus implicatur, & ad ea quæ Dei sunt impeditur, Sicelech

Sicelech ergo quę interpretatur adductio uocis defecata, id est anima, quę non balburiendo sed recte loquendo debet annunciare peccatum suum, a parte australi, id est a tepiditate & otiositate suę uitę, a malignis spiritibus capitur, & igne iniquitatis succenditur, & quicquid uirtutis est intra animam a minimo usque ad magnum, captiuatur. Bene ergo dicitur. [*Inuenit uacantem &c.*] Dicitur in naturalibus quod apes parue sunt maioris laboris, & alas habent subtiles, & color earum niger, & sunt quasi combustę. Apes uero ornate sunt de numero illarum quę nihil faciunt. Apes parue sunt uiri peccantentes, in oculis suis paruuli. hi sunt magni laboris, semper enim aliquid operis faciunt, ne earum domum diabolus inueniat uacantem & otiosam. Habent etiam subtiles alas, quę sunt contemptus mundi, & amor cęlestis regnis, quibus a terrenis eleuati in aera se librant, Dei gloriam subtilius contemplantes. Sunt etiam nigri coloris, & quasi combusti. Vnde Cant. loquens anima peccantentis dicit. Nigra sum sed formosa filia Hierusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis. Nolite me considerare quod fusca sum, quia decolorauit me sol. O filia Hierusalem, id est uirtutes angelicę, uel fideles animę: Nigra sum cinere, & cilicio, ieiunijs & uigijs exterioribus. Sed formosa, mentis puritate, fidei integritate, interioribus. Nigra sum sicut tabernacula Cedar, quę interpretatur mœror. Habito enim in tabernaculis, quę de loco ad locum transferuntur, & a quibus milites impugnant & impugnantur, quia non habeo hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirō. Et dum pugno impugnor. Et in his omnibus non est nisi mœror & dolor. Sed formosa sum sicut pelles Salomonis quę fuerunt hyacinthinę & rubricatę. In pellibus hyacinthinis mentis puritas, & contemplatio glorię cęlestis. In rubricatis fidei integritas, & martyrij uel afflictionis asperitas designatur. Nolite me considerare quod fusca sum, quia decolorauit me sol. Sol eclipsim, id est defectum patiens, omnia decolorat. Sic uerus sol Christus

qui

qui cognouit occasum suum eclipsim mortis in cruce patiens, omnes colores, omnes uarietates, omnes glorias fallaces, omnes honores debet decolorare. Ideo dicit anima peccantentis: Nigra sum, fusca sum, quia decolorauit me sol. Dum enim oculo fidei, Deum meum, sponsum meum Iesum Christum in cruce pendentem, clauis confixum, felle & aceto potatum, corona spinea coronatum uideo, omnis decor, omnis gloria, omnis honor, omnis pompa transitoria in pallorem uertitur, & a me nihilo æstimatur. Tales sunt apes parue, nigre, & combustę. Sed apes ornate sunt religiosi tepidi, & fatui, qui in ornatu sui habitus gloriantur, qui uitę suę phylacteria prætendunt, & sanctitatis suę fimbrias magnificant. Quorum domus quidem ornata est exterioribus, sed interioribus plena omni spurcicia & ossibus mortuorum. Et ideo euenit eis quod sequitur.

[*Tunc uadit & assumit septem alios spiritus. &c.*] Ecce quartum. Nota quod isti septem spiritus sunt illę septem boues seu uaccę, de quibus Gen. in historia de Ioseph, quę erant deformes & confectę macie, quę deuorauerant septem alias, quarum mira species & habitudo corporum erat. Item isti sunt septem spicę percussę uerdine, deuorantes septem aliarum plenitudinem, & formositatem. Et sunt septem anni sterilitatis nimie, cuius magnitudo septem annorum abundantiam contempnit. Septem boues pulchrę, & crassę nimis, & septem spicę plenę & formosę, & septem anni fertilitatis magnę, Septem significant spiritus sancti dona, de quibus Isa. 11. Requiescet (inquit) super eum spiritus domini, spiritus sapientię & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientię & pietatis, & replebit eum spiritus timoris domini. Hęc dona dicuntur boues pulchrę, & crassę, propter morum plenitudinem, & uirtutum fecunditatem, quas illi super quem requiescunt, conferunt. Spicę plenę & formosę propter finem Christi qui fuit granum frumenti per plenitudinem, & geminę dilectionis Dei, & proximi maturitatem.

tem.

Cant. I.

Gen. 41.

tem. Dicuntur etiam hæc dona spiritus septem anni fertilitatis magnæ, quia in huiusmodi peregrinationis septenario, mentem super quam requiescunt dona septiformis gratiæ, abundantia fertilitatis magnæ faciunt abundare. Sed heu septem uaccæ deformes & macilentæ, septem spicæ percussæ uredine, septem anni fertilitatis nimia, septem spiritus immundi nequiores domum uacantem & ornatum intrant, & septem spiritus dona deuorant, & sic fiunt nouissima hominis illius priora prioribus. Et ideo dicuntur nequiores, ab effectu, quia nequiores homine reddunt quam prius fuerat. Et nota quod isti septem spiritus nequiores dicuntur septem uaccæ deformes macilentæ propter similitudinis & imaginis Dei deformationem, & charitatis quæ est punguendo animæ, defectum. Spicæ percussæ uredine, quæ est fœtor rei adustæ, propter criminum fœtorem. Anni fertilitatis nimie, propter boni operis fertilitatem, quæ mala omnia miseræ, mæti inferunt quam miserabiliter detinent occupatam. Bene ergo dicitur. Et fiunt nouissima hominis illius &c. Et sequitur.

Extollens uocem quædam mulier de turba dixit illi. Beatus uenter qui te portauit, &c. [Beatus dicitur uenter uirginis gloriose qui omne bonum, summum bonum, angelorum beatitudinem peccatorum reconciliationem, nouem mensibus portare meruit. Ideo filius loquens ei, dicit illud Cant. Venter tuus sicut aceruus tritici uallatus lilijs. Venter gloriose uirginis fuit sicut aceruus tritici. Aceruus, quia in eo aceruatæ fuerunt omnes prærogatiuæ meritorum & præmium. Tritici, quia in eo quasi in cellario industria ueri Ioseph repositum fuit triticum, ne tota Aegyptus fame periret. Triticum dictum eo quod purissimum horreo conditur, uel quia granum eius commolitur, & teritur. Album interius, & rubicundum exterius. Iesum Christum significat, qui in cellario beati uentris gloriose uirginis nouem mensibus fuit reconditus. Qui in mala crucis pro nobis fuit attritus, candidus uitæ innocentia, rubicundus sanguinis effusione. Hic beatus uenter fuit

Cant. 7.

fuit uallatus lilijs. Lilius dictum quasi lacteum, beatæ Mariæ uirginis propter sui candorem, uirginitatem significat, cuius uterus fuit uallatus, id est ualle humilitatis munitus, lilijs. scilicet utriusque uirginitatis, interioris & exterioris. Vnde Diuus Augustinus. Deus unigenitus dum conciperetur, uirginitatem carnis accepit ex uirgine. Et cum nasceretur integritatem uirginitatis seruauit in matre. Beatus ergo uenter. Sequitur. [Et ubera quæ sustulisti.] de quibus Proverb. 5. Cerua charissima & gratissimus hinnulus. Ubera eius inebrient te omni tempore, & in amore eius delectare iugiter. Nota quod cerua (ut dicitur in naturalibus) parit in uia trita, sciens quod lapis uia tritam euitat propter homines. Cerua charissima est beata Maria, quæ in uia trita, id est in diuersorio, hinnulum gratissimum, quia gratis ex grato tempore datum nobis paruulum filium peperit. Vnde Luc. Peperit filium suum, Luc. 2, & pannis eum inuoluit, ut stolum immortalitatis reciperemus, & reclinauit eum in præsepio, quia non erat ei locus in diuersorio. Glossa ibi. In diuersorio eger loco, ut nos plures in cælis habeamus mansiones. Huius ceruæ toti mundo charissimæ ubera inebrient te o Christiane omni tempore, ut omnium temporalium oblitus tanquam ebrius ad ea quæ ante te fuerunt & sunt, te extendas. Sed ualde mirandum est cur dixit, Inebrient te, cum in uberibus non sit uinum quod inebriet, sed lac iocundissimum. Audi quare. Sponsus eius filius ipsam laudans Cant. dicit. Quia pulchra es & decora charissima in delicijs, statura tua assimilata est palmæ, & ubera tua botris. Quia pulchra es mente, & quam decora corpore, mater mea, sponsa mea, cerua charissima, in delicijs, id est uitæ æternæ præmijs. Statura tua assimilata est palmæ. Nota quod palma inferius corticibus est aspera, superius uisu & fructu pulchra, & (ut dicit Isidorus) facit fructum centesimum. Sic beata Maria fuit in hoc mundo cortice paupertatis aspera, sed in cælo pulchra & gloriosa, quia angelorum regina, & fructum centesimum, qui datur

Luc. 2,

Cant. 7.

tur uirginibus, ipsa uirgo uirginum super omnes uirgines meruit adipisci. Sequitur. Vbera tua botris. Botrus est genus fructus multi in unum conglobati, uel uuarū, quæ nascuntur in uite. De qua in historia Ioseph Gen. 40. dicit Pincerna regis. Videbam coram me uitam, in qua erant tres propagines, crescere paulatim in gemmas, & post flores uuas maturescere. In hac auctoritate nota quid uitis, quid tres propagines gemmæ, flores, & uuæ, & quomodo beatæ uirgini conueniant. Vitis dicta eo quod uim habeat citius radicandi, uel quod inuicem se innectit, est beata Maria, quæ præ cæteris citius & altius in Dei amore fuit radicata, & ueræ uitæ, idest filio suo, qui dixit Ioannis decimoquinto, Ego sum uitis uera, inseparabiliter se innexuit. Et de semetipsa dixit Ecclesi. Ego quasi uitis fructificauit suauitatem odoris. Partus Beatæ Virginis non habet exemplum in fructu mulierum uel sexu, sed habet similitudinem in naturis rerum. Tres propagines huius uitis fuerunt angelica salutatio, spiritus sancti superuentio, & filij Dei inenarrabilis conceptio. Ex his tribus propaginibus propaginata proles fidelium quotidie per totum mundum fide propagatur, idest multiplicatur. Gemmæ in uite sunt humilitas & uirginitas Beatæ Mariæ. Flores, fœcunditas sine corruptione: Partus sine dolore. Tres botri uuarum in uite, paupertas, patientia, abstinentia beatæ Mariæ. Hæ sunt uuæ maturæ ex quibus profluit uinum maturum, & odoriferum, quod inebriat, & inebriando sobrias reddit mentes fidelium. Sequitur. Et in amore eius delectare iugiter, quatenus ipsius amore falsam mundi delectationem despiciere, & tuæ carnis concupiscentiam ualeas conculcare. Confuge ad ipsam peccator, quia ipsa est ciuitas refugij. Sicut enim quondam Deus (ut dicitur Num. 35. me.) separauit ciuitates seu urbes refugij, ad quas confugerent qui nolentes homicidiū perpetrarent, sic nunc misericordia domini refugium misericordiæ prouidit etiam uoluntarijs homicidis. Prou. 6. Turre fortissima nomen domini ad ipsam confugiet peccator & saluabitur.

Vnde

Vnde dulce nomen confortans peccatorem & beatæ spei Domine nomen tuum in desiderio animæ. Et nomen (inquit) uirginis Maria. Oleum effusum nomen tuum. Nomen Mariæ iubilus in corde, mel in ore, melos in aure. Egregie ergo dicitur. Beatus uenter qui te portauit, & ubera quæ suxisti. Nota quod fugere dicitur sugendo agere. Dum enim Christus sugerat lac, salutem nostram agebat. Nostra salus fuit eius passio, passionem sustinuit in corpore, qui nutritus fuit uirginis lacte. Vnde dicit. Vinum meum bibi cum lacte meo. Quare non dixisti domine Iesu, bibi acetum meum cum lacte meo? Virginalibus enim uberibus lactatur. Felle & acetum potatur. Dulcedo lactis conuersa fuit in amaritudinem fellis, ut eius amaritudo nobis æternam dulcedinem propinaret. Vbera fugit qui in monte Caluarie lancea perforari uoluit, ut paruuli sugerent. de quibus Iob trigessimono. Pulli aquilæ lambunt sanguinem. At ille dixit. Quinimmo &c. Glo. ibi. Quasi non solum laudanda est Maria quia uerbum in utero portauit, sed etiam beata, quia præcepta Dei seruauit opere. Rogemus ergo &c.

Cant. 5.

DOMINICA. IIII. in Quadagesima.

De septem panibus, & duobus piscibus mysticis, quibus mens humana saturatur.

E quinque panibus, & duobus piscibus satiauit dominus quinque milia hominum, &c. [Ex Ioan. In hoc euangelio tria considerabuntur. Primum est affectus dominicæ pietatis. [Cum eleuasset oculos.] Secundum effectus magnificæ potestatis, [quia cum uidit quod multitudo maxima &c.] Tertium profectus diuinæ uirtutis, quia satiauit.

Ioan. 6.

M 2 Nota.

Nota. Quinque panes, sunt quinque libri Moysi.] In quibus animæ refectiones inueniuntur. Primus panis est peccati exprobratio in contritione. Secundus, peccati denudatio in confessione. Tertius, sui ipsius uilitas & humiliatio in satisfactione. Quartus, zelus animarum in prædicatione. Quintus, cœlestis patriæ dulcedo in contemplatione. De primo pane Genesi. Dicitur quod Iudas per puerum Odolamitem misit hædum Thamar. Iudas, id est confitens scilicet pœnitens quid debet mittere hædum, id est peccati exprobrationem. Thamar quæ interpretatur amara, commutata, palma, hæc est anima pœnitens, in cuius triplici interpretatione triplex status pœnitentium designatur. Dicitur amara quantum ad incipientes. Commutata quo ad proficientes. Palma quo ad perfectos & pertingentes. Odolamitis interpretatur testimonium in aqua, & significat compunctionem lachrymarum, quibus pœnitens testificatur se peccatum exprobrare, & de cœtero non committere. Et sic de hac Thamar poterit Iudas gignere Phares & Zaram. Phares interpretatur diuisio. Zaram oriens. Prius enim debet se a peccato diuidere, & postmodum boni operis illuminationi intendere. Vnde Psalm. 36. Declina (inquit propheta) a malo (ecce Phares.) Et fac bonum, ecce Zaram. De secundo pane dicitur quod Moyses percussit Aegyptium & abscondit sub sabulo. Moyses aquaticus est pœnitens aquis compunctionis fluidus, Hic percussit Aegyptium, id est mortale peccatum in contritione, & abscondit sub sabulo in confessione. Augustinus. Si tu discooperis, Deus cooperit, si tu detegis Deus regit. Dicitur Genesi. 31. quod Rachel abscondit idola patris sui Laban. Rachel interpretatur ouis, hæc est anima pœnitens, quæ idola id est peccata mortalia, Laban, id est diaboli debet abscondere. Beati quorum tecta sunt peccata, dicit Psalm. 31. De tertio pane. Leuitici primo, ubi præcipitur sacerdotibus uesiculam gutturis & plumas projicere prope altare in locum cinerum ad orientem.

Gen. 28

Ecc. 2.

ralem plagam. In uesicula gutturis notatur ardor & sitis auaritiæ, de qua Iob, decimo octauo. Exarscet contra eum (scilicet auarum) sitis. In pluma leuitas superbiæ. Penam, inquit Iob. 39. Struthionis, id est hypocritæ, similis est pennis Herodij & accipitris, qui superbe & leuiter uolant. Hæc in locum cinerum projiciuntur cum uerbum primæ maledictionis (Cinis es & in cinerem reuerteris) corde compuncto cogitamus. Orientalis plaga est uita æterna, de qua per primos parentes decidimus. Humiliatur ergo pœnitens in satisfactione, & uesiculam auaritiæ, & plumam superbiæ a se projicit, cum eulogium primæ maledictionis ad memoriam reducit, & se proiectum a facie oculorum Dei quotidie ingemiscit. De quarto pane. Numeri. ubi dicitur quod Phinees accepto pugione confodit fornicantes in genitalibus. Phinees est prædicator, qui arrepto pugione, id est uerbo prædicationis fornicatores in locis genitalibus debet effodere & denudare, ut quasi in faciem obiecta eorum turpitudine, de commisso scelere erubescant. Revelabo (inquit dominus per prophetam Naum.) pudenda tua in facie tua. Psalm. 82. Imple facies eorum ignominia. De quinto pane. Deuterono. Vbi dicitur quod Moyses ascendit de campestribus Moab in montem Abarim, & ibi mortuus est coram domino, Moyses, id est pœnitens, de campestribus Moab quæ interpretatur ex parte, id est conuersatione carnalium, quæ sunt ex parte diabolo, debet ascendere in montem Abarim, qui interpretatur transitio, id est excellentia contemplationis, ut transeat de hoc mundo ad patrem. Isti sunt quinque panes, de quibus Ecclesiast. Mitte panes super transeuntes aquas & post multa tempora inuenies. Aquæ transeuntes sunt populi in mortem defluentes. Vnde mulier Thecrites. Omnes labimur sicut aqua. Isai. octauo. Populus iste abiicit aquas Siloe &c. Siloe interpretatur missus. Aquæ ergo Siloe sunt doctrina Christi missi.

Iob. 18.

Num. 25

Num. 3.

Deut. 34.

Eccle. 11

2. Re. 14

a patre. Hanc abijciunt qui terrenis desiderijs effluunt. Et assumpsit magis Rafin & filium Romeliæ. Rafin, id est spiritum superbiæ, & Facee filiū Romeliæ, id est imunditiam luxuriæ, & ideo labuntur tanquam aqua in profundum gehennæ. Isti panes sunt etiā quinque myrrhe cubiti, de qua Solinus, quod in Arabia est arbor, quæ dicitur myrrha, quinque cubitis a terra eleuata. Arabia interpretatur sacra, & significat sanctam ecclesiam in qua est myrrha pœnitentiæ, quæ quinque cubitis (qui sunt quinque panes euangelici) eleuat hominem a terrenis. Isti sunt quinque fratres Iudæ, de quibus dicitur a Iacob Gen. Iuda te laudabunt fratres tui, qui sunt Ruben, Simeon, Leui, Ysachar.

Gen. 49.
Zabulon

Ruben	uidens
Simeon	auditio
Leui interpretatur	additus
Ysachar	merces
Zabulon	habitaculum fortitudinis.

Habeat ergo Iudas fratrem suum Ruben, ut uideat in contritione illis septem oculis, de quibus Zach. In lapide uno, id est pœnitente, qui debet esse lapis per constantiam, & unus per fidei unitatem, Erant septem oculi. Quorum primo debet uidere præterita, ut desinat. Secundo futura, ut caueat. Tertio prospera, ne eleuet. Quarto aduersa, ne deprimant. Quinto superiora, ut sapiant. Sexto inferiora, ut desipiant. Septimo interiora, ut sibi in Deo placeant. Habeat secundum fratrem Simeonem, in confessione, ut ipsius uocem dominus audiat, sicut dicitur Moyses Deut. Audi domine uocem Iudæ, de qua Cant. 2. Sonet uox tua in auribus meis, uox tua dulcis. His duobus additur. Leui in satisfactione, ut mensura pœnæ respondeat culpæ. Facite (inquit) dignos fructus pœnitentiæ. In Sina enim quæ interpretatur mensura, data fuit lex. Lex gratiæ illi datur cuius pœna culpæ commensuratur. Habeat & quartum fratrem Ysachar, ut zelo animarum feruens æternæ beatitudinis mercedem accipiat. Sed truncus inutilis terram occupans, & idiora si

tuus

tuus locum ecclesiæ impediens, non mercedem uitæ æternæ, sed acerbitatem mortis æternæ. Habeat nihilominus obsecro quintum fratrem Zabulon, ut in habitaculo contemplationis cum simplici Iacob inhabitas, gustum cœlestis dulcedinis suscipere mereatur. Isti sunt quinque panes.

Sequitur [de duobus piscibus,] qui sunt intellectus & memoria, quibus debent condiri quinque libri Moyse, ut quod legis intelligas, & quod intelligis memoriæ tradas thesauro, & reponas. Vel duo pisces qui ad mensam regis de profunditate maris apportantur, sunt Moyses, & Petrus. Moyses enim ab aqua de qua assumptus est, de nominatus est. Petrus piscator erat, & in apostolatū sublimatus est, & illi Synagoga, huic ecclesia commissa est. Istæ sunt Sarra & Agar. Agar quæ interpretatur solennis, significat Synagogam, quæ in legis obseruantijs quasi quibusdam solemnitatibus gloriabatur. Sarra quæ interpretatur carbo, significat sanctam ecclesiam in die pentecostes igne sancti spiritus ignitam. Filius illius, id est populus Iudæorum impugnat filium istius, id est populum credentium. Vel aliter Sarra quæ interpretatur princeps, est superior pars rationis, quæ debet principari tanquam domina ancillæ, id est sensualitati quam Agar significat, quæ interpretatur uultur. Sensualitas, n. tanquam uultur carnalium desideriorum, cadauera sequitur. Filius eius, id est motus carnis, persequitur filium istius, id est motum rationis. Et hoc est quod dicit Apostolus Gala. Caro concupiscit aduersus spiritum. Et spiritus aduersus carnem. Caro enim bonis naturæ grauida & temporalibus opulenta insurgit in dominam, & euenit illud quod dicitur Prou. Per tria mouetur terra, & quartum sustinere non potest. Per seruum cum regnauerit, per stultum cum saturatus fuerit cibo, & per odiosam mulierem cum in matrimonium fuerit assumpta, & per ancillam cum fuerit hæres dominæ suæ. Seruus regnans est corpus recalcitrans. Stultus cibo satius est animus delitijs inebriatus. Mulier odiosa est opo

Gal. 5.

Pro. 30.

M + ratio

ratio praua, quæ tunc assumitur in matrimonium cum peccator in malæ consuetudinis incidit uinculum. Et sic ancilla Agar, id est sensualitas sit heres dominæ suæ, id est rationis. Sed ut infelix istud dominium dissoluatur, de quinque panibus & duobus piscibus satiavit dominus quinque milia hominum.

De hoc nota quod secundum numerum, quinque milia hominum, sunt quinque conuentus. Primus celebratus fuit in celo. Secundus, in paradiso. Tertius, in monte Oliueti. Quartus, in Hierusalem. Quintus, apud Corinthum. In primo conuentu nata fuit discordia. Primus enim angelus prius albus, sed post ea niger factus monachus, quia primo Lucifer, secundo tenebrifex, discordiam inter fratres seminauit uel zizaniam discordiæ. In choro enim concordia non ab inferiori sed a superiori incepit cantare antiphonam superbiæ. Ascendit (inquit Isa 14.) in caelum &c. id est ad æqualitatem patris. Et ero similis altissimo, id est filio. Et dum sic alte cantaret, & cordis uenæ intumescerent, irreparabiliter cecidit, cuius superbiam firmamentam sustinere non potuit. Item in secundo, id est paradisi conuentu, nata fuit in obedientia propter quam primi parentes proiecti sunt in huius exilij miseriam. In tertio simonia, quæ est emere uel uendere spirituale uel annexum spirituali. Quid autem spirituales? quid sanctius Christo? quem Iudam uendendo simoniæ peccatum credimus incurrisse, & ideo laqueo suspensum crepuisse. Sic omnis simoniacus nisi resignauerit & uere poenituerit, laqueo damnationis æternæ suspensus, medius crepabit. In quarto conuentu paupertas defecit, cum Ananias & Saphyra de precio agri uenditi proprium sibi subtraxerunt spiritui sancto mentientes. Et ideo manifestæ ultionis confessim sententiam pertulerunt. Actuum. Sic proprio renunciantes & sanctæ paupertatis sigillo se consignantes, si Hierico destructam reedificare uoluerint, maledictionis improprium æternaliter sustinebunt. In quinto defecit castitas sicut legitur in epistola prima ad Corinth. quod

Act. 5.

Paulus excommunicationis sententia fornicatorem illum qui uxorem patris accepit in interitum carnis ferre non dubitauit. Vos autem qui estis membra ecclesiæ, oues Hierusalem cælestis, facit quinque partium conuentum, exclusa discordiæ zizania, in obedientiæ uesania, Simoniæ concupiscentia, auaritiæ lepra, & luxuriæ immunditia, ut inter quinque milia hominum, quinque panibus & duobus piscibus satiati, tanquam millenarij perfectione perfecti computari mereamini. Ipso præstante &c. Amen

Dominica V. in passione Domini. De Christi innocentia, & Sanctitate.

Quis ex uobis arguet me de peccato &c. [Ioan. 8. Ioan. 8.]
Quis ex uobis arguet me de peccato &c. [Se cū dum, uerbum Christi, cui debetur diligens audientia [Qui ex Deo est uerba Dei audit.] Tertium, Iudæorum blasphemis. [Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & demonium habes.] Quartum, quod seruanti uerbum Christi promittitur æterna gloria. [Amen dico uobis, si qui sermonem meum seruauerit, mortem non uidebit in æternū.] Quintum, patris glorificatio. [Esi pater meus qui glorificauit me.] Sextum, Abrahæ exultatio. [Abraham pater uesier &c.] Septimum, Iudæorum contra Christum uoluntaria lapidatio uel iniuriæ illatio. [Tulerunt lapides &c.]
Quis ex uobis arguet me, id est accusabis uel conuincet de peccato. Certe nullus. Quomodo quis illū de peccato argueret, qui peccata relaxare & uitā æternā dare uenerat? Vnde Apostolus Heb. Christus assistens pontifex futurorum bonorum &c. Assistens, id est coadiuuās. Vnde propheta Psal. Adiuuit pauperem de inopia. Humanū genus pauper erat, quia spoliatū gratuitis, uulneratum naturalibus, quod erat sine ope alicuius adiuuantis.
 Venit

Heb. 9.

ps. 106.

Venit Christus, ei astitit, & id adiuuit, cum peccata ipsius relaxauit. Fuit etiam assistens, idest obediens deo patri usque ad mortem, mortem autem crucis. In qua non sanguinem hircorum aut vitulorum, sed proprium sanguinem in humani generis reconciliationem deo patri obtulit, ut emundaret conscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruiendum Deo uiuo. Hic dicitur pontifex futurorum bonorum. Pontifex dictus pontem faciens, quasi uia sequentium. Duæ ripæ erant hinc & inde, mortalitatis. scilicet & immortalitatis, inter quas fluebat fluuius immeabilis, iniquitatis. scilicet & miseriarum nostrarum, de quibus Isa. 59. Iniquitates uestræ diuiserunt inter uos & Deum uestrum. Venit ergo Christus assistens pontifex, se ipsum fecit pontem a ripa nostræ mortalitatis usque ad ripam suæ immortalitatis, ut per ipsum tanquam per lignum transversum transiremus ad futura bona possidenda. Et ideo dicitur pontifex futurorum bonorum ut æterna bona nobis daret. Quis ergo arguet eum de peccato? Quid est peccatum nisi præuaricatio legis diuinæ, & cælestium inobedientia mandatorum? Quis ergo eum arguere potest de peccato, cuius in lege domini fuit uoluntas, qui non tantum patri cælesti, sed pauperculæ matri obediuit? Quis ergo arguet me de peccato, si ueritatem dico, quare non creditis mihi. Ideo ueritari non credebant, quia filii diaboli erant, qui mendax est & pater mendacii, quod adinuenit. Sequitur secundum.

Hier. 18. Qui ex Deo est uerba Dei audit.] Deus hebraice dicitur timor latine. Ille est ex Deo qui Deum timet, & qui Deum timet, uerba dei audit. Vnde dominus Hier. Surge & descende in domum figuli, & ibi audies uerba mea. Ille surgit, qui timore correptus dolet fecisse quod fecit. Et in domum figuli descendit, cum se lutum esse cognoscit, timens ne tanquam uas figuli confringat eum dominus, & sic ibi audit uerba domini, quia ex Deo qui timet Deum. Dicit Hieronymus. Magnum prædestinationis signum est libenter audire uerbum Dei, & de patria cælesti audire rumores, ueluti cum aliquis libenter audit rumores de patria

patria terrena. Et contrarium signum est obstinationis. Vnde subditur. [Propterea uos non auditis, quia ex Deo non estis.] quasi dicat, uerba eius ideo non auditis, quia ipsum non timetis. Vnde Hier. Cui loquar & quem contestabor ut audiat? Ecce incircūcisæ aures eorum, & audire non possunt. Ecce uerbum domini factum est eis in opprobrium, & non suscipiunt illud. Idem ibidem. Ecce adducam malum super populum istum, fructum cogitationum eius quia, uerba mea non audierunt, & legem meam proiecerunt. Vt quid mihi thus de Saba affertis, & calamum suaueolentem de terra longinqua? Saba interpretatur rete uel captiua. In thus oratio. In calamo criminis uel laudis confessio designatur. Qui uerba dei non audit, & legem eius (quæ charitas est, quia plenitudo legis est dilectio) proicit, hic frustra thus orationis de Saba, idest mundi uanitate qua irretitus & captiuus tenetur, & calamum confessionis suaueolentem (supple si in charitate fiat) de terra longinqua, idest mentis immunditia quæ hominem separat domino deo, affert. Holocausta uerba uestra. idest abstinentiæ uestræ quibus offertis corpora uestra, mihi non sunt accepta, & uictimæ. idest eleemosynæ uestræ non placuerunt mihi, dicit dominus, eo quod charitatem a uobis proiecistis. Quid plura? omnia opera nostra quo ad uitam æternam sunt inutilia, nisi balfamo charitatis condiantur. Sequitur tertium.

Hier. 18. Responderunt Iudæi & dixerunt ei. Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes? Respondit Iesus. Ego dæmonium non habeo sed honorifico patrem meum, & nos inhonorastis me. Ego autem non quero gloriam meam. Est qui querat & qui iudicet.] Samaritani ab Assyriis translati, ex parte Israelitarum ex parte gentilium ritum tenuerunt, quibus Iudæi non contebantur, eo quod ipsos immundos reputabant. Vnde quem blasphemare uolebant, Samaritanum uocabant. Samaritani interpretantur custodes, eo quod a Babylonis in custodiam Iudæorum sunt collocati. Dicunt ergo. [Nonne bene dicimus nos quia Samaritanus es tu?] Hoc dominus non negando recipit, quia custos

Hier. 1.

stos est, nam non dormit, neque dormitat qui custodit Israel. Et uigilat super gregem suum. Vnde dominus. Hier. Quid tu uides Hieremia? Et dixi. Virgam uigilantem ego uideo, & dominus ad me: Bene uidiisti, quia uigilabo ego super uerbo meo ut faciam illud. Virga a uiriditate uel uirtute uel quod ea uiri regant, sic dicta, significat Christum, qui est Dei uirtus, qui secus decursus aquarum, id est abundantiam gratiarum plantatus, uiridis, id est ab omni peccato immunis permanet, qui de seipso dicit. Luc. Si in uiridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? Cui dixit Pater. Reges eos in uirga ferrea, id est in inflexibili iustitia. Hæc uirga uigilauit super uerbo suo ut faceret illud, quia quod uerbo prædicauit, facto compleuit & ostendit. Super uerbo suo uigilat, qui quod uerbo prædicat, opere exercet. Vel Christus dicitur uirga uigilans, pro eo quod sicut fur de nocte uigilans, uirga in qua est uncinus, res de domo dormientium extrahendo furatur. Sic Christus uirga suæ humilitatis uel humanitatis, & uncino suæ crucis animas diabolo est furatus. Vnde hic dixit. Cum exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum, uncino scilicet crucis. Dies enim domini (ait Apostolus. 1. Thessal. 5.) sicut fur in nocte ueniet. Et Apoc. 3. Si non uigilaueris, cito ueniam ad te quam fur. Item Christus dicitur uirga nucæ uel amygdalina. Nota quod in nucæ uel amygdalo est nucleus dulcis, testa solida, cortex amarus. In nucleo dulci designat Christi diuinitas. In testa solida, eius anima. In cortice amaro, eius caro, quæ amaritudinem sustulit passionis. Hic uigilauit super uerbo patris quod dicere potest suum, quia unum cum patre est, ut faceret illud. Vnde dicit. Sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. [Ego demonium non habeo], qui patris mandatum facio.

Hier. 15.

Falso ergo Iudei blasphemant, dicentes. [Demonium habes.] De quorū blasphemia Hier. 15. Veh mihi mater mea. Quare genuisti me uirum rixæ, uirum discordiæ in uirgata terra? Non foeneraui, nec foeneraui mihi quisquam.

Omnes

Omnes maledicunt mihi, dicit dominus. Nota quod duplex est uah. Culpæ & pœnæ uah, pœnæ Christus habuit, sed non culpæ. uah ergo mihi mater mea, quare ad tantam pœnā genuisti me uirum rixæ, uirum discordiæ? Rixa est quæ inter multos committitur. Inde rixosus a ritu canino sic dictus, eo quod ad contradicendum semper est paratus. Discordia dicta quasi diuersa corda. Discordare est habere cor diuersum. Sic inter Iudeos propter uerba Christi erat rixa, qui semper erant parati quasi canes ad latrandum, et contradicendum: & diuersum cor habebant. Quidam enim dicebant, Bonus est, alij uero non, sed seducit turbas. Ioan. Non foeneraui nec foeneraui mihi quisquam. Foenerator dicitur & qui dat mutuum, & qui accipit. Ergo Christus non foeneraui, quia non inuenit de Iudeis qui suæ doctrinæ pecuniam a commodaret. Et ei non foeneraui, quisquam, quia nummum doctrinæ noluerunt bono opere multiplicare, immo omnes maledicebant ei, dicentes. [Samaritanus es tu, & demonium habes. Respondit Iesus. Ego demonium non habeo], Falsum negat, sed ut patiens conuicium non reddit. [Sed honorifico (inquit) patrem meum,] honorem scilicet debitum exhibendo, omnia ei attribuendo. [Et uos inhonorastis me.] Vnde in persona eius Hier. Threno, 3. Factus sum in derisum populo meo canticum eorum tota die. Et iterum in eodem. Dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobriis. [Ego autem gloriam meam non quero,] ut homines qui illatis iniurijs & contumelijs aliquid reddunt. Sed patri referuat. Vnde subdit. [Est qui querat & iudicet]. Vnde Hier. Tu domine Sabaoth qui iudicas iuste, & probas renes & corda, uideam ultionem tuam ex eis. Nota quod duplex est iudicium: Vnum damnationis, de quo Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio. Ioan. Alterum discretionis, de quo dominus in introitu Missæ. Iudica me Deus & discerne causam meam de gente non sancta. Secundum hoc dicitur hic. Est pater qui querat gloriam meam, & discernat a gloria ue-

Ioan. 7.

Hier. 11

Ioan. 5.

tra

stra, quia uos secundum seculum gloriamini, ego non, sed ea gloria quam habui apud patrem antequam mundus esset, quæ est ab humana inflatione discreta. Moraliter. Dæmoniū habes. Dæmonū dictū quasi daimoniō, id est peritū & rerum scium. Dæmon græce dicitur ualde sciens. Quando aliquis adulando uel applaudendo dicit tibi, Peritus es & multa scis, tunc dicit tibi? Dæmonium habes. Et tu statim debes respondere. Ego dæmonium non habeo. A meipso nihil scio, nihil boni habeo, sed honorifico patrem meum. Ipsi totum attribuo, ipsi gratias ago, a quo est omnis sapientia, omnis peritia & scientia. Ego gloriam meam non quæro, dicens cum beato Bernardo. Verbum uanæ gloriæ noli me tangere. Illi enim soli gloria debetur, cui dicitur Gloria patri & filio & spiritui sancto. Item dicit. Non quærit angelus ab angelo gloriam in cælo, & homo ab homine laudari cupit in terra. Sequitur quartum.

Amen amen dico uobis, si quis sermonem meum serauerit, mortem non uidebit in æternum. Dixerunt ergo Iudæi. Nunc cognouimus quia dæmoniū habes. Abrahā mortuus est & propheta, & tu dicis. Si quis sermonem meum seruauerit non gustabit mortem in æternum. Quem teipsum facis? Respondit Iesus. Si ego glorifico meipsum gloria mea nihil est. Amen, id est uere & fideliter, uel fiat, quod est Hebræum sicut Alleluia

Apoc. 19 & sicut in cælo ab Ioanne in Apoca. c. 19. Amen, & Alleluia sunt audita, ita in terris cunctis gentibus pronunciare hæc duo uerba ab Apostolis sunt edita. Amen amen ergo dico uobis, si quis meū sermonem serauerit, mortem non gustabit in æternum. Mors est dicta a mortu primi hominis, quia ueritæ arboris pomum mordens mortem incurrit. Qui si sermonem domini (ex omni ligno paradisi comede, de ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas) seruasset, mortem in æternum non gustasset. Sed quia non seruauit, mortem gustauit, et cum

Mat. 11. omni posteritate sua periit. Vnde Hier. Oliuam uberem pulchram fructiferam speciosam uocauit dominus pomen tuum, ad uocem loquelæ grandis ignis exarsit in ea,

in ea, & combusta sunt fruteta eius. Oliua est humana natura, quæ ante peccatum fuit oliua in agro Damasce no creata, sed in paradiso uoluptatis (ut ita dicam) plantata, uber, id est fertilis ingratis, pulchra in naturalibus fructifera in delitiis, speciosa in dotibus. Sed heu ad uocem loquelæ grandis, scilicet diabolicæ suggestio nis grandia promittentis, Eritis sicut dii, ignis uanæ gloriæ & auaritiæ exarsit in ea. (Et sic cōbusta sunt fruteta eius, id est omnis posteritas ipsius. O filii Adæ, nolite imitari patres uestros, qui domini sermonem non seruauerunt, ideo perierunt. Sed seruate ipsum uos, Amē amē dico uobis, quod si quis sermonem meum serauerit, mortem non gustabit in æternum. Gustate & uidete & c. Gustare hic est idem quod experiri. Sequitur. [Dixerunt ergo Iudæi. Nunc cognouimus quia dæmonium habes]. O insanæ mentis uesania, o dæmoniæ gentis perfidia, non sufficit uobis semel tam horribili, tam ignominiabili conuicio innocentem ab omni uitio immunem blasphemare nisi & secundo reperatis? [Nunc cognouimus quia dæmonium habes]. O cæci, si cognouissetis, non eum dæmonium habere, sed Dei filium esse credidissetis. Abraham mortuus est, non illa morte quam dixit dominus, *Gen. 25.* sed morte corporali, de qua Gene. Fuerunt Dies Abrahæ centum. 75. anni. Et deficiens, mortuus est in senectute bona prouectæque ætatis, & plenus dierum, congregatusque est ad populum suum. Et sepelierunt, eum Isaac & Hismael filij sui in spelunca duplici. Sequitur quintū.

Est pater qui glorificat me, quem uos dicitis, quia Deus noster est, & non cognouistis eum. Ego autem noui eum. Et si dixero. & c. Sed scio eum, & sermonem eius seruo]. Nota quod pater clarificauit filium suum in natiuitate cum nasci fecit ex uirgine. In Iordanis flumine. Et in monte cum dixit. Hic est filius meus dilectus. Clarificauit etiam in resuscitatione Lazari. Et in resurrectione & ascensione sua. Vnde Ioan. Pater clarifica filium tuum. Venit ergo uox de cælo, dicens. Et clarificaui, scilicet in resuscitatione Lazari. Et iterum clarificabo, in resurrectione, & in ascen-

ascensione. [*Est ergo pater qui clarificat me, quē dicitis quia Deus noster est.*] Hic habes aperte testimonium contra hereticos, qui legem Moyſi a deo tenebrarum dicunt esse datam Sed Deus Iudeorum qui dedit legem Moyſi, est pater Iesu Christi, ergo pater Iesu Christi dedit legem Moyſi. [*Et non cognouistis eum.*] spiritualiter, dum pro terrenis seruitis. Ego autem noui eum, quia unum cum ipſo. [*Et si dixerō quia non scio eum, ero similis uobis mendax*] cum dicitis scire & nescitis. [*Sed scio eum, & sermonem eius seruo.*] Sermonem patris ut filius loquebatur, & ipse erat uerbum patris, qui omnibus loquebatur, seruat seipsum, idest diuinitatem in se. Sequitur sextum.

Abraham pater uester exultauit ut uideret diem meum. Vidit, & gauisus est. Dixerunt ergo Iudaei ad eum. Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham uidiſti? Dixit eis Iesus. Amen dico uobis, ante quam Abraham fieret ego sum. Nota etiam ista tria uerba, Exultauit, Vidit, & gauisus est. Nota etiam quod est triplex dies domini, Natiuitatis, passionis, & resurrectionis. De primo Iohel. 3. In die illa fons de domo Dauid egredietur, & irrigabit torrentem spinarum, idest in die natiuitatis fons, idest Christus, de domo Dei & de utero uirginis egredietur, & irrigabit torrentem spinarum, idest refrigerabit abundantiam miseriarum nostrarum, quibus quotidie pungimur & uulneramur. De secundo Iſa. 27. Meditatus est in spiritu suo duro per diem æstus idest per diem passionis, in qua sustinuit dominus æstum labores & dolores. In spiritu suo duro, dum pendere in cruce, meditatus fuit qualiter diabolus damnet, et humanum genus de manu eius eriperet. De tertio die habetur Osee. In die tertia suscitabit nos, & uiuemus in conspectu eius, sciemus sequemurque ut cognoscamus dominum. In his quatuor uerbis, quatuor glorificati corporis detes intelligimus. Viuemus, ecce immortalitas. Sciemus, ecce subtilitas. Sequemur, ecce agilitas. Ut cognoscamus dominum, ecce claritas. Abraham ergo idest uir iustus exultat in die natiuitatis

uitatis de uerbo incarnato. Videt oculo fidei ipsū pendētem in crucis patibulo: cum quo immortalis gaudebit in caelesti regno. [*Dixerunt ergo Iudaei*] ad eum solam in aetate carnis pensantes, non diuinam naturam considerantes. [*Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham uidiſti?*] Cū Christus trigessimū, uel forte trigessimū secundū ageret annū: propter nimium laborē & prædicationis infatigabiliū maiores ætatis esse uidebat. [*Dicit ergo eis. Ante quam Abraham fieret ego sū.*] Nō dixit esset sed fieret: quia creata. Nō dixit factus sed sū: quia creator. Sequitur septimū.

Tulerunt ergo lapides Iudaei: ut iacerent in eum. Iesus autē abscondit se, & exiit de templo. Lapidem ad lapides concurrerunt, ut lapidem angularem lapidarent: qui duos parietes iudaicum scilicet & gentilem populum ex aduerso uenientes in seipſo copulauit. Iudaei paternæ multitudine imitatores dominum prophetarum lapidare uoluerunt: quorum patres Hieremiam in Aegypto lapidauerunt. Vnde eis dicit dominus Matth. Filij eorum qui prophetas occiderunt, & uos implere mēsuram patrum uestrorum. Moraliter. Falsi Christiani filij alieni, idest diaboli qui mentiti sunt domino, pactum baptismi, uiolando duris peccatorum lapidibus patrem & dominum suū Christum a quo denominati sunt Christiani, quantum in ipſo est quotidie lapidant: & ipsū, idest fidem ipsius interficere conantur. Isti tales sunt sicut filij uulturis: qui patrem suum permittunt mori fame. Non sunt sicut filij grauis: qui se morti pro patre opponunt quando falco insequitur patrem: quem senio confectum pascunt, quia tunc uenari non potest. Pater noster tanquam pauper esuriens pulsat ad ostium ut ei aperiamus, & ei si nō cenā saltē peruā buccellā demus. Ego inquit sto ad ostiū & pulso. Si quis mihi aperuerit, intrabo ad illum. &c. Apocal. [*Iesus autem abscondit se & exiit de templo*]: ideo in hac dominica quæ intulatur in passione domini, Gloria patri in respōsionis dimittitur: nec tamē omnino subtrahitur, eo quod nōdum traditus fuerat dominus in manus Ianiſtarum. Rogemus ergo,

Ser. Do. S. Anto. de Padua.

N

Domini

Dominica in Ramis palmarum. De ingressu Christi in Hierusalem, ubi ostenditur qualis, & quantus Rex sit Christus, & in quibus Dominatur.

Matt. 21
Marc. 11
Luc. 9.

Vm appropinquaret Iesus Hierosolymis & c. Matth. In presenti euangelio quatuor sunt uidentia. Primum est Christi benignitas in Hierusalem uisitatione, ibi. *[Et uenisset Bethphage, & c.]* Secundum, ipsius auctoritas in discipulorum missione, ibi. *[Misit duos ex discipulis.]* Tertium, Christi humilitas in asini sessione: ibi. *[Dicite filie Sion.]* Quartum est turbę iocunditas in Christi receptione, quia *[Clamabant, Osanna & c.]*

Quo ad primum, Nota quod hanc uiam Christus cum Hierosolymas uenit, fecit. Primo uenit Bethaniam, quę est domus obedientię, id est beatę Marię, quę uoci angeli obediuit, ideo filium Dei suscipere meruit. Secundo de Bethania in Bethphage, quę interpretatur domus buccę, hęc fuit ipsius prædicatio. Ad hoc enim carnem accepta a uirgine, ut postea ueniret ad prædicationem. Et de Bethphage ad montem Oliueti, id est misericordię, Oleon enim interpretatur misericordia. Mons oliueti significat excellentiam miraculorum, quę misericors & benignus Iesus cæcis, leprosis, demoniacis, & mortuis misericorditer conferebat. Et de monte oliueti uenit Hierosolymam, negotium nostrę salutis, pro quo uenerat, completurus, humanum genus per quinque fere milia annorum inferni carcere captiuum suo sanguine de manu diaboli redempturus. Christus enim sic nos liberauit quędam auis quę Struthio dicitur, filium suum liberauit. Dicitur enim quod sapientissimus Salomon rex quendam auem scilicet Struthionem habuit, cuius filium in uase uitreo reclusit, quem mater dolens uidebat & habere non poterat, tandem præ nimia filij dilectione,

etione, abiit in desertum, in quo uermes inuenit, inuenit detulit, delatum & positum super uas uitreum rupit. Cuius sanguinis uirtus uitrum confregit. Et sic Struthio filium liberauit. Moraliter. Quid auis, quid filius, quid uas uitreum & desertum, quid uermes & sanguis significant, uideamus. Ista auis significat diuinitatem. Filius eius, Adam & eius posteritatem. Vas uitreum, carcerem infernalem. Desertum, uterum uirginalem. Vermis, Christi humanitatem. Vnde ipse dicit Psal. Ego sum uermis & non homo. Sanguis eius passio nem. Deus ergo ut humanum genus de carcere inferni liberaret, uenit in desertum, id est, uirginis uterum, ex qua accepit uermem, id est humanitatem. Vnde ipse dicit. Ego sum uermis & non homo. Quia Deus & homo hunc uermem in crucis patibulo rupit, ex cuius latere sanguis exiuit. Cuius uirtus portas inferni confregit, & humanum genus de manu diaboli liberauit. Moraliter. Dicit Ioan. in euangelio. Ante sex dies paschę, id est in Sabbato quo est ante dominicam Palmarum, uenit Bethaniam, ubi Lazarus fuerat mortuus, quem suscitauit Iesus. Fecerunt autem ei cœnam, & Martha ministrabat. Lazarus uero erat unus ex discumbentibus cum eo. Maria ergo accepit libram Nardi pistici preciosi, ungebat pedes Iesu. Matthæus uero & Marcus dicunt quod effudit super caput eius recumbentis. Bethania interpretatur domus afflictionis. Hęc est contritio cordis, de qua Psalm. 35. Afflictus sum & humiliatus nimis, rugiebam a gemitu cordis mei. In hac domo suscitatur Lazarus, qui interpretatur adiuutus. In domo enim contritionis peccator resuscitatur, cum diuina gratia adiuuatur. Vnde Psalm. 27. In ipso sperauit cor meum & adiuutus sum. Cum cor sperat, gratia adiuuat. Tunc enim cor sperat de indulgentia, cum ipsum dolor contritionis pro peccato cruciat. Sequitur. Fecerunt autem ei cœnam, & Martha ministrabat. Duę sorores peccatoris a morte peccati resuscitati, Martha, scilicet quę prouocans uel irritans,

& Maria qui interpretatur stella maris, sūt timor pœnæ & amor gloriæ. Timor pœnæ prouocat peccatorem ad planctum, & irritat quasi canem ad inuestigandum, ad confitendum peccatum & peccati circumstantias. Amor gloriæ illuminat, timor satagit, amor inungit; Martha (inquit) ministrabat, scilicet timor, panem doloris, uinum compunctionis. Hæc est cœna Iesu de qua
Mat. 26. Matth. 26. Cœnantibus autem eis accepit Iesus panem & benedixit ac fregit, deditque discipulis suis. Et accipiens calicem gratias egit & dedit illis, dicens. Bibite ex hoc omnes. Lazarus uero unus erat de discumbentibus cum Iesu, ut non phantasma sed ueritatis eius uera resurrectio probaretur, comedit, & bibit. Quanta gratia peccatoris? qui prius occubuit modo discumbit, cum Iesu & eius discipulis epulatur qui prius uentrem de siliquis porcorum, idest mentem immunditiis dæmonum implere cupiebat, & nemo illi dabat. Sequitur. Maria ergo accepit libram nardi pistici preciosi. Libra duodecim uncis perficitur, & inde habetur perfecti ponderis genus, quia tot constat uncia quot mensibus annus. Libra dicta eo quod sit libera, & cuncta intra se pondera sunt reclusa. Nardum pisticum, idest fidelem, & sine impostura, græcum est. Pistis enim græce fides dicitur latine. Libra duodecim uncis constans est fides duodecim apostolorum perfecta & libera. Maria ergo, idest amor cœlestis gloriæ. Libra nardi pistici, idest fide duodecim apostolorum inuigilans caput diuinitatis, & pedes humanitatis, Christum Deum & hominem natum passumque confitendo. Et ita domus, idest conscientia pœnitentis repletur ex odore unguenti, dicens cum sponsa. Canticorum primo. O domine Iesu fune tui amoris trahere me post te ut curram in odorem unguentorum tuorum, ut de Bethania ueniam in Bethphagæ, quæ interpretatur domus buccæ, & significat confessionem, in qua debemus esse uelut mansionarii, non tanquam hospites unius
Hier. 14. noctis prætereuntis, ne nobis eueniat quod dicit Hier.
 Hæc

Hæc dicit dominus populo huic qui dilexit mouere pedes suos & non quieuit, & ideo non placuit, nunc recordabitur iniquitatum eorum. Cum de Bethphage uenit ad montem Oliueti. Nota quod mons Oliueti dicebatur mons luminum, quia illuminabatur a sole a seipso, a templo. A sole, quia ad orientem positus, solis radios suscipiebat. A seipso propter abundantiam olei quam habebat. A templo, propter luminaria quæ in ipso ardebant, & sic montem illuminabant. Mons Oliueti, est excellentia satisfactionis, ad quam debet uenire pœnitens de domo confessionis. Et bene satisfactio dicitur mons trium luminum. Homo enim existens in pœnitentia satisfactione illuminatur a sole iustitiæ Iesu Christo, qui dicit Ego sum lux mundi. A seipso, quia debet habere abundantiam olei. i. misericordiam in se & in proximo. Vnde Iob. Visitans speciem tuam non peccabis. Quidam
Iob. 5. sanctus dicebat. Nunquam melius anima uidebit per ueritatem speciem suam supra se, quam si caro se inclinet per charitatem ad speciem suam infra se illuminatur a templo, idest fidelium cœnui. de quibus Apostolus. 1. Cor. 2. Templum Dei sanctum est quod estis uos. Cui de monte Oliueti uenit Hierosolymam. Hæc enim tria, cordis contritio, oris confessio, operis satisfactio perducunt ad lumen Hierusalem cœlestis in æternam beatitudinem. Bene ergo dicitur. Cum appropinquaret Iesus Hierosolymam. Sequitur secundum.

Tunc misit duos discipulos suos, dicens. Ite in castellum quoddam contra uos est, & statim inuenietis asinam alligatam, & soluite eam & adducite mihi. Moraliter, discipulus dictus eo quod disciplinam discit. Castellum est ubi est murus in circuitu & turris in medio. Asinus uel asina dicta quasi alta fines. Pullus quasi pollutus, quia recens est. Duo ergo discipuli uiri iusti, qui disciplinam patris discunt, sunt mundi despectio, & cordis humiliatio. Isti duo discipuli sunt Moyses & Aaron, qui Hebræos educunt de
Iosu. 6. Aegypto. Duo uestes arcam testamenti portantes. *Exo. 25.* Duos cherubim propitiatorium uersis uultibus pro-

spicientes. Per Moysen qui (ut dicit Apostolus ad Hebræos undecimo) maiores diuitias æstimauit thesauro
Nu. 16. Aegyptiorum improprium Christi, mundi despectio significatur. Per Aaron (qui ut dicitur, ignem extinxit, & irā dei ne in populum desæuaret sedauit) cordis humilitas designatur, quæ extinguit ignem diabolicæ suggestionis & sedat iram diuinæ animaduersionis. Isti duo discipuli tanquam uectes inflexibiles portant arcam testimonii. i. doctrinam Christi uel obediētiā prælati. Duo Cherubin qui prospiciunt in propitiatorium, idest ipsum Christum qui est propitiatio pro peccatis nostris, prospiciunt in quam in præsepio reclinatum, in cruce suspensum, in monumento sepultum. Istos duos discipulos mittit uir iustus dicens, ite in castellum quod cōtra uos est. Castellum ut diximus, constat ex muro & turre. muro temporalium abundantia, in turre diabolo superbia designatur. Sicut enim in muro lapis lapidi superponitur & cæmento congruitur, sic in abundantia temporalium pecunia pecuniæ additur, domus domui adiungitur, ager agro copulatur, & cæmento cupiditatis tenaciter colligatur. De quo moraliter Isa. Venter meus ad Moab quasi cithara sonabit, & uiscera mea ad murum cocti lateris. Hieremias eadem uerba ponit. Cor meum (inquit) ad Moab quasi tibia æris resonabit, & cor meum ad uiros muri fictilis dabit sonitum tiliarum. In ventre mens. In cithara uel tibia prædicationis melodia, quæ debet sonare ad Moab, idest peccatorem, qui est ex patre diabolo, qui ædificat murum cocti & fictilis lateris, idest abundantiam temporalium. Cocti, quia igne cupiditatis indurati. Fictilis, quia cito casuri. In turre notatur diaboli superbia. Hæc est turris Babel, idest confusionis. Turris Siloe, quæ ut dicitur Luc. corruens. 18. homines interfecit. Contra hoc castellum mittit uir iustus duos discipulos suos, scilicet mundi contemptum, ut abundantia transitoria murum diruat & cordis humilitatem, ut turrim superbiae deiciat. Et bene dicit, Quod contra uos est abundantia enim temporalis

temporalis paupertati, Superbia humilitati semper est contraria. In hoc castello asina alligata & pullus cum ea inuenitur. Asina alta sinens & per plana incedens est uita clericorum & religiosorum, quæ relicta altitudine contemplationis tanquam pigra & stolidi incedit per plana carnalis uoluptatis. Heu heu quot delectationum uinculis, quot peccatorum funiculis hæc asina alligatur. *[Et pullum (inquit) cum] ea,* Huius asinæ pullus est clericus uel religiosus, qui bene dicitur pullus, eo quod multis uitiis pollutus. Inuenitur hic cum asina, ipsius ubera, gula scilicet & luxuriæ a posterioribus lactando. Sed soluite & adducite mihi. O domine Iesu quid est quod dicis? Quis est qui uincula clericorum & falsorum religiosorum diuitias, honores, & uoluptates, quibus alligati tenentur, potest soluere, & eorum superbiam edomare & ad te adducere? Omnes (inquit Hieremias cap. octauo) sunt quasi equus impetu uadens in prælium. Et propterea ergo dominus cibabo eos absinthio, idest amaritudine mortis æternæ, & potabo eo felle, idest amaritudine conscientia remordentis. Hieremias. 9. A prophetis enim Hierusalem, idest clericis & religiosis egredia est pollutio super terram. Soluite inquit & adducite mihi. Contemptus mundi & humilitas animi omnia uincula soluunt, & asinam & pullum domino adducit. Sequitur tertium.

Hoc autem totum factum est ut adimpleretur quod dictum est per prophetam, scilicet Zachariam dicentem. Dicite filia Sion. Ecce rex tuus uenit tibi mansuetus sedens super asinam & pullum filium subiugalis.] Hæc est litera in Zach. Exulta Iaris filia Sion, iubila filia Hierusalem. Ecce rex tuus ueniet tibi iustus & saluator, ipse pauper & ascendens super asinam, & super pullum filium asinæ. Venit igitur sedens super asinam & filium subiugalis, idest asinæ sub iugo edomitæ. O utinam tantum regem tantum sessorem clerici & religiosi uellent suscipere, & tanquā animalia mansuera eū suauiter portare, ut cū ipso in Hierusalē supernam mererentur introire. Sed quia sunt filii Belial, id

Hiere. 2 est absque iugo, qui ambulauerunt (ut dicitur Hierem.) post uanitatem, & uani facti sunt, & non dixerunt ubi est Deus. Qui confregerunt iugum & ruperunt uincula & dixerunt, Non seruiam. Ideo de eis subditur Zacha. 9. Dispergam quadrigam ex Effraim, & equum de Hierusalem, & dissipabitur arcus belli. Quadriga quæ quatuor rotis uoluitur, est abundantia clericorum quæ consistit in quatuor, scilicet in latitudine possessionum, In multiplicatione præbendarum & reddituum, In lautitia ciborum: Et in lasciuia uestium. Hanc quadrigam dominus disperdet, & ascensorem eius proiciet in mare infernale. Et disperget equum, idest superbiam spumantem & effrenem religiosorum, qui sub habitu religioni, sub prætextu sanctitatis magnos se putant, sed magnus & potens dominus qui humilia respicit & magna deponit, istum equum proiciet de Hierusalem celesti in quam nullus intrabit, nisi qui se humiliauerit usque ad mortem, mortem autem crucis. Moraliter, Rex sedens super asinam & pullum eius, est iustus carnem reprimens, & appetitum eius refrenans. Vnde Hierem. 31. Virgo Israel adhuc ornaberis tympanis tuis & egredieris in choro ludentium. In tympano quod est pellic mortua in ligno extensa, carnis mortificatio. In choro ubi uoces resonant unitæ, concordia designatur. Anima ergo tympanis ornatur, & in choro ludentium egreditur, cum carnis mortificatione, & uirtutis concordia decoratur. In tympano & choro (sicut dicitur David Psal. 150.) laudate Deum. Aliter. Rex sedens super asinam, est Christus reges plebem sibi commissam, de quo **Eccle. 10** Eccle. Beata terra, (idest ecclesia) cuius rex nobilis est & cuius princeps, (idest prælati) uescuntur tempore suo. id est ad reficiendum & non luxuriandum, tantum comedunt ut uiuant, non uiuant ut comedant. Vel uescuntur tempore suo, quia non querunt hic remunerationem sed in futuro. Iste rex debet esse (ut supradictum est) mansuetus, iustus, saluator, & pauper. Mansuetus in illata iniuria & erga subditos. Iustus circa superbos, infundens oleum

oleum & uicum, uel in reddenda unicuique in iustitia sua. Saluator erga pauperes uel in prædicatione & oratione. Pauper inter diuitias, uel cordis humilitate & sui ipsius despectione. Beata asina, beata ecclesia quæ talem habet sessorem. Sed episcopus nostri temporis est sicut Balaam sedens super asinam, quæ angelum uidebat quæ Balaam uidere non poterat. Balaam interpretatur præcipitans fraternitatem uel turbans gentem, uel deuorans populum. Hic est inutilis clericus, episcopus infatuus qui malo suo exemplo præcipitat fraternitatem fidelium in peccatum, & postmodum in infernum, sua insipientia (quia idioia) turbat gentem, sua auaritia deuorat populum. Iste talis sedens super asinam non dico uidet angelum, sed uidet diabolum, qui cum nititur præcipitare in infernum, sed plebs simplex dum recte credit, dum bene agit, uidet angelum magni consilii, diligit & cognoscit filium dei. Sequitur quartum.

Plurima autem turba strauerunt uestimenta sua in uia. Alii uero ex ea. de arbo. & struebant in uia. Turbae autem quæ præce, & quæ seque. cla. dicentes. Osanna filio David, benedictus qui uenit] &c. Nota ista tria, strauerunt uestimenta, cædebant ramos, & clamabant Osanna. **Eccle. 9.** Vestimenta sunt nostri corporis membra, quibus uescitur anima. De quibus Salamon eccle. Omni tempore uestimenta tua sint candida. Hæc debemus sternere in uia, idest pro nomine Iesu morti & passioni exponere, ut ipsa gloriosa & immortalia in generali resurrectione mereamur recipere, quando hoc mortale induerit immortalitatem & corruptibile hoc incorruptionem. Rami sunt sanctorum patrum exempla. de quibus **Leuit. 23.** Sumeris uobis fructus arboris pulcherrimæ spatulasque palmarum, & ramos ligni densarum frondium, & salices de torrente, & lætabimini coram domino. Arbor pulcherrima est uirgo Maria, cuius fructus fuerunt humilitas & paupertas. Palmæ, fuerunt Apostoli, qui de mundo palmam uictoriæ sportauerunt. Spatulæ, sunt fructus palmarum antequam.

Eccle. 9.**Leuit. 23**

Isa. 14.

quam aperiantur, per quas intelligimus fidem, spem, & charitatem Apostolorum. Lignum densarum frondium est crux Christi, quæ densas Dei frondes per totum mundum expandit. Rami huius ligni fuerunt quatuor cornua crucis, quæ fuerunt in manibus Christi. In his quatuor cornibus fuerunt quatuor lapides præciosi, qui sunt misericordia, obedientia, patientia, perseverantia. In superiori cornu fuit misericordia. In dextro obedientia. In sinistro patientia. In inferiori, perseverantia. Salices de torrente quæ in uiriditate permanent, omnes sanctos significant, qui in torrente istius fluxibilis mortalitatis uirides in bono opere perseverauerunt. Sumamus ergo nobis fructum arboris pulcherrimæ, id est paupertatem & humilitatem uirginis Mariæ & spatulas, &c. & salices de torrente, id est uirginitas opera omnium sanctorum, & lætemur coram domino Deo nostro Iesu Christo dicentes cum turbis & Hebræorum pueris. [*Osanna filio David.*] &c. *Osanna* interpretatur salus, uel salua obsecro. [*Osanna*] ergo, id est salus est filio David, uel a filio David, uel filio, id est per filium. *Benedictus*, id est immunis a peccato. Et tunc singulariter benedictus es, O tu Christe qui uenis in nomine domini, id est qui uenturus es. Nam qui primum in forma serui apparuisti, tandem in gloria domini apparebis. *Osanna in excelsis*, id est salua in excelsis, quasi diceret. qui saluasti redimendo in terris, salua obsecramus collocando nos in excelsis. Amen.

Mat. 12

1. Reg. 30

Feria Sexta in Parasceue, De Passione Domini
& quomodo mysticè etiam
crucifigitur.

Luc. 18.

Mat. 20

Mar. 10.

Traditur gentibus & illudetur, & flagellabitur, & con-
spuetur, & postquam flagellauerit occidetur. In
uarijs euangeliorum locis. Hæc captiuo quod
pauca

bertas traditur angelorum gloria illuditur. Omnium
Deus flagellatur. Speculum sine macula & candor lucis
æterne conspuitur. Morientium uita occiditur. Et quod
nobis miseris ulterius restat agendum, nisi ut eamus &
moriatur cum illo, O anima compone collyrium. Fac
tibi planctum amarum super mortem unigeniti super
passionem crucifixi. Dominus innocens traditur a disci-
pulo, illuditur ab Herode, flagellatur a præfide, conspui-
tur a Iudeorum plebe, crucifigitur a militum cohorte.
[*Traditur ergo a discipulo.* Quid (inquit) uultis mihi da-
re & ego uobis eum tradam, Prohdolor ponitur in præ-
tiores impreciables. O Iuda domini dei filium tanquã
uile mancipium, tanquam canem mortuum, uis uende-
re, cum non tuam, sed ementium requiris uoluntatem?
Quid (inquit) uultis mihi dare &c. Et quod possum tibi
dare? Si Hierusalem, Galilæam, Samariam dederim nũ-
quid Iesum emere possum? Si cælum, & angelos, terrã,
& homines, mare, & omnia quæ in eis sunt tibi dare
potuissent, nunquid dei filium in quo sunt omnes the-
sauri sapientiæ & scientiæ Dei absconditi emere ualuis-
sent? Non utique. Nunquid creator a creatura emi uel
uendi potest? Et tu dicis. Quid uultis mihi dare & ego
uobis eum tradã? Dic mihi, in quo tibi nocuit? Vbi illa
incomparabilis filii Dei humilitas, & paupertas? Vbi
benignitas & affabilitas Vbi illa dulcis prædicatio & mi-
raculorum operatio? Vbi illæ lachrimæ piissimæ super
Hierusalem, & morte Lazari effuse? Vbi priuilegiũ quo
te elegit in apostolum, & fecit familiarem amicũ, Hæc &
his similia cor tuum emollire & te ad misericordiã de-
buerant procurare, ne diceres. Et ego uobis eum tradã.
O quot hodie Iudæ Scariothès (qui interpretatur mer-
ces) qui mercede alicuius comedi temporalis uendunt
veritatem, osculo adulationis proximum tradunt, & sic
ultimo laqueo se suspendunt æternæ damnationis. Illu-
sus etiam fuit ab Herode, Vnde dicitur. Spernit autem il-
lum Herodes cum exercitu suo, & illudit indurum ueste
alba. Dei filius spernitur ab Herode uulpe. Item (inquit
Luc.)

Matt. 26

Luc. 23.

Luc. 13.) dicite uulpi illi & eius exercitui. Cui angelorum exercitus uoce proclamant, Sanctus dominus Sabaoth. Cui (ut dicitur Dan.) millia millium & decies centena millia assistunt & ministrant. Et illustrit (inquit) indutum ueste alba. Pater induit eum, scilicet Christum ueste alba, id est carne ab omni labe peccati munda, a uirgine immaculata assumpta. Deus pater filium glorificauit quem Herodes spreuit. Pater uester alba induit, & Herodes illustrit indutum. Proh dolor fit hodie. Herodes interpretatur gloria pellis, & significat hypocritam, qui in interiori conuersatione quasi in pelle gloriatur, cum omnis gloria filiae. id est aemulæ regis caelestis fit abintus. Hic Iesum spernit & illustrit. Spernit cum crucifixum prædicat, & crucifixi stigma non portat. Illustrit cum sub gloria pellis se abiecit ut Christi membra decipere possit. Fistula dulce canit uolucrum dum decipit auceps. Gloria pellis Herodianæ, quod hodie decipit. Fuit etiam flagellatus a Pontio Pilato. Vnde Ioan. Tunc apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit. Dicit Isa. Flagellum inundans cum transierit, eritis ei in conculcationem. Quando cumque pertransierit tollet uos. Ne, scilicet flagellum istud per quod mors æterna uel diaboli potentia significatur, uos conculcet, omnium Deus Dei filius fuit ad columnam tanquam latro ligatus & atrocissime flagellatus in tantum ut sanguis emanaret. O mansuetudo diuinæ pietatis. O patientia paternæ legis uel benignitatis, o profundum & inscrutabile æterni consilij arcana. Videbas pater unigenitum tuum coequalé ad columnam latronum ligatum, & flagellis sicut hominem homicidam lanari. Et quomodo te continere potuistis? Gratias tibi agimus pater sancte, quia per dilecti filii tui uincula, & flagella, a uinculis peccati, & flagellis diaboli sumus liberati. Sed heu Pontius Pilatus in terra flagellat Christum. Pontius interpretatur pater declinans. Pilatus malleator uel ore contundens. Et significat illum qui declinat a bono proposito, & post uotum tendit ad uomitum. Hic or-

blasphemiam, & linguæ malleo contundit Christum, & flagellat etiam in membris suis. Egressus enim Sathã a facie domini, ordini detrahit, istum uocat superbum, istum accusat gulosum, & ut ipse innocens appareat, uere innocentes ut nocentes iudicat, ut sub multorum ignominia suam ualeat iniquitatem palliare. Fuit etiam Iudæorum sputis illitus. Tunc inquit Matthæus expuerunt in faciem eius, & colaphis eum ceciderunt. Alij autem palmas in faciem eius dederunt. O pater, caput filij tui Iesu arundine percutitur. Facies in quam angeli desiderant prospicere, Iudæorum sputis foedatur, alapis cœditur, eius barba depilatur, per capillos trahitur, et tu clementissime taces & dissimulas, & potius uis ut unicus filius tuus in quo tibi bene complacuit, sic conspuatur, sic colaphizetur, quam tota gens pereat. Tibi laus & gloria, quia de filij tui Iesu sputis & alapis theriacam fecisti, quæ expellit animæ nostræ uenenum. Vel aliter. Facies Christi sunt ecclesiæ prælati, per quos tanquam per faciem cognoscimus Deum. In hanc faciem perfidi Iudæi, id est, peruersi subditi conspuunt, cum ipsis prælatis detrahunt & maledicunt, prohibente domino, accidente (Exodi.) Principem populi tui non maledices. Item a militibus est crucifixus. Ioan. 19. Et milites quidem hæc fecerunt. Et illud ibidem. Milites cum crucifixissent, acceperunt uestimenta eius, & cætera. O uos omnes qui transitis per uiam, gradum figite, attendite & uidete si est dolor sicut dolor meus. Fugiunt discipuli mei, noti & amici recedunt. Petrus negat, Synagoga spinis coronat: Milites crucifigunt, Iudæi deridentes blasphemant, Felle & aceto potant. Et quis dolor sicut dolor meus? Manus enim tornatiles (ut dicit sponsa Canticorum) aureæ, plene hyacinthis, clauis sunt cõfixe. Pedes quibus mare se calcabile præbuit, cruci clauis affixi. Facies quæ lucet ut sol in uirtute sua, in palloré mortis est mutata. Oculi dilecti quibus

Mat. 26

Exod. 12

Ioan. 19

Cant. 5.

nulla

spexit in monumentum. Ecce uera humilitas penitentis. Nota, fleret in quo contritio, inclinauit, ecce confessio, prospexit, ecce satisfactio. Dum ergo uere in mente oculum dirigit ad monumentum suae mortis, uidet duos angelos, unum ad caput, alterum ad pedes. Isti duo angeli qui interpretantur nuntij, moraliter significant nostrae uitae miserum ingressum & egressum, qui benedicti angeli quia nobis annunciant nostri corporis fragilitatem huius mundi necessitatem. Isti sunt duo angeli qui (ut dicitur Gene. 19.) eduxerunt Loth de Sodomis, & dixerunt ei, Salua animam tuam & ne stes in omni circa regione, sed in monte saluum te fac. Si quis ingressum & egressum bene consideraret: de Sodomis, id est peccati foetore exiret: nec post tergum, id est ad peccata praeterita rediret: nec in omni circa regione staret: quia circa regionem stat: qui circumstantias & peccati imaginationes post peccatum dimissum non dimittit, sed in monte, id est in uitae excellentia in se saluaret. Recte ergo per Magdalenam humilitas. Cui Maria Iacobi bene associatur: quae omnia transitoria tanquam lutum pedibus concalcet, & ueteris conuersationis fermentum expurgat. Vnde Apostolus primae corinth. 5. Expurgate uetus fermentum &c. Fermentum a feruore dictum, eo quod plus quam una hora non potest contineri. Crescendo enim excedit Graecae zima dicitur. Vnde prosa. Zima uetus expurgetur, ut sincere praedicetur noua resurrectio. Fermentum est cupiditas terrenorum & concupiscentia carnalium desideriorum: quae postquam feruere incipiunt, omnem modum excedunt: quia auarus pecunia non implebitur: nec luxuriosus carnis petulantia satiabitur. **Exod. 12** Purgate ergo uetus fermentum ut dominus praedixit. Septem diebus fermentum non comeditis, id est omni tempore uitae uestrae, quae septem diebus uoluitur: fermentum feruens mundanae & carnalis concupiscentiae, non inueniatur in domibus uestris, id est cordibus. Alioquin anima eius qui comederit: peribit de terra Israel, id est uita aeterna in qua uidebimus Deum facie ad faciem.

Sequitur

Sequitur. Ut sitis noua conspersio, sicut essis azimi. Vnde Exod. duodecimo. Tulit populus farinam antequam fermentaretur, & ligans in palis posuit super humeros, & post subditur. Coxerunt farinam quam tulerant de Aegypto, & fecerunt panes subcineritios. Nota quod farina quae dicitur a farre & est cibus infirmorum, est penitentia, quae est cibus peccatorum, quam debemus conspergere aqua contritionis, & ligare in palis id est consuetudinis nostris uinculo confessionis, & portare super humeros nostros, per opus satisfactionis. Hanc farinam ne fermentetur, igne, id est amore spiritus sancti, coquamus, & faciamus panes subcineritios, nostrae mortalitatis scilicet uaticum, azimos sinceritatis & ueritatis, & sincere quo ad nos: uere quo ad Deum & proximum uiuamus. His duabus adiungitur tertia, scilicet Salomon. Haec est pacis iocunditas, de qua Ecclesiastici uiginti moquinto. in tribus beneplacitum est spiritui meo, quae sunt probata coram Deo & hominibus, concordia fratrum, amor proximorum, & uir & mulier sibi conscientis. Ex hac triplici pace Deo & angelis eius gaudium, & hominibus oritur iocunditas. Ecce (ut ait Psal. 132.) quam bonum & quam iocundum habitare fratres in unum. Sequitur. Ut uenientes ungerent Iesum. Nota: Mulieres sabbato siluerunt, quia mandatum erat ut sabbati silentium a uespera in uesperam seruaretur, ideo religiosae mulieres sepulto Christo cum licuit operari in unguentis praeparandis occupantur. Ideo a patrescena usque ad solis occasum. Cumque praeter angustiam temporis non explere potuissent, mox transacto sabbato in solis occasu ut operandi licentia rediret, festinanter emerunt aromata, ut uenientes ungerent mane corpus Iesu. Iste festinabant, laborabant sicut laborant apes in cera & mellis conficienda. Vnde de eis dicitur in naturalibus, quod operationes apum spiritui sancto sunt appropriatae, quoniam quaedam faciunt ceram, & quaedam mel, & quaedam cadentiant, & quaedam ferunt aquam, & congregant.

Ser. S. S. Anto. de Padua.

O mel,

mel, & quædam exeunt ad operationem in principio diei: & quædam quiescunt quousque expergeant ab aliqua. Deinde uolant & exeunt simul ad operandum. Per istam apem quæ alias euigilare facit intelligo beatam Magdalinam, quæ quia Christum multum diligebat, alias forte ad unguenta præparanda sollicitabat. Beata uero uirgo Maria postquam eius filius sepultus fuit, a monumento (ut quidam dicunt) nunquam discessit. Sed continuè ibidem lachrymans uigilauit: donec resurgentem prima uidere meruit. Et ideo in eius honorem a fidelibus sabbatum celebratur. A simili animæ fideles, humilitatis, paupertatis, & pacis splendore illuminatæ emant bonæ uoluntatis denario, imagine Imperatoris insignito, illa aromata, de quibus Exod. 25. & 30. Sume tibi aromata, primam myrrham electam, cinamomum, calamum, casiam & oleum de oliuētis, faciesque unctiōnis oleum unguentum compositum opere unguentarij, & unges ex eo tabernaculum &cet. In prima myrrha & electa, deuotio mentis, quam primo nobis debemus eligere. In cinamomo quod est cinerei coloris, memoria mortis. In calamo, melodia confessionis. In casia, quæ habet esse in locis aquosis, & in altū surgit, fides, quæ in aquis baptismi nutritur, & in altum per charitatem eleuatur. In oleo de Oliuetis misericordia cordis intelligitur. Ex his quinque debemus facere sanctum unguentum non sanctificans, opere unguentarij, id est spiritus sancti compositum, & ex hoc inungi debent ista quinque, scilicet tabernaculum testimoniij, id est pauperes Christi, cuius paupertatis caractere insigniti a domino peregrinantur dum sunt in hoc mundo. Et arca testamenti, id est illi qui in plastro nouo, id est corde & corpore per penitentiam innouato deferunt arcam obedientiæ. Mentæque eius cum uasis suis, id est illi qui panes duodecim id est doctrinam duodecim Apostolorum cum pugillo similitæ, id est humilitate mentis deuotæ, & patena aurea, id est claritate fraternæ charitatis cibum propenunt, &

cande-

candelabrum non sub modio, id est sub lucro temporali abscondunt, sed in monte, id est uitæ excellentia superponunt, ut omnibus qui in domo, id est ecclesia sunt, luceant, & uiam ostendant. Et non tantum candelabrum, sed eius utensilia, id est omnes filij in minori ordine constituti. Et altaria holocausti & thimiamatis. In primo actiui, qui se totos proximi necessitati offerunt. In secundo contemplatiui, qui cœlestis dulcedinis suauitatem sunt experti, designantur. Ex tali unguento opere spiritus sancti composito, omnes isti quos diximus, qui sunt Christi membra in cruce penitentiae crucifixi crucifixæ, mundo mortua in monumento cœlestis conuersationis turbine hominum sepulta, debent iungi. Sequitur.

Et ualde mane una sabbatorum &c. Moraliter. Mane id est in ortu gratiæ, sine qua nos est in anima, de qua Psal. Mane astabo tibi, rectus scilicet & erectus, sicut me fecisti rectum & erectum. [*Vna sabbatorum*] sanctæ animæ [*ueniunt ad monumentum.*] Apertè dicitur [*quod una sabbatorum,*] Quia nisi a sollicitudine temporalium animus quiescat, ad dominum non appropinquat. Vnde dominus Hier. Custodite animas uestras, & nolite portare pondera in die sabbati, nec inferatis per portas Hierusalem. Sabbatum est requies. Hierusalem, anima. Portate, quinque sensus. Illi ergo pondera in die sabbati portant, & per portas Hierusalem inferunt, qui inquietudine temporalium implicati, pondera peccatorum, sarcinas secularium curarum, per portas quinque sensuum ad animas intromittunt, & ideo a peccatis ipsas non custodiunt. Sed fideles animæ omni strepitu muscarum Aegypti remoto, una sabbatorum ueniunt ad monumentum, id est memoriam suæ mortis, in quo sepultæ sunt. Sequitur secundum.

Dicebant adinuicem. Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Et respicientes uiderunt reuolutum lapidem. Erat quippe magnus ualde. Allegorice, Lapidis reuolutio reseruationem sacramentorum Christi, quæ uelamine literæ legis tecta erant, insinuat. Lex enim in

O 2 lapide

Psal. 5.

Hier. 17.

Lapide scripta est, cuius ablato tegmine gloria resurrectionis est ostensa, & abolitio mortis antiquæ, & uita nobis speranda perpetua toto cœpit orbe prædicari. Moraliter, Lapis tunc reuoluitur cum per gratiam pōdus peccati tollitur. Quomodo autem hoc fiat, & quomodo debet se habere ut fiat, innuitur Gene. 29. Mos erat ut cum ovis ouibus congregatis deuoluerent lapidem de ore putei. Si ergo uis ut deuoluatur lapis peccati qui te premit ne surgas, congrega oues, id est inuocans cogitationes in Christo. Vnde ibidem subditur. Et ecce Rachel uenibat cum ouibus patris sui, nam gregem ipsum pascebat. Item moraliter ad monumentum uadit, qui in aliquo monasterio uel regione penitentiam agere promittit, sed considerans lapidis magnitudinem, id est religionis asperitatem, dicit, Quis reuoluet mihi lapidem? Lapis magnus ingressus difficilis, uigiliarum instantia, ieiuniorum frequentia, ciborum parsimonia, uestis aspera, disciplina dura, paupertas uoluntaria, obedientia prompta, *Et quis reuoluet nobis lapidem?* O mentes fœminæ, accedite & respicite, nolite diffidere, & uidebitis reuolutum lapidem. Angelus (inquit Matthæus.) [*Domini descendit de celo, & accedens reuoluit lapidem & sedebat super eum.*] Angelus est gratia spiritus sancti, quæ lapidem ab ostio monumenti remouet, fragilitatem confortat, omnem asperitatem mollificat, & omnem amaritudinem sui amoris balsamo dulcificat. Equus (inquit Salomon Proverb. id est bona uoluntas) paratur ad diem belli, & dominus salutem tribuit, quia amanti nihil est difficile, Sequitur tertium.

Mat. 28

Prov. 21

Job. 5.

Et introeuntes in monumentum uiderunt iuuenem sedentem in dextris coopertum stola candida & obstupuerunt. Moraliter monumentum est uita contemplatiua, in qua sicut in monumento homo mundo mortuus absconditus sepelitur. Vnde Job. Ingredieris in abundantia sepulcrum, sicut inferunt aceruus tritici, ubi iustus ex sufflatis palis temporalium de mundo egrediens, in abundantia diuinæ gratiæ ingreditur sepulcrum uitæ contemplatiuæ.

In qua sicut aceruus tritici reponitur, quia cœlesti dulcedine in contemplatione anima eius reficitur. Hic ingrediens in monumentum uidet iuuenem sedentem in dextris, coopertum stola candida. Iuuenis dictus eo quod iuuare paratus, est Dei filius tanquam iuuenis paratus est nos iuuare. Vnde bene dicitur Sedebat in dextris. Dextera dicta quasi dans extra. Bene nos iuuat cum diuinitatem nobis dedit & humanitatem accepit, ut qui eramus extra, essemus intra, ut nos intraremus unde exiuit, & stola candida, id est carne sine omni macula, se cooperuit. Dicit Bernardus. Postquā omnia beneficia dextrū sibi latus fodi uoluit, ad ostendendum quod non nisi de dextera in dexteram nobis uoluit locum præparare. Hunc iuuenem uir iustus de mundo egrediens, monumentum ingrediens, debet uidere & contemplari eo modo que dicit Bernardus. Sequitur quartum.

Dixit illis, nolite expauescere. Radix amara euanuit crucis, flos uitæ cum fructibus erupit, id est qui iacuit in morte surrexit in gloria. Vesperis sepultus est, mane surrexit, ut adimpleretur illud Psal. Ad uesperum demorabitur fletus, & ad matutinū læticia. Sepultus est ergo sexta sabbati quæ uocatur Parasceue, circa uesperam, sequenti nocte & die sabbati cum sequenti nocte in monumento positus, die tertia, id est mane prima sabbati surrexit. Etiam bene una die, & duabus noctibus iacuit in sepulcro, quia lucem simplæ mortis, nostræ duplæ mortis tenebris adiunxit. In morte enim animæ & spiritus tenebamur, uitam ad nos suam, id est carnis mortem attulit, & duas nostras soluit, simplam suam duplæ nostræ contulit, & duplam nostram moriens abstulit. Notandum quod Christus post resurrectionem decies apparuit. Primo Mariæ Magdalenzæ, id est animæ penitenti priusquam cæteris appareret gloria domini. Vnde Exod. 16. Apparuit manna in solitudine, inutum &c. In solitudine, id est in penitentiæ apparuit manna diuinæ gratiæ, inutum in contritione, pilo tustum in confessione, in similitudinem pruinæ, in satisfactione.

Psal. 119

Exod. 16.

Secundo apparuit mulieribus redeuntibus a monumento. Illis enim qui redeunt a monumento, id est suæ mortis miserabili egressu: ad considerandum suæ natiuitatis flebilem ingressum: apparuit dominus. Vnde Gene. Apparuit dominus Abraham in conualle Mambre sedenti in ostio tabernaculi sui. Abraham est uir iustus. Conualis duplex humilitas. Mambre interpretatur perspicuitas. Tabernaculum, corpus. Ostium uitæ ingressus & egressus. Feruor diei, compunctio animi. Apparet ergo dominus uiro iusto existenti in duplici humilitate cordis & corporis: quæ perducit ad perspicuitatem gloriæ celestis: & sedenti in ostio sui tabernaculi, id est consideranti natiuitatem sui corporis & mortem, & hoc totum debet considerare in ipso feruore compunctionis.

Gen. 28. Tertio apparuit Petro: iuxta illud. Surrexit dominus & apparuit Petro. Vnde Hier. Dominus apparuit mihi. Et in charitate perpetua dilexi te: ideo attraxi te miserans: rufumq; ædificabo te. Dicit Petrus: Dominus Christus resurgens a mortuis apparuit mihi pœnitenti mihi amare lachrymanti. Et dixit mihi. In charitate perpetua &c. Vnde Lucæ. Conuersus dominus respexit Petrum. Ideo respexit quia dilexit. Ideo funiculo dilectionis & amoris attraxit eum miserans. Qui non uult (inquit Augustinus) peccatoribus inferre uindictam, qui confitentibus quærit dare ueniam. Rursumque ædificabo te, scilicet in culmen apostolatus. Vnde Marc. ult. [Ite, dicite discipulis eius & Petro]. Grego. Ibi Petrus uocatur ex nomine, ne desperet ex negatione. Nisi enim angelus nominatim exprimeret, qui magistrum ter negauerat, inter discipulos uenire non auderet. Quarto apparuit discipulis euntibus in Emaus. Emaus interpretatur desiderium consilij illius, scilicet quod consulit dominus, dicens. Si uis perfectus esse, uade & uende omnia &c. Duo discipuli significant duo præcepta charitatis, Dei scilicet amorem & proximi. Habenti ergo charitatem & desideranti Christi paupertatem, apparet dominus. Vnde Genesi. dicitur, quod ascendit Isaac in Bersabee

bee, ubi apparuit ei dominus. Bersabee interpretatur puteus satietatis. Hæc est charitas & humilitas, quæ animam satiant, quas qui habet, non sitiet in æternum.

Quinto apparuit decem discipulis in unum congregatis ianuis clausis. Cum enim discipuli, id est effectus rationis in uno & ad unum congregantur, & ianux quinque sensuum a uanitate clauduntur, tunc uere menti apparet gratia spiritus sancti. Vnde Lucæ Zacharia ingressus templum domini, apparuit angelus domini. Cum Zacharias qui interpretatur domini memoria, id est uir iustus qui in thesauro suæ memoriæ reposuit dominum ingreditur templum domini, id est conscientiam suam in qua habitat dominus: tunc angelus domini, id est gratia spiritus sancti apparet illi, illuminans ipsum, stans a dextris altaris incensi. Altare incensi est mentis compunctio. Dextra, pura intentio. Gratia ego domini stat a dextris altaris incensi, & illam compunctionem approbat, illud incensum laudat & recipit, quod ex pura mente uel intentione mentis iustus emittit. Sexto apparuit octaua die discipulis quando Thomas erat cum eis, ex cuius corde omnem dubietatē abstulit. Cū .n. erit octaua generalis resurrectionis, tunc omnem dubietatis rugam & omnis mortalitatis, & infirmitatis maculam a nobis auferet. Vnde Isa. 30. Erit lux lunæ sicut solis, & solis lux erit septemplex sicut lux septem dierum, in die qua alligauerit dominus uulnus populi mei, & percussuram plagæ eius sanauerit. Notetur ista duo, uulnus & plaga. Uulnus, quo ad animam, & plaga quo ad corpus. In uulnere, animæ immunda cogitatio. In plaga, mors corporis notatur. Sed in die generalis resurrectionis quando sol & luna (ut dicit Isidorus in libro creaturarum) mercedem sui laboris accipiet. Et quando sol in oriente se prempliciter quam modo fulget immobilis fulgebit & ardebit ita quod eos qui in inferno erunt, cruciabit. Et luna persistens in occidente ea claritatem lucebit quam modo sol lucet. Tunc uere alligabit dominus uulnus animæ nostræ. Quia ut dicit propheta. Nulla bestia, id est

Apo. 5. nulla mala cogitatio ascendet per eam, scilicet Hierusalem caelestem. Inimmo ut dicit Ioan. Apoca. erit ciuitas idest anima nostra aurum mundum, simile uitro mundo. Quid clarius auro? Quid mundius uitro? Et quid obsecro in generali resurrectione erit clarius, & mundius anima hominis glorificati? Tunc percussuram plagæ nostræ qua propter inobedientiam primi hominis percussi sumus, sanabit dominus, cum mortale hoc induerit immortalitatem. &c. Tunc paradus domini, idest gloria nostri corporis glorificati quatuor fluminibus, quæ sunt, Phison, Gyon, Tygris, & Euphrates, irrigabitur, idest quatuor dotibus, scilicet claritate, subtilitate, agilitate, & immortalitate decorabitur. Per Phison, oris mutatio, in qua claritas resurrectionis, in quam a tanta foeditate, tanta obscuritate, instar solis immutabimur. Vnde **Mat. 13** Matthæi. Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum. Per Gyon subtilitas, quæ interpretatur pectus. Sicut enim pectus non disiungitur, non laeditur non patitur, non aperitur, nec aliquem dolorem patitur cum a corde cogitationes exeunt: Sic corpus glorificatum tantæ erit subtilitatis, quod nulla res erit ei impenetrabilis, & tamen res ipsa infrangibilis, & indissolubilis, clausa & solida remanebit. Sicut patet de corpore C H R I S T I glorificato, quod ianuis clausis ad Apostolos intrauit. Per Tygrim, qui interpretatur sagitta, agilitas, quæ bene in sagittæ uelocitate, designatur. Per Euphratem, qui frugifer, immortalitas, in qua inebriabimur ubertate domus DEI, in qua plantati tanquam arbor uitæ in medio paradisi fructificabimus poma, scilicet æternæ satietatis, quibus satiati non esuriemus in æternum. [Septimo] apparuit septem discipulis in piscatione. Piscatio est prædicatio, in qua laborantibus apparuit dominus. Vnde Numeri. Apparuit dominus gloria super Moysen, & Aaron, locutusque est dominus ad Moysen, dicens. Tolle uirgam, &

con-

congrega populum, tu & Aaron frater tuus, & loquimini ad petram coram eis, & illa dabit aquas, & bibet omnis multitudo, & iumenta. Moyses hoc loquitur significat prædicatorem. Aaron, mons fortis, in quo duo, uitæ scilicet excellentia, & fortitudinis constantia. Sine tali fratre nunquam debet procedere Moyses. Cui dominus. Tolle (inquit) uirgam, prædicationis. Et congrega populum, tu & Aaron frater tuus, sine quo nunquam populus bene congregatur. Quia cuius uita despicitur, restat ut eius doctrina contemnatur. Et loquimini ad petram, idest cordurum peccatoris. Et illa dabit aquas compunctionis. Et bene dicit, Loquimini, & non loquere. Si enim tantum prædicator loquitur, & uita obmutescit, aqua de petra non exit. Maledixit dominus (Marci) **Mar. 16** siculnæ, in qua non inuenit fructus, sed folia tantum. Tales uestes habuerunt exules paradisi. Loquitur, ergo Moyses & Aaron, & exit aqua, & bibit multitudo populi, & iumenta, idest tam clerici, quam laici, tam spirituales quam carnales satiabuntur aqua compunctionis. Hæc est illa multitudo: de qua dicitur Ioan. Miserant rete, & iam non ualebant trahere præ multitudinem piscium. [Item octauo] apparuit undecim discipulis in monte Galileæ. Quæ transmigratio dicitur, & significat poenitentiam, in qua hæc transmigratio, cum homo a ripa mortalis peccati, per pontem confessionis transit ad ripam satisfactionis. In monte ergo Galileæ, id est eminentia poenitentiae apparet dominus undecim discipulis. Quia undecim sunt saga cilicina, ut dicitur Exodi quibus tectum tabernaculi cooperiebatur. In sagis cilicinis duo notantur, asperitas poenitentiae, & foetor peccati, cui se obnoxium poenitens confitetur. Ex his sagis cooperitur tectum tabernaculi, id est ecclesie militantis. Sustinet enim ardorem solis, portant pondus diei & æstus, defendunt cortinas bysso, hyacinto, purpura, coccoque bis unctio textas, idest ecclesie fideles bysso

Ioan. 2.4.

Exod. 26.

- byllo castitatis, hyacintho contemplationis, purpura dominicæ passionis, Coccoq; bis tincto geminæ dilectionis decoratos. Ab inundatione pluuiarum. i. prauitate hereticorum. Et turbine, id est diaboli suggestione. Et sordē pulueris, id est mundanæ uanitatē. Undecim ergo discipulis apparet dominus. Vnde Ge. dicit Iacob. Deus oīpo potens apparuit mihi in Luza, quæ est in terra Chanaā. Luza interpretatur amygdalū & significat pœnitentiā, in qua sicut in amygdalo sunt Cortex amarus, Testa solida, Nucleus dulcis. In cortice significatur amaritudo pœnitentię. In testa cōstantia perseverantię. In nucleo, spes uenię. Apparet ergo dñs in Luza. Illa. n. uera est pœnitentia in qua homo commutatur de sinistra in dextram, & trasmigrat cum undecim discipulis in montem Galileę.
- Gen. 48.** Nono apparet recumbentibus illis (ut dicit Mar.) in ipso die ascensionis, in quo cōuescens cum eis, pœcepit (ut dicit Luc.) ab Hierusalē ne discederent. Hi. n. qui in concinaculo suę mentis ab inquietudine seculariū recūbunt. i. requiescunt, & panē lachrymarum in peccatorum suorū recordatione, & cœlestis dulcedinis degustatione uescuntur, apparet dominus. Vnde Gen. Apparuit dñs Isaac, & ait. Ne descendas in Aegyptum, sed quiesce in terra quā dixerō tibi, & peregrinare in ea, eroq; tecum, & benedicam tibi. Tria pœcepit Deus iusto. Ne in Aegyptum. i. in quietudinem secularium ubi conficiuntur lateres luto luxurię, aqua auaritię, & palea superbię, debeat descendere. Sed in terra mentis suę quiescat, & omnibus diebus uitę suę quibus militat, se peregrinum reputet. Et sic dominus erit cum eo, benedictioneq; dexterę ei benedicet. [Item decimo] apparuit eis cum ad iunxit Luc. ult. Et eduxit eos Christus foras in Bethaniam, in montem scilicet Oliueti. Et eleuatis manibus suis, benedixit eis. Et uidentibus illis eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum. In monte Oliueti, id est misericordię existentibus apparet dominus. Vnde Exo. Apparuit dominus Moyfi in flamma ignis de medio rubri, & uidebat quod rubus arderet & non combureretur. Moyfi, id est uiro

uiro iusto & misericordi apparet dominus in flamma ignis, id est compassione mentis. Sed unde egreditur hæc flamma? de medio rubi, id est pauperis spinosi, tribulati, famelici, nudi & afflicti. Cuius paupertatis spinis iustus compunctus ad compassionem inflammatur ut ipsius misereatur. Et sic poterit uidere, quod rubus, id est pauper ardet, & non comburitur paupertate. Rogemus ergo dominum. &c.

Dominica Prima post Pascha.

De uarijs Christi donis post Resurrectionem Apostolis collatis.

Qum esset sero die illo &c.] Ioā. Vbi quinque **Ioan. 20.** uidenda. Primum, discipulorū Christi cōgregatio amorosa. ibi. [Cum esset sero.] Secundum, Christi salutatio gratiosa. ibi. Pax uobis. Tertium, ligandi atque soluedi a peccatis, collatio uirtuosa. ibi. [Insufflauit &c.] Quartū, Thomę pia dubitatio. [Vnus autem ex eis non. &c.] Quintum, Thomę uera firmaque confessio. ibi. [Dominus meus, & Deus meus. &c.]

Cum ergo sero esset. &c.] Hic notanda sunt quinque: Sero, dies illa, una sabbatorum, & congregati discipuli, propter metum Iudæorum. Dies dicta a dian, quod est claritas, mundanæ uanitatē claritatem significans. De qua Christus Ioan. 5. Claritatem ab hominibus non accipio. Hier. Dies hominis nō desiderauī, tu scis. Et Luc. Et nūc **Hier. 17.** in hac die tua & non mea, quæ ad pacem tibi, non mihi. **Luc. 19.** Serum huius diei, est pœnitentia, in qua sol mundanæ claritatis uertitur in tenebras, & luna concupiscentiæ carnalis in sanguinem. Vnde Actuum dicit Petrus ponēs **Act. 2.** uerba domini in Iohēle. dicentis. Dabo prodigia in cœ **Iohel. 2.** lo sursum, & signa in terra deorsum, sanguinem & ignē & uaporem fumī. Sol conuertetur in tenebras, & luna

in sanguinem. Allegorice, Dominus dedit signa in terra per sanguinem & ignem, cum misit in Apostolos spiritum sanctum. Et sic ascendit fumus compunctionis. Vnde Actuum. Compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum & reliquos Apostolos. Quid faciemus uiri fratres? Et Petrus. Pœnitentiam agite & baptizerur unusquisque uestrum in nomine Iesu Christi &c. Moraliter. In sanguine, maceratio carnis: In igne, ardor charitatis: In uapore fumi, compunctio cordis. Hæc signa dedit dominus in caelo, id est iusto, & terra, id est peccatore. De his tribus, dicitur. 1. Ioann. 5. Tres sunt qui testimonium dant in terra: Spiritus, aqua, & sanguis. Allegorice, Spiritus est anima Christi, quam emisit in passione. Aqua & sanguis, quæ fluxerunt de latere, quod fieri non posset si ueram carnis naturam non haberet. Moraliter, Spiritus, est charitas: Aqua compunctio: Sanguis, carnis maceratio. De his Exo. ubi dicitur quod totus mons Synai fumabat eo quod descendisset dominus super eum in igne, & ascenderet fumus de eo quasi de fornace. Mons Synai, est mens penitentis, in quam cum descendit dominus, ignem charitatis mittit, de quo ipse ait. Ignem ueni mittere. &c. Totus mons fumat, & ascendit fumus compunctionis de eo, quasi de fornace, id est ardore mentis. Et sic omnis mens est terribilis maceratione carnis, uel terribilis immundis spiritibus. Vnde Iob. Nemo loquebatur ei uerbum: Videbant enim dolorem eius uehementem. Et sonitus buccinæ, id est confessionis paulatim crescebat in maius, qui penitens incipere debet cum confitetur, a cogitationibus illicitis, post a uerbis, & post ab operibus. Sequitur. Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem. Sol in tenebras conuertetur, cum claritas mundana sacco penitentiae obtenebratur. Luna in sanguinem, cum carnis luxuria maceratione, uigilijs, & abstinentia castigatur. Sequitur. (Vna sabbatorum.) De quo Exo. Memento ut diem sabbati sanctifices. Diem sabbati sanctificat, qui in quiete spiritus permanet,

net, & ab illicito opere se continet. [Cum fores essent clausæ.] Fores sunt quinque sensus corporis, quos claudere debemus seris diuini amoris & timoris, ne contingat nobis quod dicit Paulus Act. Scio quod post discessum meum intrabunt ad uos lupi rapaces non parcentes gregi. Paulus interpretatur humilis, cum humilitas discedit a corde, lupi rapaces, id est desideria carnalia intrant per fores quinque sensuum, gregem simplicium cogitationum deuorantes. Sequitur. [Vbi discipuli erant congregati] id est affectus rationis, qui in unum debent congregari, propter meum ludæorum, id est dæmonum, ne eis noceant. Vnde Can. Pulchra es & decora filia Hierusalem, terribilis ut castrorum acies ordinata. Filia Hierusalem celestis, est anima pulchra fide, & decora charitate, quæ tunc erit terribilis spiritibus immundis, si affectus rationis, & cogitationes mentis ita ordinauerit, sicut acies militum contra hostes pugnatura est ordinata. De qua congregatione Actuum. 1. Tunc reuersi sunt a monte Oliueti qui est iuxta Hierusalem, sabbati habens iter, & cum introissent, in cenaculum ascenderunt ubi manebant Petrus & Ioannes &c. Mons Oliueti distat ab Hierusalem spatio miliarij sabbati habens, iter id est mille passus, extra quos in die sabbati non erat licitum Iudeis progredi. Cenaculum dicitur tertium tectum, ut ibi dicit Glossa. Figura charitatis fidei & spei ædificatæ. In hoc cenaculum debemus ascendere, & ibi cum discipulis manere, & unanimiter in oratione & contemplatione, & lachrymarum effusione perseverare, ut gratiam sancti spiritus mereamur suscipere. Vnde Christus Luc. ul. Sedete in ciuitate quousque induamini uirtute (id est spiritu sancto) ex alto. Si ergo dies mundanæ claritatis inclinata fuerit & aduersauerit in sero penitentiae, in qua quasi in sabbato homo debet quiescere a peruerso opere, & fores quinque sensuum fuerint clausæ, & omnes Christi discipuli, id est Christiani uel affectus uirijusti in unum fuerint congregati, faciet dominus quod subditur, Sequitur se cundum.

Venit Iesus & stetit in medio eorum, & dixit eis. Pax uobis. Et cum hæc dixisset, ostendit eis manus & latus. Gausi sumus ergo discipuli uiso domino. Dixit ergo eis iterum, Pax uobis. Sicut misit me pater, & ego mitto uos.] Nota quod in hoc euangelio ter dixit, pax uobis. propter triplicem pacem quam Christus reformauit, inter deum & hominem, ipsum deo patri in sanguine suo reconciliando. Inter angelum & hominem, humanam naturam assumendo, & ipsam super choros angelorum exaltando. Inter hominem gentilem scilicet & iudaicum, ipsum in se lapide angulari copulando. Nota etiam quod in hoc nomine: pax, sunt tres literæ & una sillaba. in quo trinitas & unitas designatur. In p pater. In a prima uocali, filius, qui est uox patris. In x duplici consonante spiritus sanctus ab utroque procedens intelligitur. Cum ergo dixit pax uobis, trinitatis & unitatis fidem nobis recommendauit. [*Venit ergo Iesus & stetit in medio.*] Proprius locus Iesu medium est, scilicet in cælo, in uirginis utero, in pecoris præsepio, in crucis patibulo. In cælo. Vnde Apocalypsis septimo. Agnus qui est in medio Throni, (idest in sinu patris) reget & deducet illos ad fontes aquarum, idest satietatem cælestium gaudiorum. In utero uirginis Isaiæ duodecimo. Exulta, scilicet corde, & lauda ore habitatio Sion, idest Maria, quia magnus in medio tui, sanctus Israel. In præsepio, in medio duum animalium. Vnde Isa. 1. Cognouit bos possessorem suum &c. In patibulo. Ioan. 19. Crucifixerunt cum eo (scilicet Iesu) & alios duos. Stetit ergo in medio. Sequitur. [*Et dixit, pax uobis.*] Nota de pace prout uis. Dicitur in naturalibus de elephatibus, quod si quando in conflictu cõpugnant, non modo diocrè habent curam fauciorum. Na fessos & faucios & uulneratos in mediũ receptat. Sic in mediũ charitatis recipit proximos fessos & faucios. Sic fecit ille custos carceris qui tollens Paulum & Seliã in ipsa noctis hora lauit plagas eorum. Sequitur. [*Ostendit eis manus & latus.*] Christus ut mihi uideatur, quatuor de causis manus, pedes, & latus ostendit Apostolis. Primo ut se uerè resurrexisset ostenderet,

Apoc. 7

ostenderet, & omnem dubietatem a nobis auferret. Secundo, ut columba in ecclesia, uel fidelis anima in illius plagis quasi quibusdam foraminibus nidificaret, & a facie accipitris ipsam rapere machinantis, se absconderet. Tertio, ut suæ passionis signa cordibus nostris imprimeret. Quarto, ostendit rogans ut sibi compatientes clauis peccatorum ipsum non iterum crucifigamus. Ostendit ergo nobis manus, quæ nos plasmauerunt, quomodo clauis confixæ sunt. q. d. Ecce latus ex quo uos fidelis ecclesia geniti estis, sicut Eua ex latere A de procreata, læcea apertum fuit, ut uobis portas paradisi Cherub, & gladio flammeo clausam aperiret. Virtus sanguinis a latere Christi profluentis remouit angelum, & hebetauit gladium, & aqua extinxit ignem. Nolite ergo, nolite me iterum crucifigere, & sanguinem testamenti in quo sanctificari estis, pollutum dicere, & spiritum gratiæ contumeliam facere. Si hæc bene attendis o homo, pacem habebis cum teipso. Et ideo postquam hæc ostendit, dixit. [*Pax uobis, sicut misit me pater,*] (scilicet ad passionem, (& si amet) quasi ea charitate mitto uos ad mala ad quæ pater misit me Sequitur tertium.

Insufflauit & dixit eis, Accipite spiritum sanctum. Insufflatio hæc Christi significat spiritum sanctum non solum patris esse spiritum, sed suum, idest filii. De quo Gregorius. In terra datur spiritus, ut diligatur proximus. E cælo datur, ut diligatur Deus. [*Accipite inquit spiritum sanctum, quorum remisistis peccata*] &c. idest quos dignos remissione iudicaueritis, duabus scilicet clauibus, potestatis, & discretionis executione, intellige modo & ordine seruato in potestate ligandi & soluendi. Qualiter uero sacerdos peccata dimittat & peccatorem absoluat, uideamus. Moraliter, Qui peccata sibi ædificat ad gehennam mortis æternæ ligatus cathena, postea uero conteritur, uere contritus proponit confiteri, statim dominus absoluit eum a culpa & morte æterna, quæ transit per contritionem in pœnam purgatoriam. Tanta enim posset esse contritio, sicut Magdalena & latro-









ne, quod si decederet, statim in cælum auolaret. Accedit ad sacerdotem, confitetur, iniungit ei pœnitentiam temporalem, quam si legitime compleuerit, in gloriam euolabit. Sic Deus & sacerdos dimittunt & absoluant. Vnde actum dixit Petrus: Argentum & aurum non est mihi. Sequitur. In nomine Iesu Christi surge & ambula. Sequitur. Intrauit in templum. Notetur ordo perfectionis. Primo surgit qui iacuerat, deinde uirtutum iter arripit. Surge per contritionem, ambula per cōfessionem. Et apprehensa manu eius dextera, leuauit eum, & absoluit ac dimisit. Istud idem significatur in Aenea qui erat paralyticus, Actuum. 9. Etiam in Tabita. Actu. ca. eodē. Sequitur Quartum.

Thomas autem non erat cum eis quando uenit Iesus. &c. Thomas interpretatur abyssus, quia dubitando nouit profundius, & stetit firmitus. O diuina dispensatio, pia discipuli dubitatio. Nisi (inquit) uidero. &c. Desiderabat uidere ædificatū templum Dauid quod ceciderat, de quo Amos ultimo. In die illa suscitabo tabernaculum Dauid quod ceciderat, & ædificabo operturas murorum eius. Per Dauid hic significatur diuinitas. Per tabernaculum, corpus ipsius Christi, in quo quasi in tabernaculo fuit diuinitas, hoc cecidit per passionem & mortem, per operturas murorum intelliguntur uulnera manuum, & pedum, & lateris. Ista reædificauit dominus in resurrectione. De his dicit Thomas. Nisi uidero, &c. Pius dominus discipulum in illa dubitatione dubitantem noluit relinquere, eo quod uas electionis futurus erat. Omnem enim dubietatis caliginem sicut Saulo infidelitatis cœcitatem misericorditer abstulit. Sequitur Quintum.

Et post dies octo iterum erant discipuli intus, & Thomas cū eis. Sequitur. *Infer digitum tuum & noli esse.* &c. Et sequitur, *Crediderunt.* Dicit dominus Isa. 49. Ecce in manibus meis descripsi te. Ad scribendum tria sunt necessaria, scilicet Charta, Atramentum, & penna. Manus Christi fuerunt quasi Charta. Sanguis quasi atramentum. Clauis

si quasi penna. Descripsit ergo Christus nos in manibus suis propter tria. Primo ut patri cicatrices uulnerum quæ pro nobis sustinuit ostenderet, & sic eum ad misericordiam inuitaret. Secundo ut nostri nunquam obliuisceretur. Vnde Isa. 49. Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum? Sequitur. Ego non obliuiscar tui. Ecce descripsi te. Tertio, quales esse & quæ credere de beatus, scripsit in suis manibus. Noli ergo esse incredulus, &c. *Respondit Thomas. Dominus meus & deus meus. Ait Iesus. Quia uidisti.* Non dicit, quia tetigisti, sed uidisti, quia unius quodammodo generalis est sensus, qui de al. j. quatuor dici solet. Non fuit (ut dicit Glossa) ausus tangere, sed aspiciendo tantum, seu etiam tangendo uidit. Vnde debet hominem & tangebatur, & super hoc Deum credebatur iam remota dubitatione, & confitebatur quod non uidebat. Thomas quia uidisti me hominem, credidisti me Deum. *Beati qui non uiderunt & crediderunt.* In hoc commendat fidē gentis, sed præterito utitur pro futuro, ut qui quod erat futurum in sua præsentia nouerat iam factum. De hoc habes Actuum de Eunuchō Cādacis regis, & de Cornelio Centurione. Actuum. 10. Moraliter, isti duo præfigurabant ecclesiam de gentibus sacro baptismo regenerandā. Eunuchus Aethiops, & Centurio peccatores conuersos significant, qui bene cōiunguntur, quia pœnitentes propter regnum cælorum etiam eunuchizantur, id est carnalia desideria a se circūcidunt, & in nomine Iesu Christi credentes uiuo fonte compunctionis se abluunt, & baptismo pœnitentiæ se innouant. Rogemus igitur dominum Iesum, &c.

Dominica II. post Pascha.
De Christo pastore.

Ioan. 10.  *E*go sum pastor bonus &c. **Ioan.**] Vbi qua-
Mich. 5.  *E*go sum pastor bonus.] Secundum,
Exec. 34.  *E*go sum pastor bonus.] Tertium, boni pastoris amo-
37.  *E*go sum pastor bonus.] Quartum est, dulcoris affluentia, Quia *[aliam]*
Zach. 13.  *E*go sum pastor bonus.] Quia *[aliam]*
Matt. 26.  *E*go sum pastor bonus.] Quia *[aliam]*
Heb. 13.  *E*go sum pastor bonus.] Quia *[aliam]*
1. Pet. 2.  *E*go sum pastor bonus.] Quia *[aliam]*

Quo ad primū dicit:] *Ego sum pastor.*] quia ipsi Chri-
sto nihil præteritum, nihil futurum, sed esse est ei præ-
sens. Vnde Apoca. 1. Ego sum alpha & ω, principium & fi-
nis, dicit dñs, qui est & qui &c. Et Exod. 3. Hęc dices, qui
est misit me ad uos. Sequitur *[Pastor.]* Pastor dicitur a pa-
sco. Et Christus sanguine & carne in sacramento altaris
1. Reg. 16. quodidie nos pascit. Vnde figura. Reg. Reliquus (i. Da-
uid) est paruulus qui pascit oues. Nolter Dauid paru-
lus & humilis tanquam bonus pastor pascit oues. Hic
Gen. 4. est Abel, qui ut dicitur Ge. fuit pastor ouium, quē Cain
fratricida, idest populus Iudaicus inuidia interfecit. De
hoc pastore dicit pater. Eze. 34. Suscitabo pastorem unū
qui pascat gregem meum: seruum meum Dauid, idest le-
sum filium meum qui pascet, & ipse erit eis in pastore.
Cui Isa. 40. Sicut pastor gregem suum pascet, loquitur
ad modum pastoris, qui cū gregē suū ad pascua ducit,
agnos paruulos qui non possunt sequi gregem, in bra-
chio suo congregat, & in sinu suo portat, & foetas, idest
oues grauidas & fessas. Foeta aliquando plena, aliquādo
uacua, & liberata dicitur. Sic Christus doctrinis euange-
licis & ecclesie sacramētis quodidie nos pascit, & in bra-
chio suo in cruce extenso nos congregauit. Vnde Io. Vt
Ioan. 11. filios dei qui erant dispersi cōgregaret in unū. Et in si-
nu suo scilicet misericordie leuabit. i. nos, sicut mater
filium.

filium. Et foetas, idest animas poenitentium hæredes ui-
tæ æternæ grauidas ipse portat. Vnde ipse dicit: Exo. Vos **Exod. 19**
ipsi uidistis quæ fecerim Aegyptiis (, idest demonibus).
Quomodo portauerim uos super alas aquilarum & as-
sumpserim mihi, & submerserim (peccata mortalia) in
mari rubro, idest amaritudine poenitentiae lachryma-
rum effusione sanguine rubricata. Penitentes super alas
aquilarū portat, cum terrenis despectis ad caelestia sub-
leuat, ut solem iustitiæ irreuerberatis oculis cōtemplē-
tur. Bene ergo dicitur bonus pastor. Vnde Psal. Bonus es **Ps. 118**
tu, & in bonitate tua doce me, ouem errantem. Erraui
enim sicut ouis quæ periit. ibid. Et Sapient. O quā bonus **Sap. 12.**
& suavis es dñe. Post exprimitur quid sit proprium bo-
ni pastoris, quia *[bonus pastor animam suam dat pro ouibus*
 suis,] quod fecit Christus. Eratis enim sicut oues erran-
tes, sed conuersi estis nunc ad pastorem & episcopū ani-
marum uestrarum. Petr. Oues pro quibus Christus ani-
mam suam dedit, sunt illæ septem ecclesie de quibus **1. Pet. 2.**
in Apoca. Audiui uocem magnam tāquam tubæ dicētis. **Apoc. 1.**
Quod uides scribe in libro, & mitte septem ecclesiis
quæ sunt in Asia &c. Et conuersus uidi septem candelab-
bra aurea, & in medio similem filio hominis uestitum
podere &c. Nota historiam. Septem candelabra aurea om-
nes ecclesias ardentes & illuminatas sapientia dei signi-
ficat. Sicut enim aurum igne probatum, percussionibus
extensum efficitur candelabrum, Sic ecclesia tribulationi-
bus purgata, tentationum ictibus in longitudine extensa,
cōsummatur. Et in medio septem candelabrorū aureorū. i.
in cōiō oīm sanctorū uel ecclesiarum, quia oibus se offert
deus, & subuenire omnibus præsto est, uidi similem fi-
lio hominis, idest angelū in persona Christi, quia nō iā
filius hominis sed similis, quia iā nō moritur, sed simi-
lis filio hominis, quia nō cū pctō, sed in similitudine car-
nis pcti, uestitū podere. i. sacerdotali ueste, idest carne,
in qua se obtulit & quodidie offert representans se Deo
patri, & præinctum ad mamillas zona aurea. i. cingulo
salutatis, propter quam se pro nobis tradidit. Caput
P 2 autem

autem eius & capilli erant candidi tanquam lana alba & tanquam nix. Caput eius est diuinitas. Vnde Aposto-
1. Cor. 11. lus, Corinth. Caput Christi Deus. Vel ipse Christus, qui est caput ecclesie: in quo sunt omnia necessaria ad regimen ecclesie. Capilli sunt fideles ipsi capiti adhaerentes. Caput ergo & capilli, Christus & ipsius christiani sunt candidi tanquam lana alba simplicitate & puritate, & tanquam nix immortalitatis candore, quia sicut ipse uiuit, & nos uiuemus cum eo: & oculi eius tanquam flamma ignis, idest respectus gratie Christi tanquam ignis: glaciem, idest cor peccatoris congelatum dissoluit.
Luc. 22. Vnde Luc. Respexit dominus Petrum, oculis scilicet misericordie: & fleuit amare, quia dissoluta fuit glacies cordis eius in lachrymas compunctionis. Et pedes eius, idest predicatorum qui ipsum deferunt per totum mundum, sunt similes aurichalco non cuilibet: sed in camino ignis ardentis. Aurichalco dictum: quia similitudinem auri habeat & aeris, aes graece chalcon dicitur. In auro claritas sapientie: in aere sonoritas eloquentie designatur. Pedes igitur Christi similes sunt aurichalco: quia predicatorum claritate sapientie & sonoritate eloquentie debent fulgere. Vox illius tanquam uox aquarum multarum. Predicatio Christi obtinet uim aquae quia aqua lauat. Vnde Ioan. Iam uos mundi estis propter sermonem quem locutus sum uobis. Voce enim Christi recipiuntur multi populi, qui comparantur aquae propter fluxum mortalitatis. Vel uox illius tanquam uox aquarum multarum, idest gratiarum. Vnde sequitur. Et habebat in dextera sua septem stellas, idest septem spiritus sancti gratias, quas habet in dextera. De thesauro enim suae magnificentiae dat gratias cui uult, & quando uult, & quomodo uult. Vel stellae sunt episcopi, qui debent alijs lucere uerbo & exemplo uitae, quos habet in dextera, idest in prioribus, donis, quae per dexteram significantur. Et ex ore eius gladius acutus ex utraque parte exibat. De ore eius, idest insinuatione eius exiit predicatio quae utrinque secat

in

in ueteri testamento & in nouo carnalia opera & concupiscentias carnis. Et facies eius sicut sol lucet in uirtute sua. Facies Christi sunt ecclesie boni praelati & omnes sancti per quos tanquam per faciem Christum cognouimus. Si sicut sol luget in uirtute sua, idest in meridie sine nubibus. Vel quando fixus erit in aeternum, sic lucebunt. i. similes fient soli Christo. Moraliter [Ego sum pastor bonus.] Beatus ille ecclesie praelatus qui uere potest dicere. Ego sum pastor bonus, qui ut bonus sit necessarium est ut filio hominis similis sit, de qualibus dicit Ioan. Vi
Apo. 1. di septem candelabra aurea. In quibus notantur septem praelato ecclesie necessaria, uitae scilicet munditia, diuinae scripturae scientia, lingua eloquentia, orationis instantia, circa pauperes misericordia, circa subditos disciplina, populi commissi cura sollicitudo. Haec septem candelabra aurea concordant cum septem ecclesiarum interpretatione. Ephesus interpretatur uoluntas mea uel consilium meum, haec est munditia uitae, de qua Apostolus. **1. Thes. 4** Thes. Haec est uoluntas Dei sanctificatio uestra, ut sciat unusquisque uestrum uas suum possidere in sanctificatione & honore &c. Et Isa. 16. In consilium, ut mundetur uas quo ad animam. Coge concilium, idest refrena consules quinque sensuum, ut castus uiuas quo ad corpus. Smyrna canticum eorum, haec est sanctae scripturae scientia. Vnde
Pf. 95. propheta Psal. Cantate dominum canticum nouum. Omnes scientiae mundanae & lucratiuae sunt canticum uetus, canticum Babylonis. Sola theologia est canticum nouum in aure Dei dulce resonans, & animum innovans. Haec debet esse canticum eorum, idest praelatorum. Si faber ferrarius (ut dicitur primi Regum.) non esset
1. Re. 13. in Israel inuentus, sed filij Israel descendissent ad Phylitium ad exacuum uomerem suum & ligonem &c. Sed Deo gratias, in Israel, idest ecclesia, non dico unus faber, sed multi fabri idest multi theologi, qui uomerem ligonem, securim, & sarculum bene noverunt exacuum & optime praeparare. Vomer dicitur eo quod terram trahat, uel ab euomendo terram. Ligo dicitur eo quod huius

P 3 mum

mum uel terram leuet. Securis dicta eo quod ea arbo-
 res succidantur. Sarculus est ferramentum cum manu-
 brio cultoribus agrorum necessarium. Per hæc labora-
 tium instrumenta, intelliguntur prædicationis exerci-
 tia. quæ humum cupiditatis, & terram iniquitatis e-
 ruunt & eleuant a facie mentis, & succidunt ramos sic-
 cos infructuosæ arboris, & excolunt agrum ecclesiæ mi-
 litantis. Quare ergo filij Israel, idest prælati, descendunt
 ad Phylistijm, qui interpretantur potatione cadentes,
 idest ad scientias lucratiuas: ad quas ideo descendunt,
 ut potatione dignitatis transitoria, gulæ, & luxuriæ,
 & ambitione uanæ gloriæ & pecuniæ inebrientur, & in-
 ebriati cadant in profundum inferni. Vnde de eis dicit
 Bernardus. Infelix prorsus ambitio quæ ambire magna
 non nouit. Amant enim primas cathedras, sed timen-
 dum est ne sicut grossi ficuum sint casuri. Caveant sibi
 qui primas cathedras desiderant, ne secundis omnino
 careant, & in fine incipiant nouissimum inferni locum
 cum rubore possidere. Item Pergamus interpretatur
 diuidens cornua, uel dissecans uallem. Hæc est erudi-
 ta eloquentia, quæ cornua superbiorum diuidit, & ual-
 lem carnalium dissecat. Vnde dominus Psal. Omnia
 cornua peccatorum confringam. Thiatyra interpre-
 tatur illuminata. hæc est orationis instantia, quæ men-
 tem illuminat. Vnde Apocalyp. Claritas Dei illu-
 minabat eam, & lucerna eius est agnus. In agno no-
 tatur innocentia, & simplicitas, quæ duo sunt oran-
 ti necessaria. Hæc inquam claritas, & lucerna men-
 tem illuminat orantis. Sardis, principium pulchri-
 tudinis, hæc est circa pauperes misericordia, quæ le-
 pram auaritiæ expellit, & animam pulchram reddit.
 Vnde date elemosynam, & ecce omnia munda sunt
 uobis. Philadelphia conseruans uel saluans haben-
 tem domino. Hæc est circa subditos disciplina, quæ
 conseruat habentem domino in ipsius seruitio, &
 saluat a mortis periculo, de qua dicitur ad Heb. 12.
 Omnis disciplina in præsentibus uidetur non esse gaudij
 sed

sed mæroris, postea autem fructum pacatissimum exer-
 citatis per eam reddet iustitiæ. Laodicia interpretatur
 tribus amabilis domino. Hæc est populi Christiani ec-
 clesia catholica, circa quam prælatus debet inuigilare
 cura sollicita. De dilectione eius. Ioan. Cum dilexisset
 suos, in finem dilexit eos, idest tandiu eos dilexit quous-
 que ad mortem filium suum perduxit. Hæc sunt septem
 candelabra illuminantia omnes ecclesiasticos ordines se-
 pitiformis gratiæ spiritu congregatos, in quorum medio
 prælatus similis filio hominis, idest Christo Iesu pauper-
 tate, humilitate, & patientia, debet abundare uestitus
 podere. Poderis dicitur tunica thalaris, hæc est subu-
 cula linea qua induebatur Aaron, quæ significat corpo-
 ris castitatem, cui debet adiungi cordis munditia. Vnde
 sequitur. Præcinctum ad mamillas zona aurea. Dani. 10
 diturum accinctum circa renes, quia in ueteri testamē-
 to carnalia opera constringuntur. Additur ad mamillas,
 quia in nouo testamento etiam cogitationes iudicantur.
 Zona ergo aurea, idest Dei dilectione mamillæ, idest flu-
 xus malarum cogitationum restringuntur. Vnde sequi-
 tur. Caput autem eius & capilli erant candidi tanquam
 lana alba & tanquam nix. Caput dictum eo quod capiat
 omnes sensus, mentem significat, quæ est caput animæ.
 Capilli sunt cogitationes. In mente solet esse immundi-
 tia & ardor peccati. Mentis ergo & cogitationes sunt
 candidæ tanquam lana alba contra peccati immundi-
 tiam, & tanquam nix contra ipsius ardorem. Et oculi
 eius tanquam flamma ignis. Oculi prælati sunt contem-
 platio Dei & compassio proximi, qui debent esse tanquam
 flamma ignis, idest radiantes simplicitate quo ad Deum,
 & innocentia quo ad proximum. Et pedes eius similes au-
 richalco. Pedes sunt affectus mentis, & operis effectus.
 His duobus pedibus Hiphiboseth qui dicitur uir confu-
 sionis. Reg. cecidit a mercede, & effectus est claudus. 2. Reg. 4.
 Per quem intelligimus peccatorem uirum confusionis
 qui per mortale peccatum cadit a mercede, id est spiri-
 tus sancti gratia, & efficitur claudus ex utroque pede. Sed
 P. pedes

pedes boni prælati debent esse similes aurichalco. In auro purus affectus mentis. In ære sonoro effectus boni operis designatur. Aurichalcum sæpe incenditur & meliorem accipit colorem. Sic bonus prælatus quanto magis igne tribulationis incenditur, tanto clarior efficitur. Et uox illius tanquam uox aquarum multarum. Sicut aquæ multæ, quæ cum impetu uadunt, omne obstaculum irrumpunt, sic uox prædicationis prælati omne obstaculum uiciorum, & impedimentum salutis debet irrumpere. Et habebat in dextera sua septem stellas. Septem stellæ sunt septem glorificationes corporis & animæ, sapientia, amicitia, concordia, hæ erunt animæ. Claritas, agilitas, subtilitas, immortalitas, hæ corporis. Has debet habere in dextera, ut quicquid cogitat, quicquid operatur, totum sit dextrum, ut has septem stellas in uitæ æternæ dextera cum ouibus positus possit habere. Et facies eius sicut sol lucet in uirtute sua. Facies prælati sunt ipsius opera, per quæ sicut per faciem cognoscitur. A fructibus (inquit Matth.) eorum cognoscetis eos, quæ si fuerit bona, lucebunt sicut sol in uirtute. Unde dominus Matth. 5. Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum qui in cælis est. Si talis fuerit prælatus, uere poterit dicere [*Ego sum pastor bonus.*] Et de ore eius gladius ex utraque parte acutus exibat. Gladius est confessio, quæ debet ex utraque parte acuta esse, ut uicia spiritualia, & carnalia ualeat refecare. Sequitur secundum.

Mercenarius & qui non est pastor, cuius non sunt oues &c.]

Hic quatuor perfecte notantur, bonus pastor, fur & latro, mercenarius, & lupus. Illi sunt quatuor equi, de quibus Apoc. Vidi & ecce equus albus, equus rufus, equus niger, & equus pallidus &c. Allegorice. Equus albus significat humanitatem boni pastoris Christi, qui benedicatur equus albus, quia ab omni peccati labe immunis. de hoc equo Zach. Vidi per noctem, & ecce uir ascēdens super equū rufum, & ipse stabat inter myrteta quæ erant

erant in profundo. Per noctem in qua cernitur uisio, significatur mysticorum obscuritas. Vir super equum rufum Saluator est, cuius uestimenta, id est caro rubra sanguine passionis. Qui captiuo populo in equo rufo ostenditur in Apoc. Ioannis. Iam liberato populo in albis demonstratur. Hic stat inter myrteta, id est angelicas potestates, quæ ei etiam in profundo, id est in carne profecto ministrabant. Unde Matt. Et accesserunt angeli, & ministrabant ei. Vel Myrtetum est locus ubi Myrti nascuntur. Myrtus est species arboris boni odoris, & temperantia uirtutis dicta eo quod magis sit littor ea. Myrtus significat uiri iusti munditiam, quæ est odoris boni quo ad proximum, temperantia uirtutis quo ad seipsum, quæ in littore, id est cordis cōpunctione magis se habet. De qua Isa. 55. Pro saliuca ascēdet abies, & pro urtica crescet Myrtus. Saliuca est herba salta, genus arbuti uel salicis. Abies dicta eo quod præ cæteris arboribus altius eat. Saliuca est auaritia amara & infructuosa. de qua cum dominus gratiam menti infundit, abies cælestis contemplationis ascendit. Urtica dicta eo quod ractus eius, corpus adurat. Est enim igneæ naturæ, & significat carnis luxuriam pro qua facit dominus ascendere myrtū continentia. Stat ergo dominus inter myrteta, id est inter illos qui uirtute munditiæ, odore bonæ famæ, in profundo humilitatis Deo seruiunt. Notandæ hic quatuor sunt uirtutes, odor bonæ famæ, munditia uitæ, compunctio mentis, profundum humilitatis. Dicamus ergo uidi, & ecce equus albus, & qui sedebat super eum, habebat arcum. Sessor equi, est diuinitas, quæ tanquam miles humanitati superfedit. Arcus constans ex ligno & corda, iustitiam Dei & misericordiam significat. Sicut enim chorda flectit lignum, sic misericordia iustitiam uel iudicium superexaltat, ut dicit Iacobus cap. 2. In primo aduentu Christus secum detulit chordam mollem misericordiam, ut peccatores caperet. In secundo aduentu percutiet ligno iustitiæ, reddens unicuique secundum opera sua. Et data est ei corona. Christo Deo, & homi-

Matt. 4.

Matt. 7.

Apoc. 6.

Zach. 1.

ni data fuit corona secundum humanitatem, qua cor-
nauit eum mater sua in die uirginitatis suae. Cantic.
Can. 3. Vel corona spinea a sua nouerca Synagoga. Et exiuit uin-
cens ut uinceret. Exiuit, scilicet in eum qui dicitur Cal-
Ioan. 19. uaria locus (ut dicit Ioan.) Baiulans sibi crucem. Vin-
cens mundum ut uinceret diabolum. Moraliter. Equus
albus significat boni pastoris & ecclesiae praelati corpus,
hic equus debet esse albus albedine castitatis. Eques hu-
ius equi est spiritus, quem freno abstinentiae refrenat,
calcaribus diuini amoris & timoris ad accipiendum bra-
Iob. 29. uium uitae aeternae debet incitare. Non nocet admissio
subdere calcar equo. Arcus diuinam naturam signifi-
cat. Per lignum, uetus testamentum. Per chordam no-
uum, quae remittit duritiam legalium. Per sagittam in-
telligentia uulnerantis corda designatur. Hunc arcum
debet bonus pastor habere in manu, id est in operatio-
ne, de quo Iob. Arcus meus in manu mea instaurabitur.
Thr. 6. Hoc fit cum praedicatione opere adiuuatur. Et data est ei
corona. Corona in capite, est pura intentio in mente,
de qua Hier. Cecidit corona capitis nostri. Veh nobis
quia peccauimus. Corona de capite cadit cum homo in-
tentionem puram amittit, & ideo uenit ei. Et exiuit uin-
cens ut uinceret. Exiuit a mundi cupiditate uincens car-
nis luxuriam, ut uinceret diaboli superbiam.
Si talis equus fuerit praelatus, bene potest dicere. [*Ego
sum pastor bonus.*] Exiuit alius equus rufus. Hic est fur
& latro, qui non intrat per ostium in ouile ouium.
Ostium enim est Christus, per quem non intrat qui que-
rit quae sua sunt, non quae Iesu Christi. Latro dicitur
a latitando uel latendo. Fur a furuo, id est nigro. Latro
est qui latet ut incautos spoliat & occidat. Fur est qui
furua, id est ob tenebris nocte subripit aliena. Ille fur est
& latro, qui sibi ambitione assumit honorem non uoca-
tus a Deo tanquam Aron. Qui per simoniam assequi-
tur praelaturam. Fur est qui officium pastoris simonia,
tanquam nocte furua usurpando inuadit, quia quod alie-
num est, suum facit. Oues Dei facit suas, quas furatus est
domi.

domino. Latro est qui sub praetextu sanctitatis latet, pre-
rendit ouem cum sit lupus, accipit rem, cum sit Struthio,
& sic incautos spoliat uirtutibus, & occidit in anima-
bus, & ideo recte dicitur Equus rufus. Sessor huius e-
qui, est spiritus ambitionis & gloriae temporalis, quae su-
mit pacem de terra, id est mente ipsius furis & latronis.
Spiritus ambitionis nullum iam permittit habere quie-
rem mentis. Est enim tanquam uenator qui sequitur
fugientiam, discurrit ad quaerenda temporalia. Vnde de
eo dicit beatus Bernardus. Multiplices praebendas ascen-
dis, archidiaconatum aspiras, ad episcopatum gradatim
ascendis, sed in puncto & sine gradu ad infernum descen-
des. Et iterum dicit. Circuit sedulus explorator, simulat
& dissimulat, sequitur & obsequitur, manibus & pedi-
bus repens, se quo modo ingerat in patrimonium cru-
cifixi. Vel sumit pacem de terra, cum per talem perditio-
nis filiam seminatur discordiam in ecclesia. Vnde sequitur
Et ut inuicem sese interficerent gladio discordiae. Fures
& Latrones praelati simoniaci, ad inuicem se interficiunt
cum sibi detrahunt, murmurant, & oblatrant. Vnde Isa. *Isai. 13.*
Pilosi saltabunt ibi. Et iterum. Pilosus clamabit ibi, al-
ter ad alterum. Hodie in ecclesia pilosi, id est simoniaci
pecuniosi saltant & ludunt, & unus simoniacus accusat
alium tota die. Sunt in causis, & curis, clamoribus, uexa-
tionibus, & dilanationibus. Vnde sequitur. Et datus est
illi gladius magnus, qui est temporalis gloria, cum qua
& pro qua infelices se uulnerant & occidunt. Sequitur.
Et ecce equus niger, & qui sedebat super eum habebat
stateram in manu sua. Niger dicitur quasi nubiger, quia
non sereno sed fusco opertus est. Equus niger est merce-
narius. De quo dicitur. [*Mercenarius est qui non est pa-
stor, cuius non sunt oues propriae, uidet lupum uenientem & fu-
git &c.*] Mercenarius mercede conductus praelatum
qui sola temporalium mercede in ecclesia seruit, signi-
ficat, de tali dicit Psal. Confitebitur tibi cum benefece-
ris ei. Et Ioan. dicit Christus. Quae me, non quia ui-
distis signa, sed quia manducastis ex panibus & satu-
rati

rati effis. Dum satur est uenter cantat miserere liberer. Hic mercenarius non est pastor sed idolum. Vnde **Zac. 11.** Zacha. O pastor & idolum derelinquens gregem. Gladius super brachium eius, & super oculum dextrum eius. In brachio uirtus cooperatiua, uel cooperationis, in oculo lumen rationis designatur. Dicit ergo o pastor & idolum, & correctiue ponitur: quasi dicat. Non pastor, sed idolum, tam sceleratus es ut non cultor idolorum, sed idolum uerum eris. Idolum nomen habet Dei, sed non est ita in alijs. Pastor derelinquens gregem, quia eius oues non sunt proprie. Et ideo gladius, id est furor domini super brachium & oculum dextrum eius erit, ut robur eius & iactantia fortitudinis eius ariditate gratiæ & bonorum operum sicceetur, & lumen rationis terrenis tenebris obscuretur, quia impotens ad operandum, & obtenebratus ad discernendum iusto Dei iudicio efficietur. Vnde primi Reg. Heli iacebat in loco suo, & oculi eius caligauerant, nec poterat uidere lucernam domini antequam extingueretur. Heli interpretatur extraneus, & significat prælatum mercede conductum a regno Dei extraneum, hic iacet in loco suo, id est carnis uoluptate dissolutus, cuius oculi, id est lumen rationis & intellectus caligine, id est amore terrenorum obtenebrantur, & sic non potest uidere lucernam, id est gratiam Dei, antequam extinguatur. i. non perpendit & non cognoscit se lumine gratiæ priuatum nisi cum in eo lumen ipsius gratiæ fuerit extinctum. Sunt enim multi qui ita excecantur, ut gratiam Dei se amisisse non cognoscant, ut cum ab ipsa gratia in mortali peccati cecitatem ceciderint. Bene ergo dicitur in Apocaly. Ecce equus niger, id est mercenarius non sereno gratiæ, sed fulco culpæ coopertus. Et qui sedebat super eum habebat stateram in manu sua. Sessor equi nigri, id est mercenarij, est spiritus negociationis, cuius calcaribus excitarus columbam, id est gratiam Dei quæ gratis debet dari, tanquam negociator precio uendit, & sic domum Dei facit domum negociationis. Hic habet in manu stateram

ram dolosam, de qua Osee. Chanaan in manu eius statera dolosa, calumniam dilexit. Chanaan negociator interpretatur: & significat ecclesiæ mercenarium qui secularibus negocijs implicatus curam non habet de Deo ouibus. Dicit Hieronymus. Idem est negociatio in clerico quod usura in laico. In huius manu est statera dolosa, quia alicet prædicat & aliter uiuit. Agit aliud & aliud ostendit. Paupertatem prædicat cum sit auarus, castitatem cum sit luxuriosus, ieiunium & abstinentiam cum sit gulosus. Onera grauias & importabilia imponit humeris hominum, digito autem suo non uult ea mouere. Hæc est statera dolosa, contra hoc quod dicit dominus, **Leuit. 19.** Aequa sint pondera, iustus modius, æquusque sextarius. Statera dicta quæ ex duabus lancibus, & uno medio stylo librata pendeat. Duæ lances sunt contemptus mundi, & desiderium cælestis regni. Stylus in medio est amor Dei & proximi. Hæc est statera æqualiter ponderans, unicuique ius suum tribuens, mundo contemptum, Deo obsequium, proximo affectum. Sed in manu Chanaan. i. negociatoris mercenarij non est statera talis, sed dolosa. Dolose (inquit Psal.) egit, ut inueniatur iniquitas eius ad odium, quia calumniam dilexit. Calumnia dicta a caluendo, id est decipiendo. Hic mercenarius calumniator est, consuit puluillos sub omni cubito manus suæ, & facit ceruicalia, ut dicit Eze. sub capite uniuersæ æratis ad capiendas animas. Quia uitia palliat, culpas leuigar & dignas non iniungit penitentias causa quæstus, & sub specie misericordiæ & cõpassionis uelans auaritiã suam, dicit pax pax, & non est pax, uiuificans animas quæ non uiuunt: & sic decipit fideles Iesu Christi. Hic mercenarius cuius non sunt oues propriæ, uidet lupum uenientem & fugit. Lupus dictus eo quod quasi leonipēs sit, uirtus eius est in pedibus. Vñ quicquid præssit pede non uiuit. Insidiatur ouibus, guttur ouium inuadit, ut cito strangulet, anterior pars corporis rigidior, ut ceruicem flectere non possit facile, impetu quodam fertur, & ideo sæpe deluditur, quia si quem prior uiderit uocem

cem eius quadam ui naturæ fertur eripere, quia si se uisum senferit deponit feritatis audaciam. Cum famefcit nec unde subripiat commode uidet, terra uescitur, & montem ascendit, & aperto ore uento uiscera indigentia reficit. Duo ualde timet, ignem & uiam tritam. Lupus significat diabolum, & huius mundi tyrannum, cuius seffor est diabolus. Hic est equus quartus, de quo Apocal. Et ecce equus pallidus & qui sedebat super illud nomen illius mors &c. Sic miles per equum sternit hostem sic diabolus cui nomen est mors, quia per eum mors intrauit in orbem terrarum, per huius seculi tyrannum diruit & conturbat Christi ecclesiam, quem mercenarius cum uiderit uenientem dimittit oues, & fugit, & lupus rapit & dispergit oues. Iste dimittit, & ille rapit. Diabolus tanquam lupus quicquid presserit pede superbiæ occidit. Vnde Dauid Psalm. huiusmodi pede premi timens orabat, dicens. Non ueniat mihi pes superbiæ, & manus peccatoris non moueat me. Sicut enim omnia membra pedi inniruntur, sic omnia uitia superbiæ, quia ipsa est initium omnis peccati. Diabolus insidiatur ouibus, id est ecclesie fidelibus, quorum guttur restringitur, ne peccata cõfiteantur, qui tantæ est superbiæ ut ceruicem ad humilitatem flectere nõ possit, improuiso impetu tentationis inuadit, sed a sanctis qui eius non ignorant astutias deluditur, hic si hominem incautum uiderit, eum a sui criminis confessione, & sui creatoris laude obmutescere facit. Si uero inuigilans sibi, tentationem eius præuiderit, diabolus se deprehendi erubescit, & sic tentationis uires amittit. Quando in sanctis non inuenit quid comendat terra, id est avaris & luxuriosis uescitur, in montem, id est ad illos qui sunt in dignitatis sublimitate constituti, ascendit, & ibi uento uanæ gloriæ & pompæ secularis se reficit. Diabolus super omnia duo specialiter timet, ignem scilicet charitatis, & uiam tritam humilitatis. Si hæc duo mercenarius haberet, nõ utiq; fugeret, sed ideo fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus

uibus. Diabolus & mercenarius quadam amicitia & pactione coniuncti sunt, ut patet in rege Sodomorum, dicente ad Abraham Genesi. Da mihi animas, cætera tolle tibi, scilicet lanam & temporalia. Bene ergo dicitur. Et ecce equus pallidus, & qui sedebat super eum, nomen illi mors, & infernus sequebatur eum, id est insatiabiles terrenis eum imitantur. Et data est illi potestas super quatuor partes terræ, id est super omnes malos ubique morantes, interficere gladio, malæ persuasionis, fame, diuini uerbi. Morte, mortalitatis uel mortalis peccati. Et bestijs terræ, id est primis motibus carnis miseræ. Sequitur Tertium.

Ego sum pastor bonus: & cognosco oues meas &c. Ad differentiam furis & mercenarij, dicit. Cognoscunt me meæ, & cognosco meas, scilicet caractere meo signatas. Istæ oues habent nomen eius & nomen patris scriptum in frontibus suis. Vnde concordat illud Apost. 7. Audiui numerum signatorum centum quadraginta quatuor millia ex omni tribu filiorum Israel. Ex tribu Iuda &c. Dicitur Genesi. Quod Iacob maledixit tres filios Ruben, Simeon, Leui, qui ordine natiuitatis primi fuerunt. Per quod datur intelligi, quod nullus istorum ius primogenituræ habuit. Quartus fuit Iudas, quem Iacob laudauit & benedixit, dicens. Iuda, te laudabunt fratres tui. Iudas confitens, Ruben filius uisionis, Gad accinctus uel attonitus, Aser beatus, Neptalim latitudo, Manasses oblitus, Simeon tristitiæ exauditio, Leui additus uel assumptus, Ysachar merces, Zabulon habitaculum fortitudinis, Ioseph augmentum, Benjamin interpretatur filius dexteræ. Iudas est poenitens, qui hos fratres secum debet habere, ut in confessione clare uideat, in tribulatione se sapientia accingat, Deum timeat, quia beatus uir qui timet dominum, in charitate se dilatec posteriorum oblitus ad anteriora se extendat, de peccatis contristatus doleat, ut Deus eum exaudiat, dolorem dolori addat, ut de dolore in gaudium assumi ualeat, & si mercedem uitæ æternæ percipiet: in qua habitabit forti-

Apoc. 6.

Psal. 35.

Gen. 14.

Gen. 49.

fortiter, & confidenter, quia non erit qui exterrear, & numero angelorum auctus, ueris diuitiis locupletatus, benedictione dexteræ ad dexteram positus, erit in secula seculorum benedictis. In horum duodecim interpretatione omnis perfectio gratiæ & gloriæ designatur, ad quam quicumque uenire uoluerit, necesse est ut in fronte Tau signetur. Vnde Ezechi. 9. dixit dominus ad uirum qui erat indutus lineis. Transi per mediam ciuitatem in medio Hierusalem, & signa Tau, super frontes uirorum gementium & dolentium super cunctis abominationibus, &c. Vir uestitus lineis est Christus, nostræ carnis lino indutus. huic præcepit pater ut Tau, idest signum crucis suæ & memoriam passionis signaret super frontes, idest mentes penitentium, qui gemunt in contritione, & dolent in confessione super cunctis abominationibus quas fecerunt, uel quas alii faciunt. De hoc signo dixerunt exploratores Raab, Iosue secundo. Innoxij erimus a iuramento quo adiurasti nos, si ingredientibus nobis terram, signum non fuerit funiculus iste coccineus in fenestra. Qui est memoria dominicæ passionis in sensibus nostris, quam si non habuerimus, cum damnatis peribimus. Et ideo nobis faciendum est sicut præcepit dominus. Exo. Fasciculum hyssopi tingite in sanguine qui est in lumine, & aspergite eum in superliminare & utrumque postem. Hyssopus est herba purgandis pulmonibus apta, nascitur in petris saxorum radicibus hærens, fidem significat Christi, de qua Apostolus. Fide purificans corda eorum. Hæc in Christo radicitus est fundata. Vos ergo fideles accipite fasciculum fidei, & intingite in sanguine Christi, & aspergite superliminare. i. intellectum, & utrumque postem. i. uoluntatem, & hoc in memoriam passionis Christi. Vnde dicit sponsa Cant. Pone signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum. In corde uoluntas, in brachio notatur operatio, quæ duo signaculo passionis Christi debent insigniri. Quicumque ergo isto signo fuerint signati, eos dominus cognoscat, & ipsi

Ezech. 9

Iosue. 2.

Exo. 12

Cantic. 8

ipsi dominum. Ideo cognosco meos, & cognoscunt me meos &c. Filius per se cognoscit patrem, nos per illum & ipse dicit. Nemo nouit filium nisi pater, neque patrem quis nouit nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Matthei. Et animam meam pono pro ouibus meis. Hæc est probatio dilectionis ad patrem & ad oues. Sic & Petrus tertio confitens amorem iubetur pascere oues & pro eis mori. Vnde Ioan. dicit Christus, Pasce, pasce, pasce, non, tonde tonde tonde. Sequitur quartum.

Matt. 12

Ioan. 21

Et alias oues habeo quæ non sunt ex hoc ouili &c. Ouis, molle pecus lanis & corpore, ab oblatione sic dicta, quia in initio non tauri sed oues in sacrificio ponebantur. Oues sunt Christi ecclesiæ fideles qui quotidie in ara dominicæ passionis & in sacrificio contriti cordis se hostiam immaculatam, sanctam, Deo placentem, offerunt. Alias oues habeo, scilicet de gentibus, quæ non sunt ex hoc ouili, id est populo Israel, & illas oportet me adducere per apostolos, & fieri unum ouile & unus pastor. Hæc est ecclesia de utroque populo congregata, hæc est illa mulier, de qua Apoc. Signum magnum apparuit in celo. Mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius & in capite eius corona stellarum duodecim. Et in utero habes, & clamabat parturiens, & cruciatur ut pariat. Allegorice Mulier ista ecclesiam significat, quæ bene dicitur mulier, propter multorum filiorum fecunditatem quos ex aqua & spiritu sancto genuit. Hæc mulier est amicta sole. Sol dictus, quia solus apparet suis fulgoribus obscuratis cunctis sideribus. Sol est Christus, qui lucem habitat inaccessibilem, cuius claritas omnium sanctorum radiolos si ei comparentur offuscat & denigrat, quia non est sanctus ut est dominus. Si lotus fuero (ait Iob.) Quasi aquis niuis, & fulserint uelut mundissimæ manus meæ, tamen sordibus intinges me &c. In aquis niuis, compunctio lachrymarum, in mundissimis manibus, operationis perfectio figuratus. Dicit ergo. Si lotus fuero quasi aquis niuis. i. compunctionis, & fuluer. nū. m. me. fulgore perfectæ operationis tamen. i. in-

Apoc. 12

Iob. 9.

tinges me; id est sordidum me ostendes: & abominabun-
 tur me uestimenta mea. i. uirtutes meæ uel mei corporis
 membra. si districte supple mecum uolueris agere.
 Facti (inquit Isa. 64.) Sumus ut immundi. i. leprosi om-
 nes nos, & quasi pannus menstruatæ uniuersæ iustitiæ
 nostræ. Ille ergo sol solus est bonus iustus & sanctus, cu-
 ius fide & gratia ecclesia est amicta, & luna sub pedibus
 eius. Luna propter sui mutabilitatem huius miseri sta-
 tus instabilitatem significat. Versus. Ludus fortunæ ua-
 riatur imagine lunæ. Crescit decrescit, in eodem sistere
 nescit. Vnde Eccle. Stultus de luna mutatur. A cornibus
 enim superbix ad rotunditatem pilæ. i. carnalis concu-
 piscentiæ & econuerso, stultus huius seculi. s. amicus mu-
 tatur. Rerum caducarum prospera mutabilitas debet ef-
 se sub pedibus ecclesiæ, qui sunt omnes prælati, qui ip-
 sam tanquã pedes corpus debet sustentare. Sed his pedi-
 bus tanquam stercore omnia temporalia debent concul-
 cari. Vnde Actuum. Quorquot possessores agrorũ erant
 uendentes offerebant precia eorum quæ uendebantur,
 & ponebant ante pedes apostolorum, quia omnia tan-
 quam stercore reputabant. Et in capite eius corona duo-
 decim stellarum. Hæ sunt duodecim apostoli illuminan-
 tes noctem huius seculi. Vos inquit dominus Matthæ.
 estis lux mundi. Corona dicta quasi capitis rota. Duode-
 cim stellarum corona est fides duodecim apostolorum,
 quæ est corona, quia recipit additionem nec diminutio-
 nem, ut figura circularis, & hæc est completa Ecclesia ha-
 bet filios quos uerbi Dei semine concepit, clamat partu-
 riens in pœnitentibus: cruciatur ut pariat in cœuertibus
 peccatoribus. Vñ ipsa Baruch. 4. Ego derelicta sum sola,
 exui me stola pacis, indui me sacco obsecrationis, & cla-
 mabo ad altissimũ in diebus meis. Animæ quiores estote
 filij, clamate ad dñm, & eripiet uos de manu principum
 inimicorũ &c. Hoc fit in die cinerum quã emittantur ab
 ecclesia, & in die cœnæ quando recipiuntur. Moraliter.
 Mulier amicta sole &c. est fidelis anima, de qua Pro-
 uerb. 31. Mulierem fortem quis inueniet? procul & de
 ulri-

ultimis &c. Beata anima illa quæ uirtute induta ex alto
 fortis inter aduersa & prospera consistit, & aereas pote-
 states fortiter deuincit. Preciũ huius mulieris fuit Chri-
 stus, qui ad eius redemptionem procul, id est de sinu pa-
 tris secundum diuinitatem, & de ultimis finibus terræ,
 id est pauperulis parentibus uenit secundum humani-
 tatem. Vel per precium uirtutem accipe, hæc precio re-
 dimitur. Vnde Salomon Prou. Redemptio mihi proprie
 diuitiæ, id est uirtutes, Virtus de procul, uitia familiaria
 quia a nobis uirtutes de sursum. Hæc mulier est amicta
 sole. Nota quod in sole sunt tria, candor, splendor & ca-
 lor, in candore castitas, in splendore humilitas, in calo-
 re charitatis designatur. Ex his tribus fit pallium fide-
 lis animæ cœlestis sponsæ. De quo pallio dixit Booz ad
 Ruth. Expande pallium quo operitis & tene utraq; ma-
 nu, qua extendente & tenente mensus est sex modios,
 & posuit super eam. Booz interpretatur fortis. Ruth ui-
 dens uel festinans interpretatur. Quid extensio pallij &
 utraque manus? Ruth est anima, quæ huius mundi mise-
 riam, diaboli fallaciam, carnis concupiscentiam uidens
 festinat ad uitæ æternæ gloriam. Hæc pallium extendit
 cum castitatem, charitatem, & humilitatem nõ sibi sed
 Deo attribuit, & ad ædificationem proximo ostendit,
 utraque manu, timoris scilicet & amoris ne perdat, te-
 net. Manus dicta eo quod hominem muniat uel eo quod sit
 totius corporis munus. Ipsa etiam cibum ori ministrat,
 & omnia operatur. Sic timor & amor Dei hominem mu-
 niant ne cadat, munus gratiæ infundunt ut perseueret.
 Si hoc pallium anima ita extenderit & tenuerit: Booz,
 id est Christus fortis & potens merietur ei sex modios
 hordei. In hordeo rigor uel asperitas pœnitentiæ desi-
 gnatur, quæ consistit in sex. In contritione, confessione,
 ieiunio, oratione elemosynarum largitione, & finali p-
 seuerantia. Sequitur. Et luna sub pedibus eius. Nota
 quod in luna sunt tria tribus supradictis contraria, ma-
 cula, obscuritas, & frigiditas. Luna est corpus hominis,
 quod per ætatum successiones crescit & decrescit, & ab

eadem puncto in quo incipit in idem reuertitur, quia terra est, & in terram ibit. Habet maculam, quia in iniquitate conceptum; est obscurum, in infirmitate, frigidum in ultima incueratione, Vel habet maculam, quia luxuria polluitur. Obscuritate superbia excacatur. Odi rancoris gelicidio frigidum efficitur. Hanc lunam debet habere mulier sub pedibus suis, id est mentis affectibus, ut caro spiritui, sensualitas seruiat rationi. Vnde scribitur, 1. Regum. Quod Abigail ascendit super asinam, & uenit ad David. Abigail interpretatur patris mei exultatio, & significat animam conuersam ad penitentiam. Vnde Luc. Gaudium ei est coram angelis Dei super uno peccatore penitentiam agente. Hec super asinum ascendit dum corpus affligit, & rationi seruire cogit, & sic ad David, id est Christum accedit. De hoc Naum. Intra in lutum & calca, subigens tene laterem. Intra in lutum, considerans scilicet reatum, & quasi in sterquilino cum Iob. cap. 2. Dolente sedes, & testa, id est asperitate penitentie, saniem culpae abrasas, & tenens pro musco in manu carnis foetorem, subigere laterem, id est affligere carnem. Later igne solidatur, aquis dissoluitur. Si caro afflictionibus ex cocta firmatur delirij infirmatur, Vnde Hierem. Vsq; quo dissolueris delirij filia naga? Huic dicit Osee. Sicut uacca lasciuens declinauit dies Israel. Vacca lasciuens uultu stupido discurret, cibum non capit, taurum gestat & non uidet, & dum frangitur onere, delectatur libidine. Sic caro dum delirij adluit, per campos licentie discurret, cibum anime non capit, diabolum gestat & non uidet, qui eam peccati onere premit dum libidinem succendit. Sequitur. Corona duodecim stellarum in capite eius. Stellae a stando dictae, quia fixae sunt semper in caelo, & cum caelo motu perpetuo feruntur. Nam dum uidentur stellae labi, non sunt stellae, sed igniculi ex aere lapsi qui sunt dum uentus altiora petens aethereum ignem secum trahit. In capite, id est mente anime debet esse corona stellarum, id est

virtutum duodecim. In fronte tres id est fides, spes, charitas. A dextris tres, temperantia, prudentia, fortitudo. In posteriori, Mors memoria, iudicij dies amara, indeficiens inferni poena. A sinistris, patientia, obedientia, & finalis perseuerantia. Rogemus dominum &c.

Domínica III. post Pascha. De uero gaudio quod sine Christi cruce acerbitate, non de gustatur.

Quod dicitur *Modicum & iam non uidebitis me.* Ioan. In quo euangelio septies ponitur modicum & signantur tria. Primo, recessus lamentabilis, scilicet per timorem ex illata angustia. *[Modicum & iam non uidebitis me.]* Secundo, excessus uituperabilis ex inepta lätitia. *[Mundus autem gaudebit.]* Tertio, successus admirabilis ex promissa gloria. *[Iterum uidebo uos & gaudebitis in uestrum.]*

Quo ad primum. *[Modicum]*, &c. quasi dicat modicum, id est parum temporis restat usque ad hoc quod patiar & claudar sepulchro, & iterum parum temporis usque quo resuscitatum uideatis, uel paruum tempus est, id est triduum quo clausus non uidebor, quia uado ad patrem, hoc est, quia tempus est ut deposita mortalitate humanam naturam caelis inferam. Mortaliter. Nota quod hic septies ponitur modicum, ad significandum quod uita nostra quae circumuoluitur septem diebus, est modica. Vnde Iacob, uita nostra uapor est ad modicum patens, & deinceps exterminabitur. Vnde Iob. Ductum in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Et ca. 20. Laus impiorum breuis. Punctum & pinguedo dictum breuissimum adeo quod interuallo taceat, quod ob incomprehensibilem breuitatem sui in partem diuidi non potest. Punctum est uita omnis peccatoris, quae

Q 3 est punctio

Ioan. 16.

Iac. 4.
Iob. 21.

est punctio cōscientiæ, breuitas uitæ. Vnde Sapiēt. Spes impij tanquam lanugō quæ a uento tollitur: & tanquā spuma gracilis quæ a procella dispergitur, & tanquam fumus quia uento diffusus est, & tanquā memoria hospitis unus diei præter eūtis. Voluptas quæ superat, & abundātia terrenorū uolatilis est ut lanugo. Ideo lanugo dicta quasi lana sup poma. Vel est fructus cānx inanis & superficialis ut spuma, de quo Osee. Trāfire fecit Samaria regē suum quasi spumam super faciem aquæ. Samaria est dignitas: quæ transire fecit regem, idest prælatum suum quasi spumam, per quam intelligitur superbia, quæ cito tollitur procella infirmitatis. Voluptas enim tanquā fumus, mentis oculos turbat: Stercora, idest immunditias peccati relinquit. Tanquam hospitis prætereuntis. His quatuor similibus consonat illud Osee. Erit quasi nubes matutina, & sicut ros matutinus præteriens: sicut puluis turbine raptus ex area: & sicut fumus de fumario. Nubes matutina & ros sole adueniente fugantur & consumuntur. Puluis uento rapitur. Fumus in tenues auras dissoluitur. Sic adueniente ardore mortis, temporarium abundantia fugiet & deficiet, & carnalis concupiscentiam, & omnis uanagloria euanescet. Vñ ergo illis qui per huius uitæ modicam abundantiam, momentanei delectamenti umbraculum, æternitatem uitæ perderunt. In huius infelicis exilij diei septenario septem uitij sunt irretiti, & ideo bibent de septem phialis iræ Dei. Vnde habes concordātiā Apoca. Audiu: (inquit Apoc. 16 Ioanne) uocem magnā de cælo, dicentem septem angelis. Item & effundite septem phialas iræ dei in terram. Et primus angelus effudit phialam suam in terram. Secundus in mare. Tertius super flumina & fontes aquarum. Quartus in solem. Quintus super sedem bestię. Sextus in flumen magnum Euphratem. Et septimus in aerem. Per terram, auari & usurarij. Per mare, superbi & inflati. Per flumina & fontes aquarum, luxuriosi. Per solem uanegloriosi. Per sedem bestię, inuidi & acediosi. Per flumen Euphratem, quod interpretatur abundantia

dantia, ebrij & gulosi. Per aerem, falsi religiosi designantur. De terra auaritiæ dicit dominus serpenti Gene. Ter ram comedes omnibus diebus uitæ tuæ, quia, auari ci- bus sunt. diaboli De mari superbiæ. Iob. Mare loquitur non est mecum, scilicet sapiētia, quia Deus superbis refi- sit. De flumine luxuriæ. Exod. Præcepit Pharao omni populo suo dicens, Quicquid masculini sexu natum fue- rit, in flumen projicite. Pharao interpretatur dissipans uel discooperiens eum: & significat diabolum, qui post quam uirtutum fabricam dissipauit, hominem miserū pallio gratiæ discooperit & denudat. Hic omne corpus uirile uirtuosum & perfectum quærit interficere. Fœ- minas uero, idest mentes effœminatas reseruare, quibus abutatur. De sole uanæ gloriæ dicitur Matth. de semini- bus seminatis. Sole autem orto æstauerunt: & quia nō habebant radicem, aruerunt. Semina sunt bona opera: quæ sole uanæ gloriæ æstuate, arescunt. Quicquid enim propter uanam gloriam facis, totum amittis. Bernardus Tibi cinis & puluis gloriam quæris? Vnde de uite san- ctitate sed spiritus est qui sanctificat: non tuus: sed Dei. An blanditur tibi fauor popularis? qui uerbum bonum bene de promissis: sed Deus est: qui dedit os & sapientiam. Quid est lingua tua nisi calamus scribæ uelociter scribē- tis? Dicit philosophus Socrates. Compēdiōsa eis uia ad gloriam peruenirent qui darent operam ut quales uide- ri uellent, tales essent. De sede inuidiæ in qua habi- rat bestia, idest diabolus, dicitur Apoca. Scio ubi habi- tas, ubi sedes est Sathanæ. Inuidi sunt sedes Diaboli. Vnde Iob. 37. In greditur bestia latibulum suum: in an- tro suo morabitur. Latibulum & antrum corda defi- gnant inuidorum: quæ fuligine inuidiæ sunt obscurata. Antrum est quasi atrum, idest oscurum. De Euphrate gulæ dicitur Hier. quod lumbare computruit, in abun- dātia scilicet gulæ & ebrietatis. Dicit idē Philosophus. Ede & bibe ut bene uiuas: non uiuas tamen ut edas & bibas. De aere falsæ religionis. Apoca. Obscuratus est aer de fumo putei. Puteus est cupiditas, cuius fu-

mus omnes fere religiosos iam infumavit. Omnes illi qui istis septem vitijs fuerint irretiti in huius vitæ septenario, inebriabuntur septem phialis, idest septem plagis, idest septem iudicialibus sententijs in inferno. In corpore enim & anima quibus peccauerunt, æternaliter punientur. Sequitur.

Amen amen dico vobis, quod plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit, &c. usque Quia natus est homo in mundo.]

Isa. 22.

In ærumnis huius seculi omnes boni prestant, sed mundi amatores gaudent. Unde de turroque Isa. Vocavit dominus exercituum ad fletum & planctum, ad caluitium & ad cingulum sacci, & ecce gaudium & lætitia, &c. Omnes iusti gratia Dei vocati sunt in fletu contritionis, & planctu confessionis, in caluitio, temporalium abrenunciatione, & cingulo sacci, idest asperitate poenitentis. Sed mundi amatores sunt in gaudio mundi, lætitia peccati, gula & luxuria inebriati.

Apo. 17.

Hæc est illa Babylon, de qua Apoca. 17. Vidi (inquit Ioannes) mulierem sedentem super bestiam coccineam, plenam nominibus blasphemiarum, habentem cornua decem. Et mulier erat circumdata purpura & coccino, & inaurata auro & lapide precioso & margaritis, habens poculum aureum plenum abominationibus. Mulier a mollitie dicta molles illos significat qui Eue a qua peccatum incepit, conformantur, de qua Salomon Eccl. 9. Mulier fornicaria, quasi sterces in via. Sterces dictum, quia stratum in agris. Mulier fornicaria, sunt omnes mundani, qui conculcantur a demonibus tanquam sterces a transeuntibus. Hæc mulier sedet super bestiam coccineam, idest diabolum, qui vastat animæ virtutes, qui est sanguineus in se & in suis. Super hunc, scilicet diabolum, sedent mundani, quia ipse est fundamentum eorum, cui innituntur. Sed qui diabolo de cælo labenti innititur, necesse est ut cum labente labatur. Unde

Iob. 40. de Iob. Videntibus cunctis præcipitabitur tam ipse

6

se quam reprobi, quorum ipse caput. Plenam inquit nominibus blasphemiarum. Diabolus habet tria nomina, ut dicitur in hac Apocalypsi. Hebraice Abdon, Græce Apollion, latine habens nomen exterminans. Abdon, seruus Apollion, exterminans. Vel dicitur Apollion græce, apo tou apollios, idest noxius, qui est infernalis dictus. Hæc sunt nomina blasphemiarum quibus diabolus & eius membra Deum blasphemant. Sunt enim exterminantes, idest extra terminum vitæ æternæ se & alios ponentes. Habentem capita septem & cornua decem. Septem capita sunt septem vitia, de quibus Psal. Vidi iniquitatem & contradictionem in civitate. Die ac nocte circumdabit eam super muros eius iniquitas, & labor in medio eius, & iniustitia. Et non defecit de plateis eius usura & dolus. Civitas sanguinis uniuersa, plena mendaciarum, in quam dominus non ingreditur est collecta multitudo carnalium, in qua est iniquitas ad Deum. Quæ hic bis ponitur, quia duobus modis contra Deum peccatur. Committendo scilicet & omitiendo. Contradictio ad prælatum, labor & iniustitia ad teipsum, usura & dolus ad proximum. Decem cornua sunt de quibus Apollolus ad Roma. 1. Repletos quidem omni iniquitate: malitia: fornicatione: auaritia: nequitia: plenos inuidia: homicidio: contentione: & æmulatione: dolo: & malignitate. Vel septem capita, & decem cornua sunt illa de quibus Sapientia in fine. Omnia commixta sunt: sanguis, homicidium, furtum, &c. usque, Idolorum cultura. Sequitur. Mulier erat circumdata purpura, &c. In purpura, amor dignitatis. In coccino quod sanguinei est coloris, crudelitas mentis. In auro, mundana sapientia. In lapide precioso & margaritis diuitiarum opulentia designatur. Ista mulier fornicaria Babylon magna sathanæ synagoga carnalium turba circumdatur & ornatur, de qua labitur. Habens poculum aureum in manu sua &c. Poculum vel calix aureus in manu Babylonis est mundi gloriæ foris aurea: sed

ps. 54.

Sap. 14.

intus

intus omni spurcitia & abominatione plena. Vnde
 Pro. 31. Prouerbio. Fallax gratia & uana pulchritudo. Hoc cali-
 ce inebriantur reges mundi, ecclesie praelati, religiose
 Apoc. 17 & religiosi. Vnde Ioan. Apo. Cum qua, inquit fornicati
 sunt reges terrae, & inebriati sunt qui habitant terram
 de uino prostitutionis eius. Nota, ebrius nunquam ha-
 bet uiam satis latam, nihil etiam sentit, sic illi cupidi glo-
 Thre. 4. riae. Vnde Hier. Threno. Gaude & lætare filia Edom quæ
 habitas in terra Hus ad te quoque perueniet calix, in-
 briaberis atque nudaberis. Edom filia, est mēs carnaliū
 effeminata, uel populositās. Huic ironice Hier. loquitur.
 Gaude & lætare, Gaudet in seculi abundantia. Lætatur
 in carnis luxuria. Hæc habitat in terra Hus: quæ inter-
 pretatur consilium, de quo Isa. 19. Sapientes consilij
 Pharaonis dederunt consilium insipiens. Sapientes hu-
 ius mundi dant consilium insipiens, quærere scilicet tē-
 poralia, fugientia apprehendere, falsæ mundi promissio-
 ni credere. Istiusmodi consilio filia Edom decepta cali-
 ce aureo mundanæ gloriæ inebriatur, & postmodum
 denudatur. Huius etiam seculi amatores post tempora-
 lium ebrietatem nudabuntur ab omnibus bonis, & nu-
 dati damnabuntur penis æternis. Vnde subditur in Apo-
 ca. 18. Sustulit inquit angelus fortis unum lapidem qua-
 si molarem magnum & misit in mare, dicens. hoc im-
 petu mittetur Babylon illa magna ciuitas, & ultra non
 inuenietur. Angelus fortis est Christus qui potestates
 aereas deuicit, sustulit unum lapidem quia eleuat malos
 habentes dura corda, ut grauius puniat, quasi molarem
 magnum, quia per mundana uoluuntur, uel quia alios
 conterunt, & misit in mare, idest amaritudinem inter-
 ni, ut quantum Babylon se exultauit, & in delitiis fuit
 tantum sentiat tormentorum. Bene ergo dicitur in eua-
 gelio. [Mundus gaudebit, uos uero contristabimini, sed tristitia
 uestra uertetur in gaudium, scilicet illius] de quo do-
 Ioan. 2. minus Ioan. Omnis homo primum bonum uinum po-
 nit, deinde id quod deterius est. In hoc mūdo bibunt ui-
 num lætitiæ, sed in alio bibet acetum gehennæ. Vnde
 Hier.

Hiere. Ecce quibus non erat iudicium ut biberet calicē,
 bibentes bibent, & tu innocens reliqueris, Non eris in-
 nocens sed bibens bibes. Quia per me metipsum iurauit
 Hier. 49 dicit dominus, quod in solitudinem & in opprobrium
 & in derisum (aliter in desertum) & in maledictionē
 erit Bosra. Sancti quibus non est iudicium ut bibant cali-
 cē tristiciæ huius seculi bibentes cordis amaritudinē,
 bibunt corporis dolorē, dolent etiam & gemunt super
 cunctis abominationibus quæ fiunt in medio uniuersæ
 terræ. et tu Babylon mater fornicationum quasi in-
 nocēs relinqueris? non eris innocens, sed bibens in hoc
 seculo uinum gaudij, bibes in alio acetū inferni. Grego.
 Si tanta est uitæ mortalitas uel mortalis infirmitas, ut
 nec iusti qui idē qui in cælo coronādi sunt, hic sine labo-
 ribus propter innumerum humanæ miseriæ cumulum
 transeant ad uitam, quāto magis hi qui a cælesti gloriæ
 sunt exsortes cærum perpetuæ dānationis exitum expe-
 ctāt? Et iterū. Quādo patientiā Iob cōsidero, & mortem
 sancti Ioannis baptistæ mēte recolo, tibi dico O pecca-
 tor, intellige hinc quid sint passiuri quos dominus repro-
 bat, dū sic patiuntur qui iudice recte laudantur. Quid fa-
 ciet uirgula deserti, ubi timore concuti tur cedrus para-
 dis? Sequitur, Per memetipsum iurauit dicit dominus,
 quia maiorē non habeo, q̄ Bosra, quæ interpretatur ini-
 mica. i. mūdanorū perfide synagoga, quæ propugnaculis
 peccatorū, iaculis defensionū se muniuit cōtra dñm, erit
 in solitudinē, quia sola remanebit sine gratia comite. Et
 in opprobriū quia denudata tēporalibus. Et in derisum,
 quia irrisa a dæmonibus. Et in maledictionem illam. Ite
 maledicti &c. Sequitur. [Mulier cum parit, tristitiam habet]
 tristis dicitur quasi tritus a tero teris. Sancti in huius exi-
 lii peregrinatione sunt, triti, afflicti, angustiati, quib. di-
 gnus non erat mundus, quibus loquitur Petrus in ho-
 dierna epistola: [Obsecro uos tanquam aduenas & peregrin-
 nos.] &c. Aduena dicitur quasi aliunde ueniens. Pere-
 grinus, qui extra sua patriam proficiscitur. Omnes
 aduenæ sumus quia aliunde, idest a gaudio paradisi ad-
 uenimus

uenimus in huius miseriam exilii. Peregrini etiam fu-
mus, quia proiecti a uultu oculorum dei extra patriam
cæli medicantes proficimur. Abstineamus ergo a carna-
libus desideriis similes. Naboth, qui interpretatur con-
spiciuus. Et sicut ille maluit mori, ut dicitur. 3. Reg. 21.
3. Reg. 21 quam hæreditatem suam uendere, sic debemus mallo
quascunque pænas, pati, quam pro carnis desideriis &
delitiis æternam gloriam dare. Quod si fecerimus, tristi-
tia nostra uertetur in gaudiū. Cui cōsonat introitus mis-
sæ. Iubilate, scilicet corde. Psalmum dicite, ore. Dare glo-
riam, opere, ut ad gaudium æternum perueniamus. &c.
Sequitur. Terrium.

Iterum uidebo uos, & gaudebit cor &c.] Nota quod tri-
bus modis uidet nos Deus. Primo gratiam infunden-
do. Vnde dixit Nathanaeli. Ioan. 1. Cum esses sub ficu,
uidi te. Exules paradisi habuerunt uestes de foliis fi-
cium, quæ carnis excitant puritum. Ille enim sub ficu
est, qui in umbra tepide conuersationis; & pruritu-
bidinosæ carnis habitationem sibi elegit. Hunc domi-
nus uidet cū ei gratiam cōfert. Secundo uidet nos De-
Gene. 2. cum gratiam collatam conseruat. Vnde Gene. 2. Vidit
Deus cuncta quæ fecerat & erāt ualde bona. Cuncta
quæ fecerat in nobis & facit dominus cum gratia in-
fundit, sunt bona, sed cum uidet, idest ipse in nobis con-
seruat, tunc sunt ualde bona, idest perfecta. Tertio ui-
debit nos Deus affirmendo ad seipsum. Vnde dicit. *It-
erum uidebo uos, & gaudebit cor uestrum.*] Con est fons
caloris & principium sanguinis, & principium om-
nium motuum rerum dilectabilium, & offensibilium, &
uniuersaliter motus cuiuslibet sensus ex illo incipiunt
& ad ipsum redeunt, & uirtus spiritalis remanet ulti-
mo in corde, & accidit omnibus membris mortificatis
proutquam cordi, quod primo & ultimo mouetur in
nobis. Ideo domi- us de eo intulit. *[Et gaudebit cor ue-
strum.]* ut sicut ab ipso uirtus procedit, & sic & gaudium
recipiat. *[It gaudium uestrum nemo tollet a uobis.]* de
quo Apocalip. 22. Ostendit (inquit Ioan.) mihi ang-
lus

lus flumen aquæ uiuæ splendidum tanquam crystal-
lum procedens de sede dei & agni in mediū plateæ eius.
In flumine perpetuitas. In aqua uiua satietas. In splēdi-
do crystallo claritas diuinitatis. In sede dei & agni, dei. s.
& hominis glorificata humanitas designatur. Ecce gau-
diū quod nemo tollet a uobis. De flumine perpetuitatis di-
cit oñs isa. 48. Utinā attēdisse mandata mea, facta fuisset
sicut flumen pax tua Flumē perpetuas habet aquas.
O homo si mādata dei attēdis, in pace perpetuitatis se-
curus gaudebis. De satietate aquæ uiuæ dicitur Psal. 38.
Apud te est fons uitæ, fons indeficiens, omnes satians, de
quo qui biberit non sitiet in æternum. Ioā. De splēdore
dicitur Apoc. 21. Ciuitas non eget sole neque luna, nam
claritas dei illuminat eam, & lucerna eius est agnus, id-
est dei filii, de cuius sede, idest humanitate, in qua humi-
liauit uel habitauit diuinitas, lumen perpetuitatis, aqua
uiua æternæ satietatis. CrySTALLUS splēdor diuinæ clari-
tatis procedunt in mediū. i. communitatē plateæ ciui-
tatis Hieru. cælestis, quia Deus erit omnia in omnibus
Oēs unū recipiēt denariū. Omnes particibabunt una re-
muneratione. s. uerbo incarnato, quia per ipsum splēdi-
di & beati sunt effecti. Ad quam beatitudinem. &c.

Psal. 38.

Ioan. 4.

De eodem Euangelio pars altera:
quæ potest esse Sermo. II.
De fæcunditate, & partu spiritali.

Uter cum parit, tristitiam habet. &c.] Dicit Ioan. 16.
Mulierem derelictam & mar- Isai. 54.
rētē spiritu uocauit dominus. Dominus
gratiæ suæ inspiratione, & ecclesiæ prædi-
catione uocauit mulierē. i. animā pecca-
tricē mollē & effæminatam ad pœnitentiā, derelictam
a diabolo, assumptam a deo. Vnde dicit Psal. 26. Pater
meus (idest diabolus) & mater mea (i. carnalis cōcupi-
sentia) dereliquerunt me, dominus autē assumpsit me.
Dicitur quod coruus non cibabat pullos suos nisi prius ui-
derit

derit plumas nigras subcrefcere. Vnde ipfi coruiculi in-
 terim fic uiuunt. Mufcæ enim ad fpumam quæ de ore
 coruiculorum profluit congregantur, & tunc ipfi con-
 trahunt fpumam fuam cum mufcis, & fic mirabiliter re-
 ficiuntur. Vnde Iob. Quis præparat coruo efcam fuam
 quando pulli eius ad Deum clamant uagientes eo, q
 non habeant cibos? Et Pfa. Qui dat iumentis efcam ip-
 forum, & pullis coruorum inuocantibus eum. Coruus
 uero fi in pullis fuis plumarum candorem subcrefcere
 uiderit, eos dereliquit, & a nido projicit. Coruus eft
 diabolus. Filij coruorū ū ſunt peccatores in peccato mor-
 tali exiftentes, paternam nigredinem imitantes. Vnde
 Nau. 2. de eis dicit Naum. Facies omnium ficut nigredo ollæ.
 Olla ex igne & fumo nigredinem contrahit. Facies ſunt
 opera per quæ tanquam per faciem cognofcitur homo.
 A fructibus eorum cognofcetes eos. Math. 7. Opera er-
 go peccatorum ſunt ficut nigredo ollæ, quia igne diabo-
 licæ ſuggeſtionis, & fumo carnalis concupiſcentiæ deni-
 grata. Vnde Hierem. Denigrata eft ſuper carbones fa-
 cies eorum. Sunt ergo peccatores filij diaboli. Sed cum
 per gratiam candorem remiſſionis recipiunt peccato-
 rum, tunc diabolus eos derelinquit, & dominus piſſi-
 mus in ſuæ miſericordiæ brachiis ſuſcipit eos. Bene er-
 go dicitur. Mulierem derelictam & merentem ſpiritu.
 Vnde dicit Threnorum. Poſuit me deſolatam tota die
 merore confectam. Deſolatam, ideſt ſolatio tempora-
 lium deſtitutam. Merore confectam. Optima confeſſio
 cum ex tribus electis ſpeciebus, contritionis, confeſſio-
 nis, & ſatiſfactionis, & balfamo diuinæ miſerationis con-
 ficitur opere apothecarii, id eſt ſpiritus ſancti. electua-
 rium animæ pœnitenti, de qua hic dicit dominus. [Mu-
 lier cum parit. &c.] Nota de muliere iſta. Mulier in dele-
 ctatione concipit, & in dolore parturit. Poſt imprægna-
 tionem grauat, efficitur ſuper oculos eius quaſi obſcu-
 ritas, & hoc apparet in quibusdam cito poſt decē dies,
 & in quibusdam tardius. In imprægnatione accidit im-
 prægnatis debilitas appetitus, quando embryoni (ideſt
 fetu

ſetu in utero) incipiunt pili oriri in capite. Cor primū
 ante cætera formatur, & membra interiora formantur
 antequam exteriora, & diſtinguitur prius pars ſuperior
 quæ eſt a peſtore ſuſum, & eſt maior in reſpectu, pars
 inferior eſt minor. Neceſſario hoc membrum cor de-
 bet creari ante alia, quoniam eſt principium motus, &
 eſt membrum hōbens magnum dominium, quia ex ipſo
 uita procedit, & cor poſitum eſt in loco ſuperiori & in
 anteriori, eo quōd nobilius eſt ordinatum in loco nobi-
 liori naturaliter. Cor inter omnia membra interiora ſo-
 lum non poteſt pati dolorem nec infirmitatem magnā.
 Et hoc cerrum, quia quando corrumpitur principium,
 in nullo adiuuat reſidua membra. Alia membra reci-
 piunt uirtutem a corde. Cor autem non recipit ex eis,
 & non eſt in aliquo corde os præterquam in corde equi,
 & in aliquo uno genere uaccarum & cerui, quoniam in
 corde horum animalium eſt os propter magnitudinem
 corporis. Os enim poſitum eſt in corde naturaliter ad
 ſuſtentamentum ſicut in omnibus corporibus. Pro-
 pter creationem ergo cordis creatur pars ſuperior cor-
 poris. Vnde in creatione Embryonis apparent caput, &
 oculi, quod uero eſt ſub umbilico ut crus & coxa, appa-
 ret ualde parum, quoniam pars inferior non eſt niſi pro-
 pter partem ſuperiorem. Debet ergo in corde eſſe prin-
 cipium ſenſuum, & omnes uires animales, & propter
 hoc creatur prius. Et propter calorem cordis & exitum
 uenarum ex eo, poſuit natura membrum frigidum ex
 oppoſito cordis, ſcilicet cerebrum. Et propter hoc crea-
 tur caput in generatione poſt creationem cordis. Ma-
 gnitudo autem capitis eſt maior magnitudine aliorum
 membrorum, quoniam cerebrum eſt magnum & humi-
 dum ex prima creatione. Vnde infantes non poſſunt fer-
 re caput longo tempore propter pondus cerebri. Et om-
 nia membra recipiunt prius terminos & ſigna, deinde
 colores duritiem & mollitiem ſubtiliter. Quoniam ſi-
 gnator prius ſignat, deinde ponit colores ſuper illa ſi-
 gna quouſque compleat opus ſuum. Si corpusculum in
 mare

marem figuretur, color melior est gravidis & promptior parturitione uteri. Deinde a quadragesimo die est motus. Alter sexus, scilicet femina, nonagesima prima die parturit. Concepta femina gestantis uultum pallore inficit. Crura quoque impedit languida tarditate. In uteroque sexu cum capilli germinant incommodum manet, utque in plenilunio auctior aegritudo, quod tempus etiam editis temper nocet. Cum saliores et cas editi grava, unguis caret partus. Nota quod omne animal quadrupes est extensum in matrice, & omne animal carentibus stat in matrice super latus sicut piscis, utpote Balena & Delphinus, quæ portant paruulos suos in utero. Alij pisces faciunt oua sua in aqua, & ideo parum diligunt filios suos, quia parum laborant in eis. Ideo Abacuch. Fecisti homines sicut pisces maris, & sicut reptile non habens principem (alia litera. Facies hominis &c.) Et omne animal habens duos pedes stat curuatum in matrice sicut aues & homo, quoniam ista stant incuruata in matrice, & nasi eorum stant inter genua, & oculi eorum super genua. Vnde genæ dicuntur a genibus, quæ in orationibus flectimus, & oculi quasi quadam cogitatione ad lachrymas prouocant. Et auriculæ eorum sunt extra. Et omnia animal in principio tenent capita superius, quando complentur & mouentur ad exitum uertunt capita ad inferius, quoniam superior pars maior est inferiori parte, sicut accidit trutinæ, quæ declinat poderius ad terram. Et manus Embryonis in omnibus sunt extense super costas. Et quoniam Embryo parturitur, subito uadit manibus ad os. Cum mulier prope ad uterum liberandam uenerit per momenta maturitatis continentis spiritum retinere multum congruit, quando quidem letali mora officio suspendit puerperam, quod precipue accidit mulieribus quæ non habent costas magnas, quoniam non possunt retinere anhelitum. Nota est quod in plurimis mulieribus peiorat dispositio tempore impregnationis, & hoc accidit propter quietem, ex qua congregat in eis multa superfluitas. In mulieribus aere laborantibus non manifestatur impregnatio sicut

Abac. 1.

in

in aliis, & forte pariet statim. Nam labor consumit superfluitates. Labor autem est ex eis quæ faciunt euaporare multum, ita quod mulier in tempore partus potest retinere suum anhelitum, quoniam quando fecerit, hoc erit partus ei facilis, & cum non erit e contrario, quia dolorosus & difficilis & tristes. Mulier ergo cum parit &c. Moraliter. Mulier est anima. Spiritus sancti gratia est quasi uir ipsam impregnans filio benedictionis in proposito bonæ uoluntatis & spiritu salutaris. Vnde Isa. A facie tua domine concepimus, & quasi parturimus & peperimus. &c. Post eius impregnationem aggrauatur anima, quia pro peccatis affligitur. Visus caligine hebetatur, quia splendore temporalium offuscatur. Vnde Iob. Ob tenebratur stelle (i. mundane gloriæ) caligine eius. & appetitus, quia anima postquam gratia Dei grauidatur, fit ad malum debilis, priora uitia fastidit. Vnde sponsa Cant. Nunciate dilecto, quia amore languo. Homo languidus debilis est, & uitia antea fastidit. Cor primum in ter omnia membra formatur. Inde corde humilitas notatur, in quo ipsa principale eligit hospitium. Vnde dominus. Discite a me quia mitis sum & humilis corde. Hæc inter ceteras uirtutes prius debet formari, quia ipsa est forma deformata informans. Nam ipsa est principium motus totius bonæ operationis, magnum habens dominium inter ceteras uirtutes, quia mater & radix omnium uirtutum. Vnde Eccl. Melior est canis uiuus leone mortuo. Vbi dicit Glossa. Melior est humilis publicanus superbo Pharisæo, qui quanto se plus humiliavit, tanto magis exaltatus fuit. Bernardus. Quo profundius fundamentum humilitatis iacit, eo ædificium altius consurget. Humilitas ceteris uirtutibus nobilior, quæ sua nobilitate ignobilia & inhonesta humiliter sustinet, in loco superiori, idest in oculis & in anteriori, idest gestu corporis, principaliter debet ordinari. Vnde de humili publicano dicitur. Non audebat ad celum oculos leuare &c. Luc. 18. Et sicut cor non potest

Isa. 26.

Iob. 3.

Matt. 23.

Eccl. 9.

Luc. 18.

Ser. Do. S. Anto. de Padua.

R. test

rest pati dolorem uel infirmitatem, sic uera humilitas istud non potest pati, scilicet dolere de illata iniuria, nec de alterius prosperitate infirmari, & hoc rectum est, quia si humilitas corrumpitur, cæterarum uirtutum fabrica dissipatur. Grego. Qui sine humilitate uirtutes cõgregat, quasi puluerem in uentum portat. Et in aliquo corde non est os præterquam in corde equi & uacce & cerui. In equo, hypocrita arrogans. In uacca, luxuriosus lasciuens designatur. In ceruo fugace, rerum fugacium cupiditas. In simulata humilitate hypocritæ est os superbiæ & rapinæ. Superbit enim de penna Strutionis, & rapit laudes alterius sanctitatis. In instabili humilitate luxuriosi est os excusationis. In fugaci humilitate auari est os obstinationis, quia quo auarus fit senior & minus indigens, eo fit cupidior. Per hæc tria animalia omnia genera uitiorum designantur. 1. Ioan. 2. Omne quod est in mundo concupiscentia carnis est (ecce cor uacce) & concupiscentia oculorum (ecce cor cerui) & superbia uitæ. ecce cor equi. Sequitur. Post formationem & creationem cordis &c. Postquam in corde hominis est formata humilitas, tunc fit distinctio partis superioris, & inferioris, & quia pars superior dignior est inferiori, ideo formatur prius, & in ipsa prius apparent caput & oculi. Pars superior est uita contemplatiua, in qua prius apparet & debet apparere caput. s. charitatis. de quo Cãti. 5. Caput eius aurum optimum. Aurum est purum & lucidum. Nã charitas debet esse pura ad Deum, lucida ad proximum. Et apparent oculi, id est cognitio æternæ fœlicitatis. Vita actiua tanquam pars inferior debet seruire contemplationi, quoniam inferior pars non est nisi pp partem superiorem. Vnde Apostolus. 1. Cor. 10. Nõ uir propter mulierem, sed mulier pp uirum est creata. Quia nõ contemplatiua propter actiuam, sed actiua pp contemplatiuam est instituta. Et sicut cerebrum membrum frigidum est positum in opposito cordis, ut ipsius temperet calorem, sic uita contemplatiua quæ consistit in mentis compunctione, est posita ex opposito uitæ acti-
uæ, ut

ut sua orõne, lachrymarum compunctione, laboris feruore, tentationis eius calorem temperet, quæ in cordis humilitate consistere debet. Et sicut magnitudo capitis est maior aliorum membrorum, sic gratia contemplationis est sublimior, quia Deo quæ contemplatur, uicinior. Sed heu quanti infantes, id est mente instabiles magnitudinem huius capitis conati sunt ferre, sed longo tempore non potuerunt portare propter sui magnitudinẽ. Solus Abraham (id est uir iustus) cum puero (id est mentis puritate) ascendit in montem, uitæ contemplatiuæ. Pueri autem remanserunt in ualle (delectationis mundanæ) expectantes cū asino (id est asinina tarditate.) Gen. ^{Gen. 22.} Et sicut omnia membra prius recipiunt, terminos, signa, calores, duritiem, & mollitiem, sic oēs uirtutes debent habere terminos suos, ut regia uia gradientes nõ declinent ad dexteram uel sinistram, ut ne sub prætextu iustitiæ crudelitas sibi locum uendicat, & remissa segnitie mansuetudinis pallio se palliet. Et signa dominicæ, scilicet passionis, ut quicquid uirtutis agimus totum dominicæ passionis & crucis sigillo sanguineo consignemus. Et colores non fuscos, sed ueros & uiuos, ne uicia uirtutum tincta colore animam decipiant. Vnde dicit sanctus Isidorus quod uicia uirtutum speciem præferunt. Vnde perniciosius suos sectatores decipiunt, quia sub uelamine uirtutis teguntur. Et Philippus. Nullæ sunt occultiores insidiæ quàm hæ quæ latent in similitudine officij. Nam Troianus equus idcirco fefellit, quia formam Mineræ mentitus est. Debent etiam habere uirtutes duritiem & mollitiem, uinum & oleum, uirgam & manna, uerba & ubera, ferrum & unguentum. Sequitur. Si corpusculum in marem figuratur &c. In masculino opus uirtuosum, in fœmina opus effœminatum designatur. Cum enim anima opus uirtuosum concipit, est bonæ dispositionis, quia omnia recte & ordinate disponit, & est boni coloris, quia Deo placet, & proximum edificat. Hunc masculum uult submergere Pharaon, id est diabolus, in flumen Aegypti, id est amore huius seculi. De hoc

R a masculino

1. Reg. 1. masculo. Reg. Domine exercituum (dixit Anna) si dederis serua tuæ sexum uirilem dabo eum domino omnibus diebus uitæ eius. Sexum uirilem perit, non foemineum. Nouerat. n. q. Pharaõ foeminas sibi reseruari iussit. In sexu ergo foemineo effoeminatæ mentis opus designatur, quod anima misera cū concipit eius uultus inficitur. i. amore terrenitatis seclatur, & languida tarditate prepeditur, quia negligens & repida membra destituta a bono opere retardat. Hæc est filia regis Aegypti, quæ insaturauit sapientiam Salomonis, & conuertit cor eius ut sequeretur Deos alienos. Sed heu quot hodie sapientes et foeminatione mentis tepidi sequuntur mortalia peccata? Quot. n. mortalia habes, tot Deos adoras. Dicit Bernardus. Sapiens sis tibi, nihil deest tibi ad sapientiã, si autem tibi non fueris, nulli fueris. Nam si sapiens fueris, tibi met ipsi eris. Prouer. Est q; sapiens, animæ suæ sapiens. Ecccl. 37. Cum pili, idest superflua cogitationes in mente oriuntur, magnam generant animæ incommodum. Quia peruersæ cogitationes (ut dicit Salomon Sapient. 1.) separant a Deo. Et cum saliores escas dedit gruida ungulis caret partus. Sal terram sterilem reddit. Vxor Loth in salis itaruam mutata fuit Gen. Sol infatum foras projici dominus iussit. Si inquit (Matt.) sal uauerit, in quo salietur? an nihilum ualeat ultra nisi ut mittatur foras & conculcetur ab hominibus. Sal in hoc loco significat uanam gloriam, quæ omne opus sterile reddit. Anima hæredem uitæ æternæ partitura, si saltem uanæ gloriæ comederit, foetus, idest eius opus, ungulis, idest finali perseverantia & cœlesti gloria carebit. Item auis & homo incuruati sunt in matrice, & nasi inter genua, & oculi super genua & auriculæ extra. In naso, discretio. In genibus, lachrymarum compunctio, & penitentia afflictio. In oculis, mentis illuminatio. In auriculis obedientia iussio designatur. Auis & homo bonæ uoluntatis propositum significant, quia auis uolat contemplatione, homo laborat actione. Homo inquit Job cap. nascitur ad laborem, & auis ad uolatum. Homini nascitur

nasus debet esse inter genua, ut tam in mentis compunctione, q̄ in corporis afflictione media uia discrete procedat. Et oculi super genua, ut hilaris cōscientiæ illuminatione oia faciat, quia hilarem datorem diligit Deus. Coria. Et auriculæ extra, ut libere audiat & obediat. Quia obedientia (ut dixit Gregorius) cæteras uirtutes sibi inserit, insertasq; custodit. Hic animæ filius debet manu extendere super costas. Costæ dictæ, quia ab ipsis interiora custodiantur. Et sunt uilitas sui, & cōtemptus mudi, quæ bene omnes uirtutes custodiunt, super quæ manus operū debent inniti & firmiter apprehendere, ut dicat cū Abrahâ Gen. Loquar ad dominum meum, cum sim puluis & cinis? Et cum Dauid. 1. Reg. Quem persequeris rex Israel? canem mortuum, & pulicem unum, Et cum apostolo Gala. 6. Mihi mundus crucifixus est & ego mudo. Et cum paritur, subito uadit manibus ad os. Per hoc signatur quod quilibet suæ natiuitatis memor debet manum superponere ori suo ne delinquat in lingua sua. Quia ut dicit Salomon Prouerb. 21. Qui custodit os suum & linguam suam, custodit ab angustia animam suam. Item cum mulier prope ad uterum liberandum uenerit, & momenta maturitatis, &c. Mulier enim parit, tristitiam habet, quia uenit hora eius. Hora partus mulieris, est confessio animæ penitentis, in qua debet contristari, gemitus amarus emitte, dicens cum Dauid Psalm. 6. Laboraui in gemitu meo. Nota, quod in muliere parturiente quatuor considerantur, dolor, labor, gaudium de partu, & officium obstetricis. Hæc sunt consideranda in penitente, cuius gerit figuram mulier parturiens. De dolore, & labore dicit Micheas. Nunquid rex non est tibi ut consiliarius tuus perit, quia comprehendit te dolor sicut parturientem? Dole & fatage filia Sion, quasi parturiens, quia nunc egredieris de ciuitate, & habitabis in regione, & uenies usque ad Babylonem, ibi liberaberis, ibi redimet te dominus de manu inimicorum tuorum. Christus rex, qui regit animam

2. Cor. 9.

Gen. 18.

1. Reg. 24.

Mich. 4.

ne oberret. Consiliarius, consulit ut de misericordia speret: cui dicit. *dole & satage*, id est satis age in satisfactionis labore, ut poena respondeat culpæ, quia nunc egredieris de ciuitate, id est sanctorum congregatione, & quod fit poenitentibus in capite ieiunij. Nam leprosus extra castra sequestratus habitat. Et habitabis in regione dissimilitudinis. In qua filius prodigus patris substantiam expendit luxuriose uiuendo. Habitabis inquam ut dissimilitudinem tuam cognoscas, & Dei similitudinem secundum quam formata es recipias, & uenias usque ad Babylonem, id est peccati confusionem, ut de peccato tuo confusus peccatum agnoscas, agnitum desistas, defluens gratiam recipias. Ibi liberaberis. Quia ut dicit Augustinus. Si tu agnoscis, Deus ignoscit. Ibi redimet te dominus de manu inimicorum tuorum, quia peccati confusio, dæmonum est expulsio. De gaudio partus spiritua-

Luc. 15. lis dicitur Lucæ. Gaudium est in caelo super uno peccatore poenitentiam agente &c. Et ibidem. Congratula-

Luc. 1. mini mihi, quia inueni drachmā quā perdideram. Et Luc.

Gene. 21 de Ioanne Baptista. Multi in natiuitate eius gaudebunt. Et Gene. dicitur quod Abraham fecit grande conuiuium in die ablactationis Ysaac. Quando enim peccator ablatatur, id est separatur a lacte mundanæ conuersationis, & concupiscentiæ carnalis, tunc Abraham Deus pater facit magnum conuiuium in caelo. Vnde Lucæ. Epulari

Luc. 15. & gaudere oportet quia hic filius meus mortuus fuerat, & reuixit. De officio obstetricis, id est diligentia sacer-

Iob. 26. dotis, dicit Iob. Obstetricante manu eius, eductus est coluber tortuosus. Obstetrices dicuntur sacerdotes, qui peccatoribus confitentibus debent seruire & ministrare. Dicuntur enim obstetrices ab obstando, id est seruido. Obstetricante manu eius. Manus domini est sacerdos, per quem educi debet coluber, id est uetus homo a peccatore, ut postea pariat nouum hominem. Sicut enim pariunt mulieres (ut fertur) in quadam regione, ita quod prius butonem emittunt quam puerum. Sic & poenitens prius per confessionem emittat ueterem hominem

nem, & tandem pariat in se nouum hominem. Quem si securius & facilius quietiusque uoluerit parere, caueat sibi ne oscitet. Ille oscitat, qui peccatorum suorum historiam tepide, & quasi dormiendo confitetur. Ille oscitat, qui uerecundia præditus, peccatum suum quod confiteri proposuit, non confitetur. Vnde Isai. 37. Venerunt filij usque ad partum, & uirtus non est parienti. Quod fit cum peccatum est in ore, sed præ confusione non aperitur in confessione. Et sic moritur infelix anima, quæ si doleret & laboraret, proculdubio de partu gauderet. Sed quia quietem & tepiditatem habet, ex qua congregatur in ea multarum malarum cogitationum superfluitas, ideo eius dispositio peioratur & in partu periclitatur. Vnde dicit Hieronymus. Semper aliquid agendum est, in manu cessante ager nostri pectoris malarum cogitationum sensibus occupetur. Et Isidorus. Grauius libido urit quem inuenit ociosum. In anima enim uere poenitentis est dolor & labor. Et ideo partus confessionis leuis & facilis. Nam labor consumit superfluitates, & est ex eis quæ faciunt euaporare multum. Vnde Gene. In sudore uultus tui uesceris pane tuo. Vultus dicitur eo quod per eum animi uoluntas ostenditur. In uultu uere poenitentis ostenditur dolor contritionis, & defluunt lachrymæ amaritudinis, quasi quidam sudor corporis, & ibi est panis & refectio ipsius poenitentis. Bene ergo dicitur. [*Mulier cum parit &c. Cum autem peperit filium, iam non &c. propter gaudium.*] Gloriæ scilicet æternæ. Vnde Isai. Oblioni traditæ sunt angustæ priores, non erunt in memoria, & non ascendent super cor, sed gaudebitis & exultabitis usque in sempiternum. Ad quod gaudium nos perducatur dominus noster, Iesus Christus. Amen.

Genesi. 3

Isa. 65.

Dominica Quarta post Pascha.
De Christi reddito ad patrem impios argu-
gentis, & pios, de ueritate per
spiritum sanctum instru-
mentis.



*V*ado ad eum qui me misit.] Ioannis 16. Vbi tria norantur. Primo, filius ad patrem reuertitur. ibi. [Vado] Secundo, mundus de tribus arguitur, ibi. [Cum autem uenerit, arguet mundum &c.] Tertio iustus de ueritate per spiritum sanctum instruitur. ibi. [Ille uos docebit omnia &c.] Dicamus ergo.

Isa: 37. Vado ad eum qui me misit, & nemo ex uobis interrogat me, quo uadis &c. quia uado ad patrem.] Hic est ille circulus de quo pater dicit Isa diabolo comminando. Ponam circulum in naribus tuis, & frenum in labijs tuis, & reducam te in uiam per quam uenisti. Circulus dicitur eo quod in circundatione currit, significat Christum, qui sicut circulus est regressus unde egressus. Nam egressus est a patre, excursus usque ad inferos, Recursus ad sedem Dei. Circulus igitur positus est in naribus diaboli, quia sapientia Dei incarnata est ut nos ueram doceret sapientiam, & sic per sapientiam ab eo edoctam diaboli insidias quæ in naribus designantur, adnihilaret. Nares dictæ eo quod per eas aer uel spiritus manat, insidiarum calliditatem significant. Nam coniecturis exterioribus & hominum complexione quasi per odoratum narium præsentit & odorat diabolus ad quem uisitia unusquisque sit magis applicabilis, & ibi laqueos tendit. Sed Dei sapientia eruditus istos laqueos si uoluerit euitabit. Sequitur. Et ponam frenum in labijs tuis. Frenum est crux Christi, quia diabolus infrenatus tanquam equus non potest nos deuorare sicut consueuerat.

Iob. 41. rat. Vnde Iob. Nunquid pones circulum in naribus Behemot, & armilla perforabit maxillam eius? Armilla ab armorum dicta uirtute, est crux Christi. Dicit Isa. 9. Factus est principatus super humerum eius. Hac armilla, Dei filius maxillam diaboli perforauit: & de eius fauce humanum genus liberauit. Vnde subditur. Reducā te in uiam per quam uenisti. Per eandem uiam amisit dominum, per quam sibi usurpauerat mundi dominatum. Decepit siquidem hominem & mulierem per lignum uetum, & per serpentem, Per hominem, idest Christum, & mulierem, idest beatam uirginem, per lignum crucis, & per serpentem, idest mortem Christi, quæ significatur per serpentem quem in deserto Moyses eleuauit in ligno, diabolus in humano genere perdidit principatū. Peracto igitur nostræ salutis negocio, dicit [Vado ad eum qui misit me.] Super hoc Tob. ubi Raphael postquam dæmonium religauit, & Tobix oculos illuminauit, dixit. Tempus est ut reuertar ad eum qui misit me. Raphael interpretatur medicina Dei: hic est Christus, qui theriacā de serpente carnis tuæ in ligno affixæ nobis fecit, & sic diabolum religauit: & humani generis oculos illuminauit. Et tunc dicit. Tempus est ut reuertar ad eum qui misit me. Pater misit filium. Omne datum optimum & donum perfectum. Optimum, idest summum, perfectum est cui nihil deest, nihilque potest adijci. Christus est datum optimum quia a patre summus filius, ei coæternus, nobis est datus. Vnde Regum. Tertium bellum Dauid fuit in Iob contra Phylisteos, in quo percussit Adeodatus filius saltus, Polymitarus, Bethleemites, Goliath Gethum. Dauid ad literam fuit a Deo datus populo Israel, filius saltus quia pascebat oues patris sui in saltu. Vnde de post foerantes accepit eum. Psal. 77. Polymitarus, quia mater eius fuit de genere Beseleel qui fuit (ut dicitur Exod.) Polymitarus, id est artifex uestium. Polymita est uestis mixti coloris. Bethleemites quia de Bethleem oriundus. Allegorice. Tertium bellum fuit in Iob &c. Nota quod triplex bellum diabolus

Tob. 1 &

1. Reg. 27

Exod. 38

diabolus fecit domino. In cælo, cū per superbiam uoluit usurpare diuinitatis excellentiam. In paradiso, cum ad iniuriam creatoris falsæ promissionibus blanditiis primos parentes decepit. In mundo, cum ipsum Deum & hominem tentauit in deserto, & affigi fecit in crucis pæribulo. Vnde de hoc tertio bello dicitur. Tertium bellum &c. Gob interpretatur lacus, & significat mundum, in quo est lacus miserix & lutum fecis. Lacus dictus quasi aquæ locus. Stat enim, nec profluit in hoc mundo aqua superbix, & luxuriæ & auaritiæ. Lacus qui nunquam profluit, immo quotidie crescit. In hoc lacu Dauid qui interpretatur misericors, & est Christus, cuius misericordix non est numerus, qui a Deo patre sola misericordia nobis datus fuit, qui est omne datum optimum, interfecit Goliath qui interpretatur trāsfigurans, Gatheum qui interpretatur formidans, & significat diabolum, qui transfiguratur se in angelum lucis, quia in propria figura formidati deprehendi. Hunc interfecit Christus noster Dauid cum ei mundi dominum abstulit, & carcere inferni reclusit. Filius fuit saltus. Saltus dictus eo quod in ipso arbores in altum saliant. Saltus fuerunt patres antiqui patriarchæ & prophetæ, qui spiritu Dei inspirati tanquam arbores in altum salientes de Dei filio incarnando prophetauerunt, de quorum genere accepit carnem, & ideo dicitur filius saltus. Dicitur etiam Polymitarus. Vestis polyma quandoque fit acu. Nota quod in acu duæ sunt partes, acuta, & retusa. In acuta diuinitas. In retusa humanitas designatur. De hac acu Matthæi. 19. Non potest camelus gibbosus, diues pecuniosus, transire per foramen acus, idest per paupertatem Christi. Vel in parte retusa mansuetudo misericordix quam habuit in primo aduentu. In acuta, puncti oiustitiæ qua perforabit in iudicio. Tali acu nostri Polymitarus facit tunicam polymitam uariarum uirtutum colore distinctam animæ fideli. Vnde Prouerb. Stragulatam uestem fecit sibi &c. Vestis stragulata quæ est multiplex uariata

Prou. 31.

riata colore, byssus castitatis, & purpura dominicæ passionis est indumentum animæ fidelis. Dicitur etiam Bethleemites. Bethleem interpretatur domus panis. Ipse enim in domo ecclesiæ reficit nos sui corporis pane. Panis (inquit Ioan. 6.) quem ego dabo caro mea est promūdi uita. &c. Ali ter. Christus fuit nobis datus in natiuitate. Vnde Isai. 9. Parrulus datus est nobis &c. Filius fuit saltus in prædicatione, & passione. In prædicatione: quia elegit apostolos tanquā arbores in altū salientes. Vnde ipse dixit Ioan. 15. Ego elegi uos ut eatis & fructum offeratis. In passione, quia peccatorum nostrorum spinis coronatus. Fuit Polymitarus in resurrectione, in qua tunicam polymitā. i. carnē gloriosam de uirgine Maria assumptam, in ligno crucis pro nobis extensam, clauis dilaceratam, lācea perforatam acu suæ potentix, & sapiētiæ resarsit & immortalitati restituit. Bethleemites erit nobis in æterna beatitudine, in qua satiabimur cū eum uidebimus facie ad faciē. Bene ergo dī omne datū optimū. Pater luminū tanquā mirificus & pius eleemosynarius nō pauperibus nō de bono uel meliori, sed de optimo dedit. Sequitur. Et omne donū perfectū. Vnde Apostolus Rom. Cū ipso omnia nobis donauit. Et iterum. Rom. 8. Ephe. 1. ipsum dedit caput super oēm ecclesiā. Vbi Glos. Maius donū dare nō potuit, Recte Christus dicitur omne donum perfectum: quia cum pater eum nobis donauit, omnia per eū perfecit. Vnde Matth. Dominus uenit saluare quod perierat. Ideo dicitur in introitu missæ: Cā tate domino &c. Quasi dicat. O fideles per filium hominis saluati & inuati cātate cātici nouū. Vetera enim debetis proicere, & noua seruare. Cantate inquit, quia dñs pater mirabilia fecit, cū omne donū optimū, suū. s. filiū nobis misit. Ante conspectū gentiū reuelauit iustitiā suā, cū omne donū perfectū, ipsum unigenitū omnes iustificante, oīa perficiētem, nobis dedit. Sex diebus omnia fecit, dixit & facta sunt. Sexta ætate uerbum caro factū est. Sexta die & sexta hora passus est. Tāta differentia est inter suum dicere & facere, quanta fuit inter creare,

Rom. 8.

Matth. 8

&

& recreare. Creatio leuis & facilis, quia solo uerbo: imo sola uoluntate, sed recreatio ualde difficilis, quia per passionem & mortem. O cum quanta passione & angustia & dolore recreati sumus & redempti. Et tamen facillime & grauissime peccamus. Ideo laborem domini uacuum facimus, de quo conqueritur. Isa. c. 49. In uacuum laboraui, sine causa & uane fortitudinem meam consumpsi. In uacuum laboraui dicit. Quia cum peccamus mortaliter, quantum in nobis est laborem quem pro nobis sustinuit ut nos recrearet, uacuum, id est sine effectu alius cuius utilitatis facimus. Et fortitudo diuinitatis quasi consumpta fuit in infirmitate humanitatis. Nonne uideatur fuisse consumpta, cum ille Deus & homo ad columnam tanquam latro ligabatur, flagellis cadebatur, alapis, sputis, torsionibus, irrisionibus uexabatur? Vex ergo miseris uanis & insanis, quos ista a mundi uanitate non retrahunt. Vane fornacem suam consumpsit, quia uani facti sunt pro quibus est passus. Vnde ualde timendum est ne sicut in principio (utpote Gene.) dixit. Pœnitet me fecisse hominem. Si modo dicat. Pœnitet me redemisse hominem, quia consumpsi fornacem meam. Sed malitiæ eorum non sunt consumptæ. Vnde Hiero. Defecit sufflatorium in igne, consumptum est plumbum. Frustra conflauit conflator, malitiæ enim eorum non sunt consumptæ. Argentum reprobum uocate eos, quia dominus proiecit illos. In conflatore diuinitas. In sufflatorio prædicatio. In igne passio. In plumbo, Christi humanitas. In argento, animæ nostræ designantur. In fornace ignis argentum plumbo purgatur & clarificatur. Ad purgandum argenti scoriam, id est animarum nostrarum malitiam, conuenerunt Deus & homo, & ipsius prædicatio, Sed frustra conflauit conflator & uane consumpsit fornacem, sufflatorium defecit, & plumbum in igne passionis consumptum fuit, & sic in uanum sine effectu laboraui, quia malitiæ nostræ consumptæ non sunt, & ideo argentum reprobum proicietur in gehennæ stagnum, quia animæ peccatorum mittentur in stagnum

Gen. 6.

Hier. 6.

gnum ignis ardentis. [Vado ad eum qui misit me.] Christus facit sicut cucus seu turtur auis, quæ hyemis tempore ad ualles descendit, & in truncis concavis arborum habitat deplumata. In æstate uero ad montana reuertitur. Sic Christus in hyeme infidelitatis & frigore demoniae persecutionis descendit in uterum humillime uirginis, & habitauit in hoc mundo pauper & abiectus, tanquam plumis potentiae deplumatus. De hac turture Cantico. Vox turturis audita est in terra nostra. Vox turturis est gemitus & luctus. Christus descendit gemere & plangere, quem nunquam legimus risisse, ut non doceret gemere & plangere. Audita est ergo uox turturis in terra nostra scilicet Agite pœnitentiam. Cum uero appropinquauerit ætas, & feruere cœperit Iudaicæ persecutionis crudelitas, & exarserit calor passionis, tunc rediit ad montem, id est patrem. Vnde dicit. [Vado ad eum qui misit me: & nemo ex uobis interrogat me, quoad uadis.] Interrogemus Christum qua uia ad patrem uadit. Et respondit. Per uiam crucis. Ideo, Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam. Luc. 24. Christus duplicem habuit hæreditatem, unam ex parte matris, scilicet laborem & dolorem, alteram ex parte patris, scilicet gaudium & quietem, Ex quo ergo nos coheredes sumus eius, duplicem illam hæreditatem querere debemus. Vnde erramus quoniam uolumus habere secundam sine prima. Quia dominus secundam plantauit in prima, ne unam sine altera quereremus. Inseruit enim lignum uitæ in lignum scientiæ boni & mali, cum uerbum caro factum est. Vnde, Et erit tanquam lignum quod plantatum est secundum decursus aquarum. Psalm. Et Isai. 51. Ut plantes cœlos, & fundes terram. In terra humanitas fundata super septem columnis gratiæ septiformis, plantauit cœlos diuinitatis. Primam ergo hæreditatem queramus, quam nobis dimisit Christus possidendam hoc tempore, ut secundam peruenire mereamur. Sequitur secundum.

Cant. 2.

Luc. 24.

Psalm. 2.

GUM

Cum uenerit paraclitus, ille arguet mundum de peccato etc.
 Mundus dictus quia semper est in motu. Nulla enim
 requies huius elementis concessa est. Mundus græce cos-
 mos. Homo uero microcosmos, idest mundus minor no-
 minatur. Sicut enim mundus ex quatuor concreatus est
 elementis, ita hominem ex quatuor constare humori-
 bus uno temperamento commixtum ueteres dixerunt.
 Mundus mundanos significat, qui semper sunt in motu.
 Vnde de eis dicit sanctus Iudas in sua canonica. Hi sunt
 nubes sine aqua quæ a uento circumferuntur, arbores au-
 tunnales infructuosæ, bis mortuæ, eradicatæ, fructus fe-
 rimaris, sidera errantia. In his quatuor, quatuor uitia no-
 tabimus mundanorū. scilicet superbiam, auaritiam, luxuriā,
 & hypocrisim. Nubes sunt leues & obscure, & superbos
 significant, qui animi leuitate, mētis obscuritate per di-
 uersa peccata circumferuntur, aqua compunctionis, &
 lumine gratiæ septiformis carentes, Vnde de eis Psal.
 32. Deus meus pone illos ut rotam & sicut stipulam ante fa-
 ciem uenti. Norentur ista duo rota, stipula. Rota dicta
 quasi ruat. Stipula dicta quasi uista. Superbos Deus quasi
 rotam ponit dum eos de peccato in peccatum ruere p-
 mittit. Et postea ponet eos quasi stipulam ante faciem
 uenti, quia enim tāquam stipula ab humore gratiæ fue-
 runt aridi, æternæ poenæ igne erunt combusti. Arbo-
 res autumnales infructuosæ sunt auari, qui inutiliter ter-
 ram occupant, quos ut ficum in qua non inuenit fructū
 dominus maledicet. Nota ista quatuor uerba in autori-
 tate, autumnales, infructuosæ, bis mortuæ, eradicatæ. Au-
 tumnus a tempestate est dictus, in quo folia cadunt. Ar-
 bores sunt autumnales, qui mortis tempestate aduenien-
 te, folijs diuitiarum quibus ornati & cooperti incede-
 bant, spoliantur. Et quia infructuosi fuerunt in ignem
 mittuntur. Quia omnis arbor quæ non facit fructū bonū exci-
 detur, & in ignem mittetur. Matthæi tercio. Bis mortui,
 quia anima & corpore in inferno erunt sepulti. De ter-
 ra uiuentium eradicati. Fluctus feri maris sunt luxurio-
 si. Fluctus dicti eo quod flatibus uentorum agitati flu-
 quant.

Errant. Luxuriosi enim immundorum spirituum sugge-
 stionibus agitati, diuersis cogitationibus fluctuāt, & in
 suæ animæ confusione luxuriam despumant. Faciunt e-
 nim sicut olla posita super ignem quæ spumam emittit.
 Olla est cor peccatoris: in quo est aqua concupiscentiæ
 carnalis, cui supponitur ignis diabolicæ suggestionis, &
 sic despumat luxuriam suæ confusions. Sidera errantia
 sunt hypocritæ & falsi religiosi. Sidera dicta eo quod
 ea nauigantes considerant, & per ea dirigunt cursum
 suū. Boni ecclesiæ prælati & ueri religiosi sunt sidera lu-
 centia in caliginoso loco, quæ per hoc mare nauigantes
 cursu recto ad uitæ æternæ portum dirigunt. Sed hypo-
 cryte & falsi religiosi sunt sidera errantia alijs naufra-
 gij existentes causa, & ideo procella & tempestate mor-
 tis æternæ percellentur. Omnes tales sunt sicut oua uen-
 tosa quæ pullos non faciunt. Vnde dicitur quod per di-
 ces libido sic agitat, ut si uentus a masculis flauerit, sūt
 prægnantes odore, & faciunt oua non pullificantia, &
 omnia oua illa sunt oua uentosa. Perdix est avis dolosa,
 & immunda, & dictos peccatores significant habentes ut
 dicit Petrus. 2. Petr. 2. oculos plenos adulterij & inces-
 tibus delicti, qui uento diabolicæ suggestionis concipi-
 unt oua uenti, idest uanitatis mundanæ amorem, de quo
 Osee. Ventum seminabunt, & turbinem merent. Cul-
 mus stans, non est in eo germen, non faciet farinam. Qui
 uentum mundani amoris seminat, proculdubio turbinem
 mortis æternæ meret. Culmus, idest spica, a qua spiculū
 dicitur, est cordis contritio quæ peccatorem pungit, &
 farinam confessionis facit. Talis culmus stat non opera-
 tur, nec farinam facit in peccatoribus, qui nec pullos, id
 est opera uitæ æternæ, sed uentum uanitatis mundanæ,
 concipiunt. Nota etiam quod oua diuersantur in figura
 quoniam quedā sūt acuta, quedā lata, & prius erit latū &
 post acutum. Oua longa acuti capitis producant mascu-
 los. Rotunda uero & habentia in loco acuminis rotun-
 dum, producant fœminas. Per hoc bene potest cognosci
 quæ oua masculos producant & quæ fœminas. Simili-
 ter

Psal. 32.

Ose. 8.

Iob. 1.

ter diabolus per signa acuminis & rotunditatis percipit de hominibus qui sunt masculi & quæ feminae. In acumine compunctio & coelestium contemplatio denotatur in rotunditate carnis delectatio & mundanorum circuitio. Vnde Iob. Circuiui terram, & perambulauit eam. [Cui uenerit paraclitus arguet mundum de peccato &c.] Paraclitus consolator, cuius consolationem mundani precipere nolunt, quia suam habent hic, sed uæh qui habetis consolationem &c. [Arguet inquam mundum de peccato] quod habet. [De iustitia] quam non habet. [De iudicio] quod non timet. Notentur ista tria, peccator a pellice, id est meretrice uocatus quasi pellicator, quod nomen antiquitus flagitiosorum fuit post uero transiit in appellationem omnium iniquorum. Peccato siquidem fornicationis plusquam alio uitio mundus est coinquinatus. Vnde Osee. Fornicati sunt & non cessauerunt, quoniam dominum dereliquerunt in non custodiendo. Fornicatio & uinum & ebrietas auferunt cor. Nota quod in corde sunt tria: indignatio: sedes sapientiae: & delectio. Cor est membrum nobile & indignans: nec patitur immundum intrare. Istam indignationem fornicatio facit ipsum amittere dum patitur talem morsellum glutire. In corde est sedes sapientiae, hanc facit uinum amittere. Similiter corde diligimus, hanc dilectionem amittit qui temporalium cupiditate inebriatus proximo non subuenit, Qui autem fornicatio cor auferat, est manifestum per Salomonem qui adorauit idola. Dicit Apostolus. Roma. Corde creditur ad iustitiam. Sed fornicatio auferit cor in quo est fides, ergo propter fornicationem amittitur fides. Vnde dicitur fornicatio, id est fornicatio, id est animæ ad similitudinem dei formate mortificatio. Vita enim animæ fides. Per fidem inquit apostolus Ephe. Christum habitare in cordibus nostris, sed fornicatio auferit cor in quo est uita, & sic moritur anima, quia cessante causa cessat effectus. Ideo dicit [de peccato quidem, quia non crediderunt.] Paraclitus ergo per ministros prædicationis arguit mundum de peccato fornicationis

Ose. 4.

Rom. 10.

Eph. 3.

cationis. Sequitur [de iustitia,] quæ est quæ recte iudicando sua cuique tribuuntur, sic dicta quasi iuris status. Iustitia est habitus animæ communi utilitate seruata suam cuique tribuens dignitatem. Iustitiæ partes sunt timere Deum, uenerari religionem, pietatem, humilitatem, æqui bonique dilectio, odium malorum, referendæ gratiæ studium. Hanc iustitiam mundus non habet quia Deum non timet, religionem in honore, bonum odit, ingratus Deo existit. De iustitia non sua sed credentium mundus arguitur, quorum comparatione damnatur. Vnde non ait: Non uidebit me mundus, sed [non uidebitis me] uos apostoli. Contra mendaces qui dicunt, quomodo credemus quem non uidemus? est iustitia uera, id est fides iustificans, credere quod non uiderunt. Vel arguet [mundum de iustitia] sanctorum. Vnde dominus per Zacha. Perpendicularium extendetur super Hierusalem. Perpendicularium est instrumentum cæmentarij a perpendo perpendis sic dictum. Est autem petra uel plumbum in filo ligatum quo parietes perpenduntur. Iustitia sanctorum est quasi perpendicularium, quod extenditur super Hierusalem, id est super quamlibet animam fidelem, ut ad eorum uitæ exemplum uitam suam informet & commensuret. Quotiens. n. festum sanctorum recolit, totiens super uitam peccatorum perpendicularium appenditur, quorum festa ideo recolimus, ut de ipsorum uita uiuendi formam accipiamus. Sequitur. [Et de iudicio.] Nota quod in omni iudicio sex personæ requiruntur. Iudex, accusator, reus, & tres testes. Iudex est sacerdos. Accusator & reus est peccator, qui seipsum debet reum accusare. Tres testes sunt contritio, confessio, & satisfactio, quæ testimoniū perhibent ueritati, uel peccatori quæ uere sit penitens. Dicit Augustinus. Ascende o homo tribunal mentis tuæ. Et sit ratio iudicans, conscientia accusans, dolor crucians, timor carnis, locum testium obtrineat opera. Mundani autem, quia tale iudicium nolunt subire, ideo cum principe suo diabolo, qui iam iudicatus est, in extremi iudicii examine irreuocabili sententia

Zach. 1.

Iaco. i. æternaliter damnati cruciabuntur. Iacobus in epistola docet cauere peccatum, iustitiam diligere, iudicium timere, cum dicit. Sit autem omnis homo uelox ad audiendum, tardus ad loquendum, & tardus ad iram. Quid illud Apostoli 1. Cor. 6. Fugite fornicationem. Debemus ergo fugere fornicationem, quia dicit dominus in *Psal. 70* Si audieris me non erit in te Deus recens, neque adorbis Deum alienum. Deus alienus hominem a Deo alienans est luxuria. Hic est Deus Beelphegor, qui interpretatur uetustas deuorans. Vnde super hoc *Num. 25* Fornicatus est populus cum filiabus Moab, quæ uocauerunt eos ad sacrificia sua. Et sequitur. Suspende eos in patibulo cõtra solẽ &c. Filix Moab, sunt gula & luxuria, & cetera uitia, quæ sunt ex patre diabolo, cum quibus fornicatus est populus mundanus, & comedunt & adorant Deos alienos suos, quia gulæ & luxuriæ sunt dediti, & ideo populi principes patibulis sunt suspendendi. Principes populi, sunt quinque sensus corporis, qui pro commissis debent suspendi pœnitentiæ patibulis. Et hoc contra solẽ. In sole claritas mundana notatur, in qua quia peccauimus, contra ipsam operibus pœnitentiæ insistamus. Vel contra solem, id est si publice peccauimus, publice pœniteamus. Sequitur tardus ad loquendum, quod natura fieri docet, quæ linguam sub duplici ostio reclusit, ne libere euageretur. Natura enim quasi duo ostia, scilicet dentes, & labia anteposuit linguæ, ad significandum, quod sine magna cautela uerbum nõ debet exire. Ista duo ostia discrete clauserat ille qui dicebat *Psal. 38* Posui ori meo custodiam. Orat autem *Psal. 140*. Pone dñe custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labijs meis. Et benedixit ostium circumstantiæ, ut non tantum a uerbo illicito, sed etiam a circumstantia uerbi illiciti sibi caueret. uerbi gratia, quidam sunt qui alicui aperte detrahere erubescunt, sed sub cuiusdam laudis pallio ipsi detrahunt, & quod detrius est, hoc ipsum in confessione faciunt. Et nota quod nõ tantum ostium dentium, sed etiam labiorum est claudendum. Ille ostium dentium & labiorum claudit, qui a detractione

tractione & adulatione se subtrahit. Est lingua inquietum malum, ut dicit Iaco. Plena ueneno mortifero, ignis syluam uirtutum incendens, rotam natiuitatis nostre inflammans. Primum & secundum ostium frangit, & tanquam meretrix in plateam exit, garrula, & uaga, & inquieta, & impatiens, omnia perturbans. Vnde de ea Bernardus. Quis numeret quantas modicum membrum linguæ attrahat fordes: quæ multiplex in labijs incircuncisis immunditia coaguletur? quanta sit perniciēs hominis incircuncisis labijs? Nemo parui æstimet tempus quod in uerbis consumitur otiosis. Siquidem acceptabile est tempus, & dies salutis, euolat uerbum irreuocabile, nec aduertit insipiens quid amittat. Confabulari (inquit) licet doctiora prætereat, quam tibi ad obtinendum ueniã, ad inquirendum gratiam, ad agendum pœnitentiã, ad promerendum gloriam indulget gratia cõlitoris. Idem. Linguam detractoris mucrone quo dominicum latus est confossum crudeliore dicere non uerearis. Fodit. n. hæc corpus Christi, nec iam examine fodiendo. Nec nocentiores fuerunt spinæ pungentes caput, clauis perfodientes manus & pedes, quam lingua detractoris, quæ perfodit ipsum cor. Philippus dicit. Turpia ne dixeris, paulatim pudor per uerba dilabitur. Loqui aliquando me pœnituit, tacuisse nunquam. Sæpius auribus utere quam lingua. Sit ergo omnis homo tardus ad loquendum & sic sanctorum iustitiam poterit imitari, quia dicit Iacobus *Iacob. 3.* Qui non offendit in uerbo hic perfectus est uir. Sequitur. Tardus ad iram. Quia impedit animum ne possit cernere uerum. De qua Philippus. Quo minus presseris iram, tunc magis premeris ab ira. Iracundus cum irasci desierit, tunc irascitur sibi. Respicere nihil consuevit iracundia. Et ideo bene dicitur. Iacobi. 1. Ira uiri iustitiam Dei non operatur. Sit ergo omnis homo tardus ad iram, ne cum diabolo in die iræ irreuocabilem damnationis accipiat sententiam. Sequitur tertium.

Cum autem uenerit, ille docebit uos omnem ueritatem] Dũ mulier præparata ad capiendas animas, id est carnis uoluptas

2ap. 4.

luptas, & mundi uanitas infelicem hominis spiritum de-
 ludit, falsa delectatione sensum transuertit. Vnde Sapien-
 tia. Fascinatio nugacitatis obscurat bona, & incon-
 stantia concupiscentiæ transuertit sensum sine malitia.
 Ista est laus adulationis, & deceptio mun-
 raris, quæ obscurat bona spiritualia, & inconstantia
 concupiscentiæ carnalis, quæ transuertit animam. Sed
 cum uenerit ille spiritus ueritatis, illuminans cor ho-
 mini, tunc docebit omnem ueritatem, & expellet om-
 nem falsitatem. Vnde dicitur Ioann. quod angelus do-
 mini descendebat & mouebatur aqua, & sanabatur u-
 nus. Cum angelus domini, id est gratia spiritus sancti de-
 scendit in piscinam, id est cor peccatoris, tunc mouetur
 mens aqua compunctionis, & sanatur unus, id est uer-
 poenitens, qui debet esse unus corde & ore non diuisus.
 [Cum ergo uenerit spiritus ueritatis,] docebit
 id est inspirabit uobis [omnem ueritatem.] Et nota,
 quod sicut generatio non potest compleri sine ope-
 ratione, uel actione, sic homo non potest facere opus
 bonum sine ueritatis spiritu. Vnde palma quæ est fe-
 mina non facit fructum maturum nisi receperit uapo-
 rem alterius palmæ quæ sit masculus per uentum ue-
 hentem illum. Vnde Ecclesiastici uigesimoquarto.

Quasi palma exaltata sum in Cades, quæ inter-
 pretatur translata uel mutata, quia homo
 non potest proficere sine spiritu sancti
 gratia, sicut palma non fructifi-
 cat sine uapore maris, &
 ideo homo sine gra-
 tia non est aptus
 diuino serui-
 tio.

Sed cum uenerit, &c.
 Rogemus &c.

Domi-

Dominica V. post Pascha. De Chri-
 stiani oratoris fiducia.

Pater
Quod
Rogabo

*I quid petieritis patrem in nomine meo dabit
 uobis*] Ioan. Vbi tria significantur. Pri-
 mo quod possumus petere audacter si re-
 spiciamus paternæ dilectionis plenitudi-
 nem: ibi. [Si quid petieritis patrem.] Secun-
 do, quod debemus pugnare fortiter si respiciamus fraternæ
 protectionis. s. Christi subuentionis proprium diu-
 [Rogabo pro uobis patrem] Tertio quod debemus uiuere syn-
 ceriter si respiciamus supernæ cogitationis simplicitatem,
 ibi. [Nunc scimus quia scis omnia] Et ideo si sumus paupe-
 res gratia spoliati, petamus, & inueniemus paternalem
 clementiam ad largiendum, ibi. [Pater enim amat uos.]
 Si debiles, & impugnati, petamus & inueniemus frater-
 nalem solertiam ad succurrendum: ibi. [Ego rogabo.] Si te-
 nebris excocti, inueniemus generalem scientiam ad in-
 struendum, dirigendum, & illustrandum. ibi. [Nunc scit
 mus.] Dicit ergo.

Si quid petieritis patrem in nomine meo. Nota, pater non
 potest appellari nisi qui habet filium, quia pater & filius sunt
 nominis relatiua. Cui ergo dicit patrem, intellige filium, cui
 pater est. Pater Deus, cuius nos sumus filij, cui quotidie
 dicimus. Matth. 6. Pater noster qui es in celis. Et Isa. 63.
 Tu domine pater noster redemptor noster, a seculo no-
 men tuum. Et ipse dicit Hier. 3. A modo uoca me pater
 meus dux uirginitatis. Animæ uirginitas, est fides per
 dilectionem operans, animam incorruptam conseruans,
 ad quam pater tanquam dux ipsam ducit. Nos ergo fi-
 lij debemus patrem nostrum quid petere. Omne quod
 est, nihil est præter amare Deum. Amare Deum est ali-
 quid, & istud aliquid debemus petere, ut scilicet nos fi-
 lij inueniamus patrem sicut filius Ciconiæ amat patrem suum.
 Dicitur quod tantum diligit patrem suum quod quando senescit,
 s. 3. eum

cum sustērat & cibari, & hoc est de proprietate eius. Sic nos debemus patrem nostrum in hoc mundo iam senescentem sustentare in membris sui debilibus & aegrotis, cibare in pauperibus & egenis, quia Matt. 25. Quid uni (ait) ex minimis fecistis, mihi fecistis. Si amorē petiuerimus, ipse pater qui est amor, dabit nobis quod ipse est, scilicet amorē. Vnde & ipse dicit. Exo. Vt daret tibi terram fluentem lac & mel. Nota ista uerba. Terra propter sui firmitatem, amorē dei significat, qui mentem hominis in uero esse confirmat. Vnde Salo. Ecclē. 1. Generatio præterit, & generatio aduenit, terra autem in æternum stat. Generatio, idest amor carnis præterit, & generati, idest amor mundi aduenit. Hæc terra, idest Dei amor in æternum stat, quia ut dicit Apostolus. 1. Cor. 13. Charitas nunquā excidit. Hæc terra dicitur fluens propter sui abundantiam. Vnde Psal. Fluminis impetus (i. amoris diuini abundantia) iustificat ciuitatem Dei. i. animam, in qua habitat ipse Deus. Et hæc terra abundat lacte & melle. Lac nutrit, mel indulcat, sic amor Dei nutrit animā ut crescat de uirtute in uirtutē, & omnium tribulationū tribulos indulcat. Amati. n. nihil difficile. Cum dulcedo diuini amoris subtrahitur, tunc terra tuæ tribulationis amaritudo intolerabilis uidetur. Sed Exod. 15 (ut Exo.) lignum indulcorat aquas Marach. Et Reg. Pa 4. Reg. 4. rina Helisei come stibiles fecit amaras coloquintidas. Sic amor Dei omnem amaritudinem uertit in dulcedinem. Vnde Ecclesiastici. Spiritus meus super mel dulcis, & hæreditas mea, &c. Spiritus scilicet paupertatis, & hæreditas, idest passio Christi, sunt dulciora super mel & fauam cordi uere amantis. [Si quid petieritis patrem in nomine meo.] Nomen Christi Hebraice Messias, græce Christus uel Soter, latine unctus uel Saluator dicitur. In nomine ergo Saluatoris patrē petemus, ut si non propter nos, saltē propter filium suū per quē saluauit genus humanū, sui ferat amoris priuilegiū, dicētes cū Propheta Psal. 83. Protector noster aspice Deus, & respice in faciem Christi tui, quasi dicat, Si non uis aspicere propter nos saltē

saltem respice in faciem Christi tui, propter nos alapis carnis, spuris illitam, morte pallidam. Et quis est pater qui possit faciem filii mortui non respicere? Respice ergo in faciem Christi tui. Respice ergo & tu in nos, quia propter nos qui causa mortis, eius fuimus, Christus filius tuus mortuus est. In nomine ergo eius sicut ipse precepit nobis, petimus te ut des nobis te, quia sine te non est esse. Vnde Aug. Domine si uis ut recedam a te, da mihi aliu te. Alioquin non recedam a te. Bene ergo dicit. Amen amen dico uobis. [Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis, usque modo non petistis.] Ibi Glos. Cōsili de misericordia, præsētia nō petistis. Quicquā. i. quod aliquid sit cōparatione rei permanētis. In hoc loco reprehendit dominus eos qui temporalia petunt, quæ nihil sunt. Vnde de talibus dominus Osee. Misericordia uestra quasi nubes matutina, & quasi ros mane transiens. q. d. Cum petitis a domino misericordiam, petitis temporalia, quæ sunt quasi nubes matutina quæ est aer in spissatus, quasi uanitas inspissata. Sic ergo temporalia sunt quasi nihilum, sed illud nihilū nūc aliquid uideretur quibusdam phantasmatibus inuolutum. Nubes aspectum solis impedit, & abundantia temporalium Dei cognitionem auerit. Vnde Iob. 15. Operuit faciem eius crassitudo diuitiarum, scilicet crassitudo excæcat oculos mentis. Vnde Psal. Supercecidit ignis, & nō uiderunt solem. Ignis enim amoris mundani excæcat oculos hominis, sicut patella calida urfi. Misericordia ergo quasi nubes matutina & quasi ros, qui sole incalescēte deficit cū esset magis necessarius, & herbas & flores calori solis exponit, & sic torrent a sole. Sic mundana felicitas in hac uita ponit solatium, sed æternis homines deputat supplicis. Vnde Nau. 2. Ninive quasi piscina aquarum, & aquæ eius. Ninive interpretatur sponsa, & significat mundum, qui fallaci speciositate cooperitur sicut niue lutum. Cuius refrigerium comparatur piscinæ quæ abundat aquis in hyeme, & siccat in estate. Mundus enim modo abundat aquis diuitiarum,

Osee. 6.

Psal. 57.

Nau. 2.

S 4 sed

sed adueniente ardore mortis euacuabitur diuitijs, & rebus inuicem datur supplicijs. [Vsq̄ modo ergo in qui quom,] & si peristis, non in nomine meo, nisi aliquid in animo uestrum. Ordinem petendi & obsecrandi ostendit Apo. 1. Tim. 2. dicens. Obsecro primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes gratiarum actiones. Obsecratio est in exercitijs spiritualibus anxio ad Deum instantia. In quibus ante gratiam succurrentem qui apponit scientiam, non apponit nisi dolorem. Oratio uero est hominis Deo adherens affectio, & familiaris quedam allocutio, & statio illius mentis ad suum iam quandiu licet. Postulatio est cura obtinendi temporalia & necessaria huius uitae, in qua Deus postulantis quidem approbans bonam uoluntatem, facit tamen quod melius ipse iudicat, & dat libertatem ei qui bene postulat. Ipsa est de qua Psalm. Quoniam adhuc & oratio mea in beneplacitis eorum. in postulationibus pie ac fideliter orandum est, sed non illis pertinaciter inherendum, quia nescimus, sed pater qui est in caelis, quid in temporalibus istis necesse sit nobis. Porro gratiarum actio est in intellectu & cogitatione gratiae bonae uoluntatis, & indeficiens ad Deum ac in reflexa intentio. Et si aliquando uel non sit uel torpeat sine actio exterior sine interior affectio. Haec est, de qua Apostolus Rom. 7. Velle adiacet mihi, sed perficere bonum non inuenio. quasi dicat, perficere opus bonum quero, sed non inuenio. Bene ergo dicit. Vsq̄ modo non peristis quicquam in nomine meo, peri. & acci. [Et gaudium uestrum plenum sit. Nota quod est gaudium uacuum quod est carnalium, & gaudium plenum, quod est sanctorum. De gaudio uacuo carnalium dicit Isa. 32. Gaudium onagrorum pascua gregum. Nota quod duo sunt genera onagrorum, unum habet cornua, & est in greca, de hoc dicitur Job. Quis dimisit onagrum liberum, & uincula eius quis soluit. Aliud est in Hispania, & de hoc dicitur Job. 11. Vir uanusergitur in superbiam, & quasi pullum onagri se liberum natum putat. Similiter in hoc mundo sunt duo gene

onagrorum, id est superbiorum. Quidam enim sunt qui de cornibus dignitatis superbiorum. Alij sunt qui sola meritate in superbiam erigunt se, & iugum obedientiae se excutunt. Gaudium enim onagri sunt pascua gregum, id est pauperum, scilicet qui bona pauperum patiantur & diripiunt, a diabolo diripiuntur. Vah qui praedans. Nonne & ipse praedaberis? Isa. Vnde Iacobi. Diues sicut flos foeni transibit. Exortus est enim sol cum ardore, & arscit foenus, & flos eius decidit, & decor uultus eius deperit. Ita & diues in itineribus suis marcescit. Radix est carnalis cupiditas flos, delectatio temporalium. Adueniente sole, id est seueritate mortis uel iudicij, radix arscit, flos decidit, decor uultus eius, id est honor secularium, & propinqui, deperit. Gaudium ergo mundi est uacuum, de gaudio uero pleno. Eccle. 12. Florebit amygdalus, impinguabitur locustus, & dissipabitur capparis. Nota quod gaudium sanctorum in tribus consistit. In corporis scilicet resurrectione, in imae beatitudine, acuti carnis, daemonicarum tentationis euasione. Amygdala, id est corpus florebit quatuor dotibus claritate, agilitate &c. Locustus, id est anima impinguabitur de Deo uobone, angelorum beatitudine, sanctorum societate, & tunc dissipabitur capparis, id est aculeos carnis, tentatio demonis. Vnde Apostolus Corinth. Cum mortale hoc induerit immortalitatem &c. Tunc ergo dissipabitur capparis, quia ut dicit Iohel. 3. Alieni non transibunt amplius per Hierusalem, id est demones non tentabunt illam, & mala bestiae, id est carnis concupiscentia non transibit per eam. Nota quod Iacobus dicat loquens de speculo. Si quis auditor est uerbi non factor, hic comparabitur uiro considerati uultum natiuitatis suae in speculo. Considerauit enim se & abiit, & statim oblitus est qualis fuerit. In speculo tria sunt consideranda, scilicet uilitas, fragilitas, claritas. Speculum nihil aliud est quam subtilissimum uitium, in quo sicut in speculo tria sunt. Vitrum est uile in materia, quia de modico puluere confectum, fragile in substantia, clarum in splendore, quia

1. Tim. 2

Psa 144

Rom. 7.

Job. 39.

Isai. 33.
Iacob. i.

Eccle. 12

1. Cor. 13

Iacob. i.

oppositum soli lucet ad instar solis. Speculum dictum eo quod splendorē reddat, uel quod in eo rēminā se intuentes cōsiderant speciem sui uultus, uel quia in uitri morem tranfluēat. Vel uitrum & speculum est sacra scriptura in cuius splendore natiuitatis nostrāe uultum debemus considerare. Vultus natiuitatis nostrāe est, unde nati sumus, quales & ad quid. Vnde nati, quantum ad uirtutem materię, quales, quantum ad fragilitatem substantię: ad quid: quantum ad dignitatem glorię, in qua si factores uerbi fuerimus, ex uicinitate ueri solis lucebimus. In speculo sacrę doctrinę ista tria reperiuntur, de uirtute materię. Gene. 3. Cinis es & in cinerem reuertere, de fragilitate substantię. Psal. Anni mei sicut aranea meditabitur. Quid aranę tela fragilius? Quid uita hominis corruptibilius? qui minima lętura, modica febricula corrumpitur, de claritate, Fulgebunt iusti sicut sol. In hoc speculo miser homo cum natiuitatis suę uultū considerat, scilicet qualiter natus, quā fragilis, quā uilis, uel quid futurus, aliquando compunctiōem & penitentiā uoluntatem contrahit, sed quia est auditor uerbi & nō factor, uani & uacui gaudij amator, ideo statim obliuiscitur qualis fuerit. Sequitur secundum.

Ego rogabo patrem de uobis &c. Christus sacerdos secundum ordinem Melchisedech, Dei & hominum mediator, rogat pro nobis patrem. Vnde Leu. 4. Rogante pro eis sacerdote propitiuſ eis erit dominus. Et iterum. Rogabit pro eis sacerdos pro peccato & dimitteretur eis. Vnde et Num. 16. ubi dixit Moyses ad Aarō. Tolle thuribulum & hausto igne de altari mitte incensum desuper pergens cito ad populum, ut roges pro eis: Iam enim egressa est ira a domino & plaga defēuit. Sequitur ibid. Pro populo deprecatus est, & cessauit plaga. Dixit Moyses ad Aaron. i. ad filium patris: tolle thuribulum scilicet humanitatis, quia fabricatum fuit opere Beseleel qui interpretatur obumbraculū diuinum, id est spiritus sancti in utero uirginis gloriōsę, quia idem uirgini obumbravit, id est refrigerium pręstitit & fomitiē peccati om-

nisi

nino in ea extinxit, & igne diuinitatis impleuit thuribus humanitatis, in qua plenitudo diuinitatis habitauit corporaliter, & bene dicit de altari, quia a patre exiit & uenit in mūdum. Et incensum pas. mittit desuper & sic tanquam mediator rogabit pro populo quem diaboli incendium atrocissime deuastauit, quia iubentis uoluntati obediēs cucurrit accepto thuribulo ad mortē, mortem autē crucis. Et stans expansis manibus in cruce inter mortuos & uiuētes, id est inter duos latrones, quorum unus saluatus, alius damnatus. Vel inter mortuos & uiuētes, id est inter illos qui detinebantur in carcere inferni, & illos qui uiuebant in miserijs huius exiliij, quos omnes dum seipsum patri sacrificium in odorem inuinitatis obtulit, ab incendio diabolicę persecutionis bene ergo de seipso dicit. [*Ego rogabo patrem de uobis.*] Ideo Ioan. Aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum &c. Facimus sicut mulier quę habet paruulū filium, quā cum suus maritus iratus uult uerberare ipsa tenens puerum in brachijs opponit eum irato uiro, dicens, istum percutite, istum uerberate. Puerulus obortis lachrymis matri compatitur. Pater uero cuius uiscera sunt commota super lachrymis filij sui quem tenerime diligit, propter ipsum uxori parcit. Sic dominus parcit nobis, pro peccatis nostris irato marito filium Iesum Christum pro nostrę reconciliationis federe in sacramento altaris ei offerimus, ut si non propter nos, saltem propter ipsum sibi delictū flagella, quę iuste meremur, auertat, & lachrymarum, laboris, & passionis eius memor nobis parcat. Vnde ipse filius dicit Isai. Ego feci (scilicet hominem) ego feram, & ego portabo & saluabo. Nota, ego feci hominem, ego feram in humeris meis tanquam ouem errantem & lassam, & ego portabo sicut nutrix quę portat infantem in brachijs. Et quid pater respondere potest, nisi ut dicat, & ego saluabo? bene ergo dicit Christus. [*Ego rogabo patrem de uobis. Iose enim pater amat uos, quia uos me amatis, & credidistis, quia a Deo exiui.*] Pater & filius quia unum sunt. Ioan. 10.

Ego

1. Ioan. 3

Isai. 46.

Ioh. 14

Ego & pater unum sumus, ideo filio attestante quod amat patrem amat & filiam: & pater & filius amant eum. Unde dicit Christus Io. Qui diligit me, diligitur a patre meo, & ego diligam eum & manifestabo ei meipsum. Sequitur tertium.

Heb. 4.

Dicunt ei discipuli, Nunc scimus quia scis omnia, & non est opus tibi. Verum dixerunt discipuli, dicens d[omi]n[us] Scimus quia scis omnia. Ideo Hebr. Vnius est sermo Dei, id est filius Dei per quem cognouimus eius uoluntate[m], unius, id est uirtute[m] conferens) & efficax, id est effectus ea pax, qui facile potest implere quod uult, quia filius Dei omnia quae uoluit facit. Efficit enim quod uult, & ubi uult, & quando uult. Unde Iob. Qui praecipit soli & non oritur, & stellas claudit quasi sub signaculo. Vide in profectio[n]e. Qui talia facit, omnia scit. Vere omnia potest filius Dei unius & efficax. Praecipit soli & non oritur. In sole gratiae illuminatio notatur, quae tunc oritur cum meriti infunditur, tunc non oritur cum non apponitur. Unde dominus Exodi. Miserebor cuius uero, & clemens ero in quem mihi complacuerit. In rerum ca. 4. Indurabo cor Pharaonis. Cor dominus induras cum gratia in subtrahit, uel non apponit. Unde Osee. Non uisitabo super filias uestras cum fuerint fornicatae. Deterius malum anima peccatrici euenire non potest, quia cum dominus peccato rem in prauitate cordis sui dimittit, & flagello paternae uisitationis non corrigit. Etiam stellas claudit quasi sub signaculo. Signaculi est quod alieni rei imprimitur ut lateat quouique referent. Stellas sunt sancti, quos Christus sub signaculo suae providentiae claudit ne appareat quando uelint, semper parati ad tempus a Deo statuti, ut cum audierint auro cordis uocem iobentis, a secreto contemplationis egrediantur ad opera necessitatis. Qui extendit caelos solus & graditur super fluctus maris.

Iob. 9

Exod. 33.

Ose. 4.

Celi sunt praedicatores sancti, qui pluuunt uerbis, conuiscant sanctae uirae exemplis, inronent penas aeternae mortis. Hos celos extendit dominus ut undique luquen effundant, peccatores cooptent, & sic conuiscant

ne

se temporalibus implicent. Item gradit[ur] super fluctus maris, scilicet superbos huius mundi. Super hos enim gradit[ur] d[omi]n[us] cum eoru[m] cordibus suae humilitatis ne agit imprimat. Unde Ecc. Gyrum circumuoluit, & pertrauit abissi penetrauit & in fluctibus maris ambulauit, & in omni terra stetit, & in omni populo & in omni gente primam habuit, & omnium excellentiorum & humiliorum corda uirtute calcauit. Gyrum caeli, id est cor iusti circumuoluit, & defendo & protego, & profundum abissi, id est cor de malorum conuertendo per poenitentiam, & in fluctibus maris, id est tentatione deprehensit, & in omni terra stetit, quia Deus stat super humile, & fructuosos per bona opera stabiles, sed diabolus in arena, & in omni populo & in omni gente, quibus congregat ecclesia. Sequitur Iob. Qui facit arcturum & orionem, & hyadas, & inter ora arietis. Nota ista. Arcturus iurtae cauda septentrio a litinis dicitur quia septem stellis constat, quae propter plaustrum similitudinem plaustrum nominantur. Nam quinque stellae pro curru, duae quae in uno loco uidentur pro bobus habentur. Quinque stellae sunt quinque corporis sensus quos duae stellae, id est spes & timor tanquam duo boues deberent trahere. Unde Reg. dicitur quod Philistini tollentes duas uaccas iunxerunt ad plaustrum & posuerunt Arcam Dei super plaustrum nouum. Plaustrum dicitur quasi plaustrum (quia uoluitur) corpus nostrum frangitur, quod debet uolui in operibus misericordiae, non uum satisfactione poenitentiae, quod debet ferre arcam obedientiae, hoc plaustrum duae uaccae, id est spes & timor trahunt usque Bethsames quae interpretatur domus uialis, id est uirae aeternae mansionem, in qua habitat salus iustitiae. Orion est stella a gladio dicta. Unde etiam latini iugulam uocant eo quod sit armata ut gladius & stellarum luce terribilis, & clarissima. Orion in initio ponderis hyemalis temporis exoritur, suoque hora umbres & tempestates, emittit. Orion est cordis contritio & oris confessio, quae cum oriantur imbrech chumaru[m] & tempestates disciplinae & acium & adhibentur

Ecc. 24.

Iob. 9.

2. Reg. 6.

em. 285

emittunt. Hyades sunt quinque stellæ in similitudinem
 y græci. Hyades sunt illa quinque uerba quæ Paulus scri-
 bens Corinthijs in ecclesia in sensu suo uolebat loqui.
 quæ sunt uerbum orationis, laudis, consilij, exhortatio-
 nis, & confessionis. Et interiora austru. Auster est uentus
 calidus & significat spiritum sanctum, de quo sponsa. Câr.
 Surge aquilo ueni auster &c. Aquilo dictus quasi ligans
 aquas diabolus significat qui malitiæ frigores restrin-
 git aquas compunctionis in corde peccatoris. Huic dici-
 tur surge, idest recede & ueni auster, idest spiritus san-
 cte, perfla horrum meum, idest conscientiam meam &
 flu. aro. il. idest lachrymæ, quæ in conspectu domini redo-
 ent super omnia aromata. Interiora austru secretum con-
 templationis, gaudium mentis, suauitatem interne dul-
 cedinis significant, quæ austru, idest spiritus sanctus sunt
 quasi quædam secreta interiora quibus ipse inhabitat
 & habitando sui amoris suauis aura perflatur. Sequitur
 Job. 9. Qui facit magna & incomprehensibilia &c. Magna
 fecit in rerum creatione, incomprehensibilia in recrea-
 tione, nobis mirabilia faciet in æterna beatitudine. Vel
 Job. 2. magna fecit in sui incarnatione. Vnde beata Maria.
 Quia fecit mihi magna qui potens est, &c. Incomprehe-
 nsibilia in sui natiuitate, in qua ipsum Dei filium uirgo
 peperit. Mirabilia in miraculorum operatione. Benedi-
 ctus sit qui omnia scit, qui nobis talia fecit, de quo Apo-
 stolus Heb. 4. dicit Viuus est sermo Dei & efficax, & pene-
 trabilior omni gladio ancipiti &c. Christus. n. aiam per-
 cutit contritione, corpus afflictione, pertingens usque
 ad diuisionem animæ, idest animalitatis, ac spiritus, id-
 est rationis. Nota quod anima est res incorporea ratio-
 nis capax uiuificando corpori accommodata. Hæc ani-
 males constituit homines quæ carnis sunt sapientes, sensu-
 bus corporis inhaerentes, quæ ubi perfectæ rationis in-
 cipit esse continuo abdicat ab se naturam generis femi-
 nalis & efficitur anima particeps rationis regendo corpori accom-
 data. Quamdiu enim, anima est cito, uiuit quod carnale
 est, effeminatur animus uel spiritus, nihil quod uirile
 est

est meditatur, & sic fit diuisio animæ & spiritus. Compa-
 gum quoque & medullarum. Compages sunt iuncturæ.
 Medulla dicta eo quod madefaciat ossa. In compagibus
 subtiles iuncturæ cogitationum, in medullis compunctio-
 nes lachrymarum, quæ ossa uirtutum irrigant, designā-
 tur. Christus suæ uirtute diuinitatis pertingit usque ad
 diuisionem compagum & medullarum, quia subtiliter uidet
 principium medium & finem cogitationum, & ad quid
 tendant, & qualiter una alteri coniungatur: & quomo-
 do: & qua uia compunctio a corde egrediatur. Vnde Ecc. *Eccl. 11.*
 Quomodo ignoras quæ sit uia spiritus, & qua ratione
 compingantur ossa in uentre prægnantis, sic nescis ope-
 ra Dei, qui fabricator est omnium. Solus Deus scit quæ
 sit uia spiritus, idest contritionis, & qua ratione compin-
 gantur ossa in uentre prægnantis, idest uirtutes in men-
 te penitentis. Vnde subdit apost. Et discretor cogitatio-
 nis, & interiorum cordis, quia ut ait Eccl. 23. Oia uidet ocu-
 lus eius, oculi domini sunt in omni loco. Hebræ. 4. Om-
 nia nuda & aperta sunt ante oculos domini. Coram quo
 ut dicit Job. 26. nudus est infernus, & nullum operimē-
 tum perditioni. Vere ergo dixerunt discipuli. *[Nunc sci-
 mus quia scis omnia, & nō est opus tibi ut quis te interroget. In
 hoc credimus quia a Deo existi.]* Filius exiit a Deo ut tu
 exires a mundo, uenit ad te ut tu ires ad se. Quid est a mū-
 do exire & ad Christum ire, nisi uicia refrenare & ani-
 mam uinculo amoris Deo religare? Rogemus ergo &c.

Dom. VI. post Pascha. De Sanctissimæ Trini-
 tatis signaculo, quod mens
 humana dicitur.

*Vm uenerit paraclitus quem ego mittam uobis
 a patre &c.]* Ioan. In hoc euāgelio duo de
 clarabuntur. Primum est donum præno- *Ioan. 15.*
 bile quod nobis promittitur, ut adiuue-
 mur in præsentis prælio. *[Cum uenerit pa-
 raditus.]* Secundo prædicatur factum terribile, ne fraga-
 mur

mur labenti tædio, quia parum durat. ibi. [*Hæc locutio sum uobis ut non sciam latere uini, absque synagogis faciem uobis.*]

In primo notatur sanctæ trinitatis fides aperte, & manifestatur quod a patre & filio mittitur spiritus sanctus qui tres unus sunt, substantiæ, & inseparabili consubstantiæ, unita est in essentia & pluralitas in personis. Unde dominus unitatem diuinæ essentia & personarum trinitatem aperte insinuat, licens Mat. 28. Item, baptizantes in nomine patris & filii & spiritus sancti. In nomine utique ait non in nominibus, ut unitas essentia ostendatur. Per tria nomina quæ supposit, tres esse personas ostendit. In illa enim trinitate summa origo est hominum rerum, & perfectissima pulchritudo, & beatissima delectatio. Videamus quale uestigium trinitatis appareat in mente ipsa. Dicit Augustinus lib. de trinitate. Licet humana mens non sit eius nature cuius Deus est, imago tamen illius quo nihil melius, est ibi requirenda & inuenienda, quo natura nostra nihil melius habet, id est in mente. Ecce mens meminit sui, intelligit se, diligit se, hoc si cernimus, cernimus trinitatem, non quidem Dei se imaginem Dei. Hic enim quædam apparet trinitas, memoria, intelligentia, & amoris uel uoluntatis. Hæc igitur tria non sunt tres uitæ, sed una uita, nec tres mentes sed una mens, non tres essentia sed una essentia. Memoria uero dicitur ad aliud, & intelligentia & uoluntas siue dilectio similiter ad aliud dicitur, uita uero ad seipsam & mens & essentia. Hæc igitur tria eo sunt unum quia una uita, una mens, una essentia. Hæc autem cum sint trinitas distincta a se inuicem, dicunt tamen unum esse, quia in anima substantialiter existunt, & est ipsa mens quasi parens, & notitia eius quasi proles. Mens enim cum se cognoscit, notitiam suam gignit, & est sola parens notitiae. Eius est amor qui de ipsa mente & notitia procedit dum mens cognoscens se diligit se. Non enim potest diligere nisi cognosceret se. Amat etiam placitam prolem, id est notitiam suam, & ita quidam amor complexus est parentis & proles. Ecce in his tribus uerbis quæ legimus

que

que trinitatis uestigium apparet. Dicamus ergo. [*Cum uenerit paraclitus quem ego a patre uobis mittam spiritum ueritatis, &c.*] Nota illa tria uerba, paraclitus, spiritus, ueritatis. In huius exilii miseria sunt tria mala scilicet angustia crucians, culpa mortificans, uanitas decipiens. De angustia dicitur Exo. quod Pharaon preposuit filiis Israel magistros operum ut affligerent eos oneribus edificatione urbes tabernaculorum Pharaoni, Phiton, & ramesses. Sic diabolus nomine tenus Christianis preponit magistros operum, id est demones cuiuslibet uitio deputatos, qui affligunt eos oneribus peccatorum. Unde ipsi dicunt gementes. Thren. Ceruicibus minabamur, & lassus non dabatur requies. Aegypto dedimus manum & Assyrijs, ut saturemur pane. Babylonij, id est demones hominis quem captiuum ducunt ceruici onera graua imponunt, & tanquam bouem uel asinum per funem ad collum ligant, minando trahunt, & lassus nullam requiem dant, dum de peccato in peccatum precipitant. Heu quanta dementia in uia lassari, & uiam nolle finire? Dedimus inquit manum, id est fecimus nos seruos Aegypto, id est mundo & Assyrijs, id est demonijs, ut saturemur pane, id est carnis uoluptate. Heu, ædificant ciuitates tabernaculorum Pharaoni, id est diabolo, Phiton, & Ramesses. Phytone abyssus, Ramesses, malitia deinceps interpretatur. Phiton luxuriam figurat, quæ est os abyssus, quæ nunquam dicit, sufficit, carens iumine gratia & fundo sufficientia. Voluptas enim (ut dicit Hieronymus) semper sui famem patitur. De hac ergo abyssus Psalm. Abyssus abyssum (id est luxuria luxuriam) inuocat, sicut rana ranam. Rana habet uocem propriam, quæ est croax, seu coax, & non facit hanc nisi in aqua tantum, & proprie mas tempore coitus clamat foeminam per uocem cognitam, & rana multiplicat uocem quando posuerit mandibulam inferiorem æqualiter in aqua & extenderit superiorem, & per extensionem

Exod. 1

Thra. 5.

Psalm. 41

Ser. Do. S. Ant. de Pad. T. duarum

duarum mandibularum lucem oculi eius sicut duæ
candelæ. Item modi araneorum, cum uoluerit co-
re: mulier attrahit masculinum per fila telæ, & mas-
culus postea foeminam, & non cessabit attractio quous-
que coniungantur. Luxuriosi sunt anæ, qui in aqua car-
nalis uoluptatis signis & uocibus se ad lasciuiam inui-
tant, quorum oculi sunt pleni adulterijs, accensi libidi-
ne qui tanquam araneæ quasi qui quædam fila uerborum
& promissionum se attrahunt in lux perditionis abyssi
ubi se coniungunt. Ramilles significat auaritiam, quæ
ut tinea uermis uestimentum, mentem corrodit. Vnde
tinea dicta eo quod tineat & eousque insideat quousque
corrodat, sic auaritia mentem avari corrodit ut plura
multiplicet, sed secundum sua multiplicationem plus es-
cariat. Vnde beatus Bernardus. Non aliter satiatur cor ho-
minis auro, quam corpus hominis aura. Philosophus Se-
neca. Avaro quid mali optes nisi ut uiuat diutius? Item,
auarus nisi cum moritur, nihil recte facit. Hæ sunt ciuita-
tes diaboli, luxuriæ scilicet & auaritiæ. Et quæ ma-
ior angustia quam ab ipso incarcerari, & tinea cooperi-
ri? De culpa mortificante dicitur Genesis. quod mor-
tua est Rachel, & sepulta in uia quæ ducit Effratam,
quæ interpretatur fructifera. Et significat abundan-
tiam temporalium, qua infelix anima iustocatur, &
sepulta mole malæ consuetudinis premitur. Vnde da-
ues purpuratus, quia hic sepultus fuit in delitijs, post-
modum sepultus fuit in pœnis inferni. Vnde. 2. Paralip.
dicitur quod posuerunt Aia in lectum suum plenum ar-
omatibus, & unguentis meretricijs, quæ erant arte pigmen-
tariarum confecta & combusserunt super eum ambitio-
ne uaniæ. Aia interpretatur attollens, & significat hu-
ius mundi diuitem superbum, de quo Propheta Psal. Vi
di impium superexaltatum &c. Huius lectus est corpus
in quo iacet dissolutus tanquam paralyticus, qui re-
pletur aromatibus & unguentis meretricijs, idest ho-
noribus, diuitijs, & delitijs, quæ arte pigmentarij
est demonis sunt confecta. Postmodum uero anima
infelix

Gen. 35.

2. Pa. 16

Ps. 36

felix cum infelici corpore, inextinguibili igne gehennæ
& combustionem nimiam comburetur. Omnis homo pri-
mum bonum uinum ponit, deinde quod deterius est.
Et quia bibisti de calice aureo Babylonis, potabis usque
ad fecem de puteo æternæ damnationis. De uanitate
decipiente dicitur. Reg. ubi propheta senex fecellit ui-
rum Dei, & reduxit eum secum in domum suam, &
comedit panem, & bibit aquam. Sequitur. Occidit
eum leo in uia, nec leo læsit asinum stantem iuxta cada-
uer. Propheta senex, est mundi uanitas, quæ semper
falsa prophetat. Vnde Threnorum. Prophete tui uide-
runt tibi falsa & stulta. Prophetæ nostri, sunt man-
dant uanitas, & carnis uoluptas, quæ si uiderint nos non
sunt contemnere, carnem affligere, statim prophetat
nobis egestatem & infirmitatem. Si tua (inquant)
dederis, unde uiues? si carnem afflexeris, in infirmi-
tatem cades. Heu quot deceperunt isti prophetæ, qui
in nomine suo loquuntur, & non in nomine domini.
Bene dicitur ergo quod propheta senex fecellit uirum
Dei. Et bene uanitas mundi dicitur Propheta senex. A mundi
principio usque ad has seculi feces decipiendo dura-
uit & durabit. In cuius domo uir Dei deceptus come-
dit panem & bibit aquam. Panis gloriæ mundanæ ex-
cellentiæ significat, de qua Prover. 20. Suavis est homi-
ni panis mendacij, sed postea implebitur os eius calcu-
lo. Panis mendacij, est gloria mundana quæ se men-
tetur aliquid esse cum nihil sit. Augustinus. Omne
quod sine claudendum est pro transacto habendum. Hæc
gloria quia suavis est homini, ideo os eius implebitur
calculo, idest lapide ignito, idest pœna æterna, quæ
non poterit transglutiri nec euomi, & bibet aquam
quæ est auaritia, uel luxuria, quam qui biberit, sicut
iterum. Qui hunc panem comedit & bibit aquam, a
leone scilicet diabolo occidetur. Et nota quod leo non
læsit asinum nec comedit de cadauere, quia diabolus
non curat de pecunia uel de corpore, tamen animas pos-
sit interficere. Vnde rex Sodomorum Gen. Da mihi
animas

3. Reg. 13

Thr. 2.

Gen. 14

animas, cætera tolle tibi. Christus emit animam ponda-
do in morte animam suam, & ideo diabolus, totum em-
ptorem tanto laborem uult fraudare cum animam no-
stram uult decipere uel occidere. Sed dominus con-
tra hæc mala supra dicta, scilicet angustiam, culpam,
uanitatem, misit paraclitum contra angustiam, spiri-
tum contra culpam, ueritatis contra uanitatem. Pa-
raclitus consolatur nos in angustia tribulationis. Vnde
Isa. 43. Cum transieris per aquas tecum ero, & flumi-
na non operient te, cum ambulaueris in igne, non
combureris, & flamma non nocebit tibi. Nota ista
quatuor, aquæ, flumina, ignis, flamma. In aqua
gula & luxuria, in fluminibus, prosperitas mundana,
in igne aduersitatis angustia in flamma, diabolicæ per-
secutionis militia designatur. Dicit ergo, Cum tran-
sieris per aquas. Mentem quam spiritus sanctus igne
charitatis consolidati, nec aquæ gulæ & luxuriæ, nec
prosperitatis mundanæ flumina dissoluere possunt. Vnde
Can. 8. *Can. 8.* Aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem
Nec flumina obruent illam, quia (ut dicitur ibidem)
lampades eius lampades ignis atque flammarum. Et
mentem etiam quam spiritus inflamat, nec ignis ad-
uersitatis, nec flamma diabolicæ persecutionis consu-
me: potest. Ipse enim spiritus sanctus ut dicitur Dan.
3. *Dan. 3.* excutet flammam, ignis de fornace, & facit medium
fornacis quasi uentum roris flantem. Item misit spiri-
tum contra culpam ut uiuificaret animam. Vnde Ge-
2. *Gen. 2.* Inspirauit in faciem eius spiraculum uitæ, & factus est
homo in animam uiuentem. Spiraculum uitæ est spi-
ritus sancti gratia, quam cum Deus spirat in faciem ani-
mæ, proculdubio animam de mortuo est uitam resuscit-
at. Hinc etiam dicitur spiritus ueritatis, contra ma-
di uanitatem, quam ipsa ueritas expellit. Vnde Iohel.
2. *Iohel. 2.* Filia Sion exultate & lætamini in domino Deo uestro,
quia dabit uobis doctorem iustitiæ, & descendere faciet
ad uos imbrem matutinum & serocinum, & implebun-
tur aræ frumento, & torcularia redundabunt uino &
oleo.

oleo. Benedictus sit dominus Dei filius in quo nos si-
lii Sion, id est ecclesiæ militantis & triumphantis, de-
bemus exultare corde, & lætari opere, quia dedit nobis
doctorem iustitiæ, spiritum scilicet gratiæ, qui docet
nos unicuique suam iustitiam exhibere, in cuius da-
tione imbrem matutinum, id est compunctionem
pro peccatis proprijs, & serocinum pro alienis ad
nos facit descendere, qui enim pie plangit aliena,
perfecte diluit propria. In doctoris iustitiæ descen-
su aræ, id est mentes fidelium repletæ sunt fru-
mento fidei, & torcularia, id est ipsorum corda ui-
no compunctionis redundarunt. Bene ergo dicitur.
[Cum uenerit paraclitus quem ego mittam uobis a patre
spiritum ueritatis, qui a patre procedit, ille testimonium
perhibebit de me, & uos testimonium perhibebitis, quia
ab initio mecum estis.] In cordibus enim fidelium spi-
ritus ueritatis perhibet testimonium de Christi in-
carnatione, ipsius passione, resurrectione, & nos te-
stimonium debemus perhibere omni homini, quia
Christus fuit uere incarnatus, passus, qui & uere re-
surrexit. Huic parti concordat epistola. [Estote pru-
dentes, & uigilate in orationibus.] Hic Petrus ad tria in-
uitat, ad prudentiam, uigilantiam, & orationum in-
stantiam. De prudentia Prouerb. Beatus uir qui af-
fluit prudentia, Melior est enim acquisitio eius ne-
gociatione auri & argenti, &c. De uigilantia. Gen.
3. *Gen. 3.* dicitur quod Iacob transiit uadum Iaboth, tradu-
citurque omnibus quæ ad se pertinebant, remansit so-
lus, & ecce uir luctabatur cum eo usque mane,
qui dixit ad eum. Dimitte me, iam ascendit auro-
ra Iacob supplantator. Iaboth torrens pulueris, qui
significat temporales delectationes, quæ transeunt ut
torrens, steriles sunt, & excæcant oculos sicut pul-
uis. Hunc torrentem pœnitens cum omnibus bo-
nis, Deoque qui dedit sibi, transire debet, & so-
lus remanere. Ille solus remanet qui nihil sibi,
sed totum Deo attribuit, propriam uolunta-

tem diuinę uoluntati subiicit, illatę iniurię non meminuit, sperni se spernit, & si ita solus remanserit, cum domino luctabitur & luctari poterit & impetrare ab eo quod uoluerit, & audire merebitur, dimitte me, iam enim ascendit aurora, quę est finis noctis, & initium diei. Hęc est mors iusti, finis miserię, & ingressus beatitudinis, in qua uiro iusto dicit dominus. Dimitte me, iam enim ascen. au. quasi dicat non amplius est opus luctamine, finit enim miseria incipit gloria. Vnde de anima iusti dicitur *Cantic. 3.* Quę est ista quę ascendit quasi aurora &c. Luna dicta quasi lucentium una. Vnde anima iusti cum ab huius miserię incolarum ascendit, beatitudinem ingreditur, in qua est pulchra ut luna, quia sanctorum animarum lumini in beatitudine quasi una ex ipsis associatur, & est electa ut sol, quia totius splendore trinitatis illuminatur. De orationis instantia dicitur in introitu Missę. Exaudi domine uocem &c. Notandum quod triplex est oratio, mentalis, uocalis, & manualis. De prima *Eccle.* Oratio humiliantis se penetrat caelos. De secunda *Psal.* Intret oratio mea in conspectu tuo. De tertia *Apostolus. 1. The.* Sine intermissione orantes. Ille dicitur sine intermissione orare qui non cessat benefacere. Dic ergo. Exaudi domine uocem meam, cordis, scilicet oris & operis, quę clamaui ad te. &c. Nota ibi. Vultus domini est illa imago secundum quam ad ipsius similitudinem & imaginem creati sumus, quam tunc perdimus cum peccatum mortale incurrimus. Faciei enim diuinę faciem diaboli superscribimus, quod prohibetur. *Eccle. 4.* Ne accipias faciem aduersus faciem tuam. Quoc mortalia committis tot facies diaboli diuinę faciei superponis, de quibus *Psal.* Iudicatis iniquitatem & facies peccatorum sumitis. Ut enim uultum domini perditum inuenire ualeamus lucernam accendamus, diligenter domum euertamus, donec perditum inueniamus, idest pro peccatis conteramur, angulos conscientię

scientię in confessione perscrutemur, operibus misericordię inuisitamus, & sic tandem uultum perditum inuenire poterimus, & exultantes decantabimus. Signatum est super nos lumen uultus tui domine &c. quia uultus domini charitate reformatur, & finaliter conferatur. Ideo de ea subdit *Petrus. 1. Petr. 4.* Ante omnia autem tuam in uobismetipsis charitatem continuam habentes. Sicut Deus est principium omnium sic charitas uirtus principalis ante omnia debet haberi, quod si fuerit mutua & continua, omnem operiet multitudinem peccatorum. Mutua, idest alterna & communis continua, idest nec aduersis, nec prosperis deficiens, sed perleuerans & finalis debet esse. Vel charitas debet esse paraclitus spiritus ueritatis, qui tanquam oleum omnium liquorem, operiet multitudinem peccatorum. Sed nota quod si exsufflatum fuerit, quicquid prius latebat apparet. Sic gratia Dei quę operit per poenitentiam multitudinem peccatorum, si per renouationem mortalis peccati exsufflata fuerit, quod iam dimissum fuerat, redit, quia qui peccat in uno scilicet charitatis precepto: factus est omnium reus, & ideo si mortale commiseris & ad nouum confessorum accesseris, omnia te confiteri oportebit. Sequitur secundum,

Hęc locus sum uobis &c. Quia iacula quę prauidentur minus feriunt, ideo dominus suos pręmuniuit milites clypeo patientię, persecutionis iaculis opposito, ne inuento discrimine scandalizarentur. *[Hęc inquit locus sum uobis.]* Ego uerbum patris uobis loquor, a quo exemplum patientię debetis suscipere, ut non scandalizemini. Qui in tribulatione scandalizatur, suę impatientię scandalo a Christi discipulis disiungitur. Absque synagogis facient uos. Vnde *Ioan. 9.* iam enim conspirauerat iudęi, ut si quis confitetur Christum extra synagogam fieret. Christus dicit. Ego sum ueritas, qui ueritatem predicat Christum confitetur, qui uero eam in predicatione tacet, Christum negat. Veritas odium parit, & ideo quidam ne odiū quorūdam incurrant silētii

pallio ora uelant. Si ueritatem ut res se habet, & ipsa ueritas requirit, & diuina scriptura aperte præcipit, prædicarent, ut fallor odium carnalium incurrerent, & forte extra synagogam fieret, quia uero secundum hominum ambulat, ideo hominis scandalum timet. Cum tamen ueritas non sit relinquenda propter scandalum. Vnde *Mat. 15* Matth. Discipuli dixerunt ad Iesum. Scis quia Pharisei audito hoc uerbo scandalizati sunt. At ille ait. Omnis plantatio quam non plantauit pater meus cælestis, eradicabitur. O cæci prædicatores, quia scandalum cæcorum timeris, ideo animæ cæcitatem incurritis. Vobis faciunt isti sicut uacca agrestis uenatori. Dicitur in naturalibus quod uacca agrestis uenati se insequente sterco suum remote proicit & eum percutit, a quo dum uenator detinetur & retardatur, ipsa euadit. Certe sic faciunt hodie aliqui prælati uaccæ crassæ pingues in monte Samariæ, boues pulchræ & crassæ nimis in locis palustribus pascentes, qui uenatori, idest predicatori dāt stercore temporalium, ut eius increpationes effugiant. Vnde *Ecc. 22* Eccl. In lapide luteo lapidatus est piger, & paulo post. De stercore bouum lapidatus est piger, & omnis qui tetigerit eum excutiet manus. Ideo dominus *Isa. 1 3* Isai. Suscitabo super eos Medos, idest predicatorum qui argentum non querant, nec aurum uelint, sed sagittis, sanctæ prædicationis paruulos, idest mundi amatores interficiant. Rogemur dominum ut sic peccata nostra interficiantur &c.

In die sancto Pentecostes. De dono spiritus sancti.

Act. 2. **D**um compleretur dies Pentecostes erant omnes *pa. Sc.* Pentecostes græce latine quinquagesimus, & antiquitus populus quinquagesimum diem obseruabat. A die immolationis agni postquã egressi sunt filii Israel de Aegypto, data est lex quinquagesimo die in igne.

igne. In nouo etiã testamēto, quinquagesimo die a patre Christi, descendit spūs sanctus qui est lex amoris in apostolos, in igne appares. Lex in monte Syn, spūs sanctus in monte Sion, lex in sublimi montis loco, spūs datur in cenaculo. [Dū ergo cōple. di. pent. er. omnes. disci. pa. in eodem loco.] Nullus absens erat, unum cor & animā unā habentes, in eodē loco. i. cenaculo quod accenderat. Qui enim spiritū sanctū desiderat, carnis domicilium in mētis cōtemplatione transcendendo calcet. [Factus est repente de caelo sonus tanquam adue. spi. uel. & re. to. do. ubi erant seden.] Ne sit tarda molimina spiritus sancti gratia, secundū illud *Psa. 45* Psa. Fluminis impet. i. dei. Cū sono uenit qui suos *Exod. 19* Exod. 19 uenerat docere. Vnde habes concordam. Exo. Iam aduenit dies tertius, & mane incaluerat, & ecce cœperunt audiri tonitrua & micare fulgura, & nubes densissima operire montem, clangorq; buccinæ uehementius perstrepebat. Timuit populus qui erat in castris. Dies primus fuit Christi incarnatio. Dies secundus, est domini passio. Tertius, spūs sancti missio, quo adueniente cœperunt audiri tonitrua & micare fulgura, quia factus est rep. de cel. so. fulgura. i. Apostolorū miracula, & nubes densissima. i. cordis cōpunctio, & penitētia operire montē Syni. i. populū qui erat in Hierusalem. Vnde Actu. dicitur cōpuncti corde dixerunt ad Petrū & ad reliquos apostolos. Quid faciemus uiri fratres? Clangorq; buccinæ. i. prædicationis uehementius perstrepebat. Vnde Petrus. Penitētiā inquit agite & bapt. unusquisque uir in nomine Christi in remissionem peccatorum uestrorum, & accipietis donū spiritus sancti. Timuitq; omnis populus qui erat in castris, & ideo baptizati sunt, & appositæ sunt in hac die animæ circiter tria milia.

Act. 2. Et apparuerunt illis dispersitæ linguæ tanquam ignis, seditque super singulos eorum. Quia per linguas, scilicet serpentis, Euz, & Adam mors intrauit in orbem terrarum. Lingua serpentis uenenum in Euam lingua Euz uenenum in Adam infudit, & lingua Adā in Deū uoluit retorquere. Lingua est membrū frigidū. Natat enim in humi do.

do, & ideo malum iniquitum plenum ueneno mortifero, quo nihil frigidius, ideo spiritus sanctus in linguis igneis apparuit, ut linguas linguis, ignem ueneno mortifero opponeret. Et nota quod ignis quatuor habet naturas, urit, purgat, calefacit, illuminat. Similiter spiritus sanctus exurit peccata, purgat corda, torporem excutit, ignorantias illuminat. Ignis etiam incorporeus & inuisibilis est in sua natura. Sed assumpto aliquo corpore uidetur diuersi coloris apparens per materias in quibus ardet. Sic spiritus sanctus uideri non potest nisi per creaturas in quibus operatur. Nota quod dispersio linguarum est effecta in turre Babel, sed quod dispersit superbia recolligit humilitas, in superbia dispersio, in humilitate concordia. Ecce completur promissio domini. Io. Non uos relinquam orphanos sed mittam spiritum paraclitum, qui eorum aduocatus pro eis omnibus locutus est, linguas attulit qui pro uerbo uenit. Cognatione habet lingua cum uerbo, ut abinuicem non possint separari. Sic uerbum patris, id est filius, & spiritus sanctus inseparabiles sunt, ideo & unius naturæ. [Et repleti sumus omnes spiritu sancto, & ceperunt loqui prout spiritus sanctus dabit. *1o. il.*] Ecce signum plenitudinis. Plenum uas erumpit ignis non potest occultari, linguis omnibus loquebatur uelut sua, id est Hebræa lingua loquentes ab omnibus intelligebantur ac si proprijs singulorum loquerentur. Spiritus sanctus diuidens linguis prout uult, ubi uult, quando uult, & quantum uult, quibus uult, gratiam suam inspirat. [Dum complerentur ergo dies &c.] Dicit Ezech. A quatuor uentis ueni spiritus & insuffla super interfectos istos ut reuiuiscant. Quatuor uenti quatuor mundi partes sunt, oriens, occidens, aquilo, & meridies. In oriente, christi incarnatio, in occidente, ipsius passio, in aquilone, ipsius tentatio, in meridie, spiritus sancti missio designatur. Vel in oriente, recordatio miserabilis ingressus, in occidente, memoria lamentabilis egressus, in aquilone, consideratio infelicis status, in meridie, cognitio nostri reatus. Ab his quatuor uenit spiritus sanctus, &

Ioan. 14.

Eze. 37.

& insufflat flatu gratiæ super interfectos gladio culpæ, ut reuiuiscant uita pœnitentiæ. Vnde Actuum dicitur. Adhuc loquente Petro, cecidit spiritus sanctus super omnes qui audiebant uerbum. Nota quatuor in hac epistola. Primum est, quinquagesimæ completio, & hoc in principio. Secundum est spiritus sancti inspiratio: ibi. Factus est repente de cœlo sonus. Tertium est in linguis igneis apparitio. Quartum, linguis omnibus locutio. De hac die sacratissima quinquagesima, figura est Gen. ubi dicitur quod arca Noe habebat quinquaginta cubitos in latitudine. Sed prius notandum quod ista arca habuit quatuor cameras. Prima fuit stercorearia. Secunda, apothecaria. Tertia, initium animalium. Quarta, immitium. Quinta, uolacrum & hominum. Noe uir iustus cuius arca est proprium corpus, quod bene dicitur arca, quæ sic dicta eo quod arceat furem, sic corpus uiri iusti a se debet arcere omne uitium quod uenit ut uirtutes furetur. Huius arce quinquæ camerae, sunt quinquæ sensus, scilicet gustus, odoratus, uisus, auditus, & tactus. Prima camera dicitur stercorearia, hæc est oris lingua, per quam in confessione omnia peccatorum stercorea debemus emittere. Hæc est porta sterquilini de qua Neemiæ c. 3. Portam sterquilini edificauit Melchias filius Rechab, & struxit ualuas, & seras, & uestes. Sterquilinum locus stercore plenus, dictum eo quod stercore liniatur & inficitur. Mens peccatoris stercore diaboli ferens & infecta, per portam confessionis est purganda. Hanc edificat Melchias filius Rechab Melchias chorus domini: Rechab ascendens, interpretatur Melchias, est pœnitens: q. in tympano & choro, id est mortificatione carnis & conscientia charitatis domino hymnum personat. Hic est filius Dei Christus ad dexteram patris ascendens. Hic Melchias debet construere linguæ suæ ualuas, quæ sunt interiora ostia, & uoluendo seu uallando dicta, eo quod clauduntur, ut scilicet interius omnia bona sua claudant, illud Isa. in fronte conscientia habens scriptum. Secretum meum mihi, secretum meum mihi. Et seras, ut animi

Act. 10.

Gen. 6.

Isa. 29.

animi impetus foras prorumpere uolentes, fetis diuini amoris & timoris cohibeat. Et uestes, ut pro tempore & loco utilia proponat, & semper a malis taceat. Secunda camera apothecaria, est olfactus narium. Nares dictæ eo quod per eas aer nat & manat. In his tria officia sunt. Vnum deducendi spiritum. Alterum capiendi odoris. Tertium purgamentum cerebri deducendi. Et inconueniens est quod sit anhelitus nisi per nares, secundum quod est rectitudo in creatione. Anhelitus uero est propter necessitatem, & est foetidus quoniam est contra naturam, & est uia sternutationis per nares quando multiplicatur in cerebro uentus, & exierit subito. In naribus ut saepe dictum est discretio & prudentia designatur. Per has itaque quam per nares spiritum contemplationis & supernæ charitatis attrahimus & boni exempli odorem capimus & cogitationum superfluitates purgamus. Et sicut recta & conueniens uia anhelitus est per nares, sic per discretionem & prudentiam recta uia attrahitur spiritus diuini amoris, & emittitur in consolatione & ædificatione proximi. Et sicut anhelitus oris est propter necessitatem, & est foetidus: sic confessio oris est propter necessitatem, quia enim peccasti necesse est confiteri, si non uis confiteri, necesse est ut damneris, & est foetidus, quia portat sterquilinum, de cuius foetore dicitur Luc. de ficu. Domine dimitte eam & hoc annum fediā circa illam, & mittam stercora. Ficus est anima, fossio, contritio, stercoratio, peccatorum confessio, quæ animam sterilem fructificare facit. Et cum uentus superbie uel uanæ gloriæ in cerebro, id est mente multiplicatur, per uiam discretionis & prudentiæ subito egreditur. Tertia camera quæ est initium animalium & auditus. Nota quod compositio auris ex chartilagine & carne quæ est in interiori. Auris est foramen tortuosum simile armillæ, & finis eius est in osse simili in creatione & forma auri, & tinnitus & omnis sonitus peruenit ad ipsum & ab ipso redit ad cerebrum. Exit enim a cerebro una uena, & peruenit ad aurem dextram

&

& alia uena peruenit ad sinistram, & omne animal habet eas mobiles præter hominē. Charilago ovis specie habet, fortitudinem non habet. Caro dicta eo quod carit sit. In charilagine ergo & in carne ex quibus auris componitur, mansuetudo & humilitas deignatus, quibus Deo & hominibus nihil charius. Ex his duobus omnia hominis auditus debet componi, ut in omni percussione & molestia & contumelia uerborum mansuetus & humiliter respondeat, & hoc ipsum ipsa natura docet, quæ in interiori auris foramen non rectum sed tortuosum facit, ut cum quod non placet audieris non subito animam percutiat, sed per cuiusdam tortuositatis uiam sermo præpeditus transeat, ut tandem amilla uirtute, debilis perueniat, & parum aut nihil te pungat. Et duæ uenæ quæ exeunt a cerebro. quarum una peruenit ad aurem dextram, & altera ad sinistram, in quibus temperantia & obedientia in dextra, prosperitas, in sinistra ad ueritatem designatur. Cum audis prospera & quod placet, temperantia est necessaria, cum uero quod tibi præcipitur displicet & audis aduersa, tunc obedientia magis est necessaria, quia magis fructuosa. Et omne animal habens aures habet eas mobiles præter hominem. Hominis appellatione est dignus qui non habet aures mobiles, id est qui non mouetur a lux mentis stabilitate propter uentum uerborum. Omnis homo qui habet prurientes aures, qui omni uerbo credit, qui adulationi libenter aurem bibulam apponit, non homo sed brutum animal dignus est appellari. Quarta camera quæ est initium animalium, est tactus manuum, quibus debemus apprehendere disciplinam, & pro indisciplinatis cogitationibus, inordinatis uerbis, irregularibus operibus, nos ipsos sine misericordia debemus percutere, ut quot habuimus oblectamenta tot de nobis inueniamus holocausta. Et nota quod sicut in manibus sunt decem digiti, sic decem genera disciplinæ mortificatio, scilicet propriæ uoluntatis, abstinentia cibi & potus, censura silentij, uigiliarum in oratione pernoctatio lachrimarum effusio

fusio, lectionis discreta occupatio, corporalis exercitatio, in alterius necessitate compassio, uilitas habitus, sui despectus. Istis decem digitis debemus apprehendere disciplinam, & sicut immites feroces & inimicordes nos ferire, ut in die flagelli ossa comminuentis misericordiam mereamur inuenire. Quinta camera, id est hominum & uolucrum, est uisus oculorum, quibus pauperes necessitatem patientes misericorditer debemus respicere, & cœlestia attente considerare, quia sicut Apostolus dicit Rom. Inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. Ecce iam habes de quinque cameris, id est quinque sensibus, arcæ Noe, id est corporis uiri iusti. Et nota quod arca Noe ad modum humani corporis facta fuit. Habuit enim in longitudine trecentos cubitos, in latitudine quinquaginta, in altitudine triginta. In corpore humano longitudo septies est maior latitudine, & decies maior altitudine. Est autem longitudo a planta usque ad uerticem. Latitudo a latere usque latus, uel a crate ad cratem. Altitudo a dorso ad uentrem. Et significat quinque corporis sensus, qui si decem decalogi præceptis fuerint perfecti, tunc uere arca Noe quinquaginta cubitis dilatabitur, & quinquagesima adimplebitur, & uir iustus in fine uitæ suæ perfectæ consummabitur. Vnde Sap. Consummatus in breui expleuit tempora multa, placita enim erat Deo anima eius. Bene ergo dicitur. Dum completerentur dies pentecostæ. Sequitur.

Discipuli erant in eodem loco.] Discipuli sunt uiri iusti affectus rationis & puræ cogitationes mentis, quæ uere tunc sunt pariter in eodem loco, cum dies pentecostæ, id est quinque sensuum perfectio adimpletur. Nota ista duo, pariter, & in eodem loco. Pariter idem est quod equaliter, simul. Illæ mentis cogitationes pariter sunt, quæ sub æquali regula rationis ordinate componuntur, & discrete procedunt, ut una non altior altera nec inferior alia in mente appareat, quod si non fieret, ipsa inæqualitas fieret causa ruinæ uirtutum fabricæ. Omnia inquit

inquit Aposto. Corinth. Honestè & secundum ordinem fiant in uobis, ut dicat huic uade, & uadit. & alio ueni, & uenit, & seruo, id est corpori, fac hoc, & facit. Sint etiam discipuli pariter, ut cogitationes mentis, similiter & iunû congregatæ tanquam acies militum aereas potestates ualeant fortius impugnare. Sint etiam in eodem loco non in diuerso, quia mens diuisa non imperat. Vnde Eccl. Fili ne sint in multis actus tui. Et iterum Eccl. 20 Vx peccatori terram ingredienti duabus uis. Grego. Fluvius qui in multos riuos diuiditur, a suo alueo defecatur. Et beatus Bernard. Animus distinctus per multis laceretur curis necesse est. Si dies Pentecostes primum fuerint completi, pariter & in eodem loco erunt omnes discipuli parati ad suscipiendum gratiam spiritus sancti, quàm nobis &c.

S E C V N D A P A R S,

De sono & lingua, & potest esse. Ser. II.



Factus est repente de cælo sonus tanquàm aduentus spiritus ueh. & re. to. do. ubi erat sedens.] Sonus est quicquid sensibile auditur. Huius sunt tria genera, uoce ut per fauces: flatu ut per tubam, pulsû sicut per lyram. Sonus uehemens est contritio cordis, quam tanquam sonum percipit pœnitens in aure cordis. Vnde Ioan. Spiritus ubi uult spirat. (Quia potestatem habet cuius cor illustret.) Et uocem eius audis, sed nescis unde ueniat, aut quo uadat. Vox spiritus sancti est compunctio loquens in corde peccatoris, quam etsi audis, nescis unde ueniat, id est quomodo cor illius intrauerit, uel quomodo redierit, quia natura est inuisibilis. Nota etiam quod iste sonus fit tribus modis, scilicet uoce prædicationis, flatu fraternæ compassionis, pulsû paternæ correctionis. Ex his tribus solet oriri sonus compunctionis in corde peccatoris. Bene ergo dicitur. [*Factus est re. de cælo sonus*

Exo. 19.

nis tam, adue. spi. Vnde habes concordam. Exo. Tam ad-
uenerat dies tertius, & mane incaluerat. Primus dies
est peccati cognitio. Secundus, ipse abhominatio. Ter-
tius, pro ipso cordis contritio, quia adueniente mane gra-
tia & incalescente (seu inclarescente) tunc audiri inci-
piunt conitrua gemituum, suspiriorum, & accusationum,
& micare fulgura confessionum, & nubes densissima, id
est obscuritas penitentiae, operire montem, idest poeni-
tentem de ualle facis & misericordiae tanquam montem
eleuatum, clangorque buccinae, idest bonae uitae, & fir-
mae uehementia per strepit, ut ubi superabundauit deli-
ctum, superabundaret & gratia. Et sic timer omnis po-
pulus demonum qui sunt in castris, quia semper parati
ad impugnandum, sed cum haec uiderint non audent pro-
cedere ad bellum. Vnde Iob. Nemo loquebatur ei uer-
bum. Videbant enim dolorem uehementem. Cum enim
maligni spiritus uidens quod somus aduenientis spiri-
tus uehementis replet domum, idest poenitentis men-
tem, in qua sedens, idest se humilians recogitat annos
suos in amaritudine animae suae, non audent ultra pro-
gredi, nec ei suggestionis uerbum loqui. Et nota quod
uehemens dicitur, idest uerbum aeternum adimens, & sur-
sum mentem uehens. Vnde dicitur in introitu Missae, Spi-
ritus domini repleuit orbem terrarum. Orbis dicitur
a rotunditate circuli. Est terra obscura, frigida, & immunda.
Orbis est cor peccatoris, qui in circuitu tanquam in
rota ambulat, mundum circuit non in oriente, qui est in
perbia obscurus, auaritia frigidus, luxuria immundus,
sed orbem terrarum spiritus domini replet, dum cor
di peccatoris gratiam compunctionis infundit, & sic
ei uerbum aeternum adimit. Et hoc quod continet omnia
habet scientiam uocis, idest homo animal rationale
quod continet omnia quatuor elementa, ex quibus om-
nia constant, habet scientiam uocis, quia intelligit quando
sibi spiritus sanctus loquitur. Vnde Bernardus. Torrens spiritus
loquitur quotiens bona cogitamus. Vnde Propheta Ps.
Audiam quid loquatur in me dominus. Et sic sursum
mentem

Iob. 2.

Ps. 84.

mentem uehit. Vnde Philosophus descriptionem spiritus
dedit. Spiritus est uehiculum uirtutum per quod uirtutes exeunt
ad sua peragenda operationes. Sequitur tertium.

*Apparuerunt illis dispersitae linguae tanquam ignis. se. lit. que
supra singulos eorum.* Notentur linguae, dispersitae, ignis.
In linguis confessio, in dispersitis circumstantiarum ma-
nifestatio, in igne confessionis & satisfactionis ardor.
Nota quod lingua est instrumentum sensus gustus, & ille sen-
sus maxime est in extremitate linguae. Illud autem quod est de
illa amplum, est minoris sensus & lingua sentit omne quod
est coe toti corpori in sensu. Scilicet caliditatem & frigus, da-
mnum & mollitiam, & facit hoc per oes suas partes. Et crea-
tio linguae est ad gustandum humiditates, & ad sermocinandum.
Et lingua hominis est absoluta ualde mollis lata, ut uideatur
in duabus operationibus, gustu. scilicet & sermone. Et lingua
mollis & lata est conueniens ad bonitatem sermonis, quo-
nia extenditur & contrahitur & gyratur circumquaque in ore
modis diuersis. In lingua (ut dictum est designatur confes-
sio, in qua debet reuelari omne quod est commune toti corpo-
ri, idest quod communiter committitur in toto corpore. scilicet in
caliditate ignis superbiae. In frigore malitiae & pigritiae.
In duritie auaritiae. In mollitie lasciuiae & luxuriae.
Et sicut creatio linguae est ad gustandum & sermocinandum,
sic duplex est linguae confessio. scilicet laudis & criminis. In con-
fessione laudis utpote in officiis & psalmodijs, quae si de-
note agimus, gratiam compunctionis & dulcedinem con-
templationis degustamus. Vnde Gregorius. Vox (inquit)
psalmodiae cum per intentionem cordis agitur, hac om-
nipotenti Deo ad cor inter paratur, intentae menti uel
prophetiae mysteria, uel compunctionis gratiam infun-
dit. Vnde scriptum est Psal. Sacrificium laudis honorifica-
bit me. Dum enim per psalmodiam compunctio effundi-
tur, uia nobis in corde fit, per quam ad Iesum in fine pue-
nitur. In confessione criminis debemus sermocinari. id est
absolute nude & aperte peccata confiteri: Et hoc docet ipsa
natura fieri, quia lingua hominis est absolute mollis &
lata, sic criminis confessio debet esse absoluta in omni
Ser. Do. S. Anto. de Padua. V cir-

circumstantiarum manifestatione, mollis in lacrimarum effusione, lata in totius illatæ iniuriæ remissione, & totius male ablati restitutione, & firmi propositi non relabendi stabilitate, Talis lingue confessio facit animam extendi usque ad cælum, immo ad Deum per contemplationem, contrahi ad seipsam per humilitatē, circumque gyri ad proximum per compassionē. Sed dicitur dispersitæ lingue, quia peccator debet habere cor dispersitum, ut multipliciter pro multis commissis doleat. Nota quod sicut ignis frigida calefacit, dura mollificat, mollia indurat, alta humiliat & incuruat: quem si quis ferre re uoluerit, sub cinere reseruat, sic & confessionis & satisfactionis lingua ardet, frigidus igne amoris calefacit, dura corda mollificat cōpūctiōe, mollia. i. lasciuia indurat sancti propositi firmitate, alta. i. superba humiliat & incinerat proprię fragilitatis & iniquitatis recordatione. Sub tali cinere talis ignis continue potest reseruari. Sequitur quartum.

Et repleti sunt omnes spiritu sancto, & ceperunt loqui uariis linguis, prout Spūs S. dabat eloqui illis. De quo spiritu dicitur. Ioan. Paracletus autē spūs sanctus quē mittet pater in nomine meo, ille uos docebit omnia, & suggeret uobis omnia. Pater misit paracletum in nomine filii, id est in gloriam filii, & ad gloriā filii manifestandam. Ille quidem uos docebit, ut sciatis, suggeret, id est subministrabit ut uelitis. Gratia enim spiritus sancti dat scire & uelire. Vnde cantatur Psal. Emitte spiritum tuum & crebuntur (rua sciētia) & renouabis faciem terræ, bona uoluntate. De his duobus Threnorum. De excelso misit ignem in ossibus meis & erudiuit me. Pater de excelso, id est filio misit hodierna die ignem, id est spiritum sanctum, in ossibus meis, id est Apostolis, dicit ecclesia, & per ipsos erudiuit me, ut sciam & uelim. Dicitur ergo *[Repleti sunt omnes spiritu sancto]*, de quo Genes. 8. Adduxit dominus spiritum super terram, & imminuit sunt aquæ, & clausi sunt fontes abyssi, & cataractæ cæli, & prohibita sunt pluuia de cælo. In aquis, diuitiæ,

in fontibus abyssi, cogitationes animi, in cataractis cæli, oculi, in pluuijs, uerborum abundantia designantur. Cum ergo dominus adducit spiritum sanctum super terram, id est peccatoris mentem, tunc aquæ diuitiarum diminuuntur quia pauperibus erogantur. De quibus dicitur Gen. Congregationes aquarum appellauit diuitiarum congregatio nihil aliud est quam tribulationis & doloris amaritudo. Vnde Abachuc. Vah quare multiplicat non sua, usquequo aggrauat contra se oculum suum? Lutum in domo congregatum fetorem exhalat, dispersum terram fecundat. Sic diuitiæ cum congregantur & maxime de non suo, sed de alieno, peccati, & mortis fetorem generant. Si uero pauperibus dispergantur & proprijs dominis restituantur, terram mentis fecundant, & fructificare faciunt. Abyssus est cor, iuxta illud Hier. Prauum est cor hominis & inferturabile, &c. Fontes huius abyssi, sunt cogitationes, quæ tunc clauduntur cum gratia spiritus sancti infunditur. Super hoc. 2. Paralipo. dicitur, quod Ezechiel congregauit plurimam multitudinem, & obturauerunt fontes & riuum qui fluebat in medio terræ, decentes ne forte ueniat rex Assyriorum, & inueniant aquarum abundantiam. Ezechiel, est uir iustus, qui debet congregare plurimam multitudinem multarum cogitationum bonarum, & obturare fontes iniquarum & peruersarum, & riuum concupiscentiarum, ne demones aquarum abundantiam inueniant, & per ipsam delibant ciuitatē animæ. Cataractæ cæli sunt fenestree. Fenestree autem dictæ eo quod lucem ferant, uel quia per eas foras uidemus. Phos enim græce, lux dicitur latine. In capite quasi in firmamento posita sunt duo luminaria, id est duo oculi tanquam duæ fenestree per quas uidemus, qui clauduntur a mundi uanitate cum menti infunditur lumen gratiæ. Pluuia dictæ quasi fluuiæ, sunt uerba, quæ sine obice uel obstaculo largiter uisuntur. Vnde Proverbio. Qui dimittit aquam, caput est iurgiorum. Et ideo consulitur Eccle. Non des. 25

aquæ tuæ exitum nec modicum. Hæ pluuiæ prohibentur cum sancti spiritus gratia in sui creatoris laude, & in sui criminis confessione lingua formatur. Bene ergo dicitur. [*Et repleti sunt omnes spiritu sancto, & ceperunt loqui prout spūs sancto dabat eloqui illis.*] Qui sancto spū repletur, uariis linguis loquuntur. Variæ linguæ sunt uariæ de Christo testimonia, ut pote humilitas, paupertas, patientia, & obedientia, quibus tunc loquimur cum ea in nobis ipsi alijs ostendimus. Viua est loquela cum loquantur opera, cessent obsecro uerba, loquantur opera. uerbis sumus pleni, sed operibus uacui. Et ideo a domino maledicti, quia ipse maledixit ficulneæ, in qua non inuenit fructum, sed folia tantum. Rogemus igitur. &c.

Dominica prima post trinitatem De Diuitis & Mendici inæquali conditione.

Luc. 16. **H**omo quidam erat diues qui induebatur purpura, & bysso &c.] Lucæ. In hoc euangelio quatuor notabuntur. Primum est, diuitis, & mendici inæqualis conditio quantum ad temporalia. ibi. [*Homo quidam erat diues. &c.*] Secundum est utriusque definitio & exitus a miseria. [*Et factum est ut moreretur mendicus.*] Tertium est utriusque diuersa stipendia, quia unus in poena, alter, scilicet pauper in gloria. [*Eleuans oculos.* &c.] Quartam est diuitis pro quinque fratribus periculis superflua, quia non exauditur, ibi. [*Rogo te pater, habem quinque fratres.* &c.]

Quod ad primum nota. iste diues quasi ignotus apud Deum nomine non designatur. Dignū utique est ut nomen eius nō scriberetur in hoc euangelio, qđ nunquā erit scribendū in uitæ æternæ libro. Ideo ad eius exprobrationē dicitur. [*Homo quidam.*] De eo enim quē reproba-

mus

mus uel nescimus, solemus dicere, Homo quidam. Iste homo quidam, omnis hominis mundani, carnalis, & uel mandari sub peccato personam gerit, de quo Psal. Ecce homo qui non posuit Deum adiutorem suum, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum, & præualuit in uanitate sua. Nota ista, non posuit, sperauit, & præualuit. His tribus illa tria euangelii uerba respondent. [*Homo quidam erat diues,*] & ideo non posuit Deum adiutorem suum, [*& induebatur purpura & bysso*] quia sperauit in multitudine diuitiarum suarum, [*& epulabatur quotidie splendide,*] & ideo præualuit in uanitate sua. Super hoc concordat. 1. Reg. Erat uir quispiam in solitudine. Maon, & possessio eius in Carmelo, & homo ille magnus nimis, & ecce erat ei conuiuium in domo eius quasi conuiuium regis, & cor eius iocundum. Erat enim ebrius nimis, nomen autem illi erat Nabal. Nabal stultus, Maon habitatio, Carmelus mollis interpretatur. Huius auctoritatis tria uerba tribus euangelii uerbis respondent. In euangelio dicitur, [*Homo quidam.*] Et hic, Erat uir quispiam. [*Induebatur purpura & bysso*] Hic: Et homo ille magnus enim. [*Et epulabatur quotidie splendide.*] Hic, Et erat ei conui. Diues huius mundi est stultus, quia non sapit ea quæ Dei sunt. Hic est in solitudine. Maon, id est habitationis, de qua Psalm. Fiat habitatio eorum deserta, Et possessio eius in Carmelo, id est molliæ. Vnde Amos sexto. Vah uobis qui dormitis in lectis eburneis & lasciuitis in stratis uestris. Homo ille magnus nimis. Psalm. Vidi impium super exaltatum & eleuatum sicut cedros libani. Job. Vidi stultum firma radice, & maledixi pulchritudini eius statim. Sequitur. Et erat ei conuiuium in domo quasi conuiuium Regis. Vnde Amos. Vah uobis qui opulenti estis in Sion, qui comeditis de grege agni &c. bibentes in phialis uinum. Et Is. 5. Vah qui confurgitis mane ad ebrietatem sectandam & potandum usque ad uesperam, ut uino æstuetis. Cithara, & lyra, & tympanum, & tibia, & uinum in conuiuiis

Psal. 53

1. Reg. 25

Psa. 68

ps. 35.
Job. 5.

Amos. 6

V 3 uis

uijs u estis, & opus domini non respicitis, nec opera manuum eius consideratis. In his quinque instrumentis, quinque sensuum delectatio significatur. Cithara quæ chordas in se mortui animalis habet extensas, est uisus qui in re quam ardenter aspicit quasi se extendit. Lyra dicta a ueritate uocis, eo quod diuersos sonos efficiat, est auditus, qui uarietate uocum delectatur. Tympanum eorum manibus tenetur, & percussum resonat, est tactus. Tibia est olfactus narium, per quem tanquam per tibiam spiritum emittimus. Vinum ad gustum refertur. Istis quinque sensibus delectati, opus domini quod operatus est in medio terræ, scilicet passionem & mortem ipsius non respiciunt, nec opera manuum eius considerant id est pauperes eorum quos ipse tanquam figulus lutum in rota prædicationis, suis manibus formauit, & in camino paupertatis excoxit, nolunt respicere. Homo ergo quidam erat diues. Sequitur. [Induebatur purpura,] in qua secularis dignitas notatur, in bysso, uestium preciositas, in epulis, gulæ uoluptas. Purpura color regij habitus est conchis marinis ferro circuncis emissis. Conchæ dictæ quia deficiente luna cauantur, id est uacuantur, pauperes significant, qui luna, id est mundi prosperitate deficiente, bonis suis euacuantur. Istos homo quidam diues secularis potentiam ferro potentie circuncidit, & sanguinem pecunie extrahit, & inde sibi dignitatis purpuram facit. Vnde de talibus Job. 24. Agrum non suum demetunt, & uineam eius quem ui oppresserum uindemiant. Nudos dimittunt homines, indumenta tollentes, quibus non est operimentum in frigore. Tali purpura illa mulier de qua fit mentio

Apo. 17. Apoca. erat circumdanta. Homo quidam & mulier illa meretrix idem significant. Homo est quia humum sapit meretrix, quia diabolo se exponit. Bysso est pannus limpidi & mollissimi in quo uestium mollietates designantur. Et qui mollibus uestitur in domibus regum. id est demones sunt. Matth. 11. In uestitu inquit Eccl. 9. ne glorieris unquam. Et. 1. Pet. 3. Non sit extrinsecus capillatura aut circundatio auri &c. [Et epulabatur quotidie splendide.] Super

hoc

hoc concordat illud. 1. Reg. Veniebat puer sacerdos habens fuscinulam tridentem & tollebat carnes crudas. Sacerdos est uenter, puer, gulæ appetitus, de quo Proverb. Puer qui derelinquitur uoluntati suæ confundit matrem suam. Si enim gulæ appetitus non refrænetur, sed relinquitur uoluntati propriæ, matrem, id est carnem suam confundit, quæ propter sibi immoderantiam aliquando ægritudinem incurrit, & quandoque ad laqueum perducit. Iste puer habet fuscinulam tridentem, id est trium delictum, in qua notatur triplex rapina gulæ. Aut enim aliena deuorando comedit, aut sua prodigè uinendo consumit, aut in cibis excessiuis tempus & modum non custodit. His tribus dentibus omne quod fuscinula leuat puer, sacerdos uenter sibi uendicat, qui non carnem coctam sed crudam ut lupus sibi dari desiderat, ut eam accuratius præparet. Sequitur. [Et erat mendicium nomine Lazarus &c.] Oppone singula singulis. Oppone aurum plumbo, ut plumbi uilitas ex auri splendore habeatur. Ille quidam homo, iste nomine Lazarus ille diues, iste medicus, ille induebatur purpura & bysso, iste ulceribus plenus, ille epulabatur quotidie splendide, iste cupiebat saturari de micis quæ cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat, sed & canes ueniebant lingebant ulcera eius. Hos nec ipse poterat rejicere a se, nec uisitator erat qui remoueret. O diuina dispensatio. O medicum beatitudo, o infelicis diuitis dānatio. Aug. Non est eui delictus signum æternæ dānationis quam cum temporalia ad uorum succedunt Sanctis autem dominus subtrahit temporalia, ne amittant æterna. Grego. Pueris subtrahimus nummos, quibus tantum hæreditatem seruamus. [Et erat mendicium nomine Lazarus.] Pauper, humilis per approbationem ex nomine scitur. Iste Lazarus qui interpretatur auditus, pauperum omnium Christi personam gerit, quos ipse minores in necessitatibus adiuuat & subleuat. Vnde ista duo Lazarus & mendicium congrue coniunguntur. Mendicium dicitur, quia minus habet unde uitam degat, siue manu dicens, quia mos erat apud antiquos e-

V 4 gentium

gentium, os claudere, & manum extendere, quasi manu dicere. Ille pauper a dño est adiutus qui a uerbis impatientiæ os claudit, & manu deuotæ mentis extendit. Sequitur. [*Iacebat ad ianuam diuitis.*] Ecce arca domini iacet ante Dagō. Attende paulisper & audies uersa uice Dagō eiectionem & arcæ erectionē. Pauper ianuam diuitis non intrauit: nec diues ipsi foris beneficium refectio-
Job. 13. tionis impendit. Non fuit talis Iob, qui dicit. Foris non mansit peregrinus, & ostium meum uiatori paruit. Et il-
 lud ibid. Si negaui quod uolebant pauperibus, & oculos uiduæ expectare feci. [*Ulceribus plenus.*] ulcus est quæ nascitur in cute putredo. Ipse ulceribus plenus erat, quæ paulo post per manus angelorum in sinum Abrahamæ erat de-
 portandus. [*Cupiebat saturari de micis quæ cadebant de mensa diuitis & nemo illi dabat.*] Mica dicta eo quæ ut quid minimum minutim cadit de pane, uerus pauper minimo est contentus, scilicet qui micam panis noluit dare, aquæ guttam petiit, scilicet qui meruit accipere. [*Sed & canes ueniunt, & lingebant ulcera eius.*] ibi. Glor. Si qua reprehensibilia uidemus in pauperibus non debemus respicere, quia fortasse quos morum infirmitas uulnerat, hos medicina paupertatis curat. In una re duo iudicia Dei explentur, & ex uisione pauperis diuiti non miserenti cumulus dānationis infertur, & rursus ex uisione diuitis quotidie tentatur pauper, & probatur. Ad maiore ipsius probationē paupertas simile & ægritudo, & uisa diuitis copia, & nulla sibi adhibita cōsolatione, afficit.
Psal. 12. Vnde iste ab omni humano auxilio destitutus & dissolutus de Dei mīa confusus dicit in introitu missæ ex Psal. Dñe in tua mīa speraui, exultabit cor meum in salutari tuo, cantabo dño &c. Tria dicit, Speraui, exul. cor me. & cā. dño. Verus pauper sperat in Dei mīa, & exultat cor eius in mundi miseria, & sic cātabit dño in uitæ eternæ gloria. Moraliter. Homo est corpus, Lazarus anima, quia hō ab humo est corpus creatū ab humo, de quo Hier. 17. Maledictus hō qui confidit in homine. i. in corpore proprio. Corpus nostrū est maledictū. Gen. 3. Maledicta terra

terra. i. corpus, in opere tuo. i. pp opus tuū. i. pp peccatū inobediētiae, & quali maledictione maledictū? Spinas & tribulos germinabit tibi. In spinis fames sitis & moriendi necessitatis, in tribulis carnis tentatio aīam tribulās designatur. Iste miser hō in egressu ab utero matris suæ non purpura & bysso, sed uiscosa & horribili pellicula exiit indutus, & in fine uitæ suæ ingrediē terrā nudus & uacuus. Sequit. [*Et erat quidam mendicus noīe Lazarus.*] i. aīa misera pauper & mendica, quæ iacet ad ianuā diuitis ulceribus plena. Ianua diuitis sunt quinque sensus corporis, in quibus aīa mēdica iacet ulceribus pētōrum plena. Vnde Ioan. Erat hierosolymis probatica piscina quinque porticus habens &c. Piscina dicta eo quæ sit piscibus plena, est corpus plenū piscibus. i. uarijs & curiosis cogitationibus, hæc piscina hēt quinque porticus. i. quinque sensus. Porticus dicta ē eo quæ sit aperta. Quinque. n. sensus corporis sunt aperti uitijs. Vñ Hier. Ascēdit mors per fenestras. s. mētis. Et Naū. 3. Inimicis tuis ad apertionem pandent portæ terræ, ruē & uectes tui igne deuorabunt. Cū ignis carnalis concupiscētiae deuorat uectes. i. gratuita & naturalia dona, quib. aīa munita ab inimicis custodiē, tūc portæ terræ. i. quinque sensus corporis nostri, inimicis nostris uitijs & dæmonibus aperiuntur. In hac quinque sensuū porticu aīa iacet lāguida, clauda, cæca, arida. Languida, quæ uirtutū uirib⁹ destituta, cæca, quæ lumine rōnis priuata, clauda utroq; pede. s. affectu bonæ uoluntatis, & effectu boni operis, arida humore compūtionionis. Hæc sunt ulcera quib⁹ ad ianuā diuitis plena iacet, cupiens saturari de micis quæ cadunt de mensa diuitis. Mensa huius diuitis prosperitatē significat cuius quatuor sunt pedes, diuitiæ, honores, uoluptates, & sanitas corporis. De hac Corint. Nō potestis mēte dñi participare esse, & mente dæmoniorum. Mensa domini fuit paupertas, cui ipse cum apostolis suis participauit. Mensa dæmoniorum, est prosperitas secularium, de qua Psal. Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, in retributionem, & in scandalum. Prosperitas fit secularibus

Ioan. 9.

Hier. 9.

1. Cor. 10.

Psal. 68.

ribus & carnalibus in laqueum peccati, in retributione Dei: qui retribuit eis mala in inferno pro bonis seculi, & in scandalum proximi. Micæ de hac mensa cadentes sunt immundæ cogitationes, uariæ sollicitudines: diuisæ & diuersæ occupationes de animæ ulcere tanquam uermes scaturientes. His infelix anima cupit saturari, sed non potest. Vnde Threnor. Dederunt preciosa quæque pro cibo ad refocillandum animam. Preciosa quæque sunt uirtutes, quas carnales uendunt pro cibo, id est carnis delectatione, quæ non satiat, sed aliquantulum uidetur animam refocillare. Huic Lazaro unum remanet solatium, lingua, scilicet canum. Vnde dicitur. *[Sed & canes ueniebant &c.]* Canes a canore latratus sic dicti prædicatores significant. De quibus Psalm. Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso, id est a domino, qui fuerunt inimici tui, facti sunt amici tui. Sicut conrigit quandoque de Paulo. Et nota quod sicut lingua canis est medicinalis, sic lingua prædicatoris qui est medicus animarum. Hi lingebant ulcera eius. Notentur in hoc duo: auiditas & lenitas. Vnde dicitur lingo, id est leniter ago. Prædicator enim debet cum auiditate lingua prædicationis ulcera peccatorum curare, & cum lenitate lingere, ut mel & lac sic sub lingua eius, id est dulcis & lenis doctrina. Vnde Aposto. Si quis præoccupatus fuerit in aliquo delicto, uos qui spirituales estis, instruite cum spiritu lenitatis. Rogemus &c.

I N E A D E M D O M I N I C A .
De fine & exitu bonorum & malorum. Ser. II.

[Album est autem ut moreretur mendicis &c.] Si quis super hoc concordia illud Reg. Helcanæ erant duæ uxores. Fenenna, & Anna. Fenennæ fuerunt filij: Annæ autem non erant liberi &c. Fenenna quæ interpretatur conuersio, diuitem significat, cuius con-

conuersio est non ad Deum, non ad cælum, sed ad mundum & infernum. Anna quæ interpretatur gratia, mendicum Lazarum significat, qui præuentus Dei gratia meruit transire in gloriam. Cui gratiam & gloriam dedit dominus. Fenennæ fuerunt filij. Filius dicitur a philos quod est amor. Diues tot filios habuit, quos ex carnis amore a mundi uanitate opera generauit. Vnde Iudicium. dicitur quod Hierobaal filius Ioas habuit 70. filios: eo quod plures uxores habuit. Nota quod Fenenna septem filios habuit, & Hierobaal 70. qui numerus idem significat. Hierobaal interpretatur superior. Ioas temporalis interpretatur. Diues in hoc mundo fuit superior Lazaro filius temporalis successus, qui ex superbia, gula, auaritia, & uana gloria quasi ex uxoribus uniuersitatem uirorum generauit. Annæ uero non erant liberi, quia sterilis. Quia Lazaro uiro iusto non sunt malorum operum filij, ideo est sterilis, id est sine illo fructu, de quo dicitur a fructu frumenti uini & olei. In frumento significatur diuitiarum opulencia, in uino, carnis luxuria, in oleo, gula & lasciuia. Sic sic multiplicatus in inferno est sepultus. Ego uero (inquit Lazarus pauper) in pace in idipsum dormiam & requiescam scilicet in sinu Abrahamæ. Nota quod quatuor mala Fenenna faciebat Annæ, affligebat, arguebat, exprobrabat, & prouocabat eam. Sic diues iste affligebat Lazarum, quia beneficiū quod ei dare debebat subtrahebat. Vnde Isai. 3. Loquens ijs qui res pauperum non dant pauperibus. Rapina pauperis in domo uestra &c. Arguebat arguere est commouere uel ostendere. Nullo modo plumbum ita conuincitur uel ostenditur esse uile sicut ex opposito auri, sic paupertas ex opposito diuitiarum. Diuitis ergo abundantia arguebat medici inopiam, & exprobrabat cum ante eum præ foribus iacentem purpuratus incedebat, & sic ipsum ad maiorem Dei amorem prouocabat. Vnde sequitur. Porro Anna flebat & non capiebat cibum. Lazarus flebat pro huius exilij miseria & pro dilatione gloriæ, & non capiebat cibum, quia cupiebat saturari de m. quæ cada-

Treh. 1.

Psal. 67.

Gal. 6.

Iudic. 8.

Psa. 4.

Enc. 16
3. Reg. 3

con.

de

de mensa di. Dicit Hier. Via impiorum prosperatur &c. Sed factum est ut mendicus portaretur ab angelis in sinum Abraham, diues autem in inferno sepultus est. Ecce arcus fortium superatus est, & infirmi accincti sunt robore. 1. Reg. Super hoc concordat illud. 1. Reg. 2. dicitur quod Dagon iacebat in terra coram Arca domini, caput autem eius & duæ palmæ abscissæ erant super limen, solus truncus remanserat in loco suo. Arca domini est mendicus Lazarus, in quo sicut in arca fuerunt tria mænna, tabule, & uirga, manna pacienciæ, tabulæ dilectionis, gemitus, uirga disciplinæ. Hæc arca requieuit in sinu Abraham, coram quo Dagon prostratus iacuit. Dagon qui interpretatur piscis tristitiæ, est diues, qui fuit piscis perambulans semitas maris in hoc mundo, tristitiæ in inferno. Cuius caput & duæ palmæ manuum abscissæ erant super limen. In capite temporalis excellentia. In duabus palmis manuum, potentia & abundantia. In superlimine ingressus uitæ & egressus mortis designatur, & sic ipse tanquã truncus solus nudus & uacuus sepultus est in loco suo, id est in inferno. Bene ergo dicitur, cecidit Dagon, & mortuus est diues, caput honoris eius & excellentiæ, & duæ palmæ potentie & abundantie abscissæ ab eo remanserunt in superlimine, i. egressu uitæ, & sic ipse tanquã truncus. Bene ergo dicitur, mortuus & sepultus in inferno. Ecce quanta Dei iustitia. Ideo Prouer. Iacebunt mali ante bonos, & iniqui ante portas iustorum. De sepultura. Hier. Hæc dicit dominus ad filium Iosæ scilicet Ioachim regem Iuda. Non plangent eum. Sequitur. Sepultura asini sepelietur extra portas Hierusalem proiectus. Nota, sepultura asini talis est dominus eius pelle retinet, & carnes canes deuorant, ossa nuda in sterquilinio remanent. Per ossa quæ diu durant, anima significatur pellem, id est bona exteriora filij retinet, carnes uermes deuorant, animam demones rapiunt. Vnde Eccl. Cum morietur homo hæreditabit bestias, id est bestiales filios hæredes habebit, & serpentes id est demones, & uermes. Talem sepulturam habuit iste diues, qui in infer-

inferno sepultus est. Sequitur tertium. *Et misit oculos suos cum esset in tormemis uidit Abraham a longe, & Lazarum in sinu eius, & ipse clamans dixit, Pater Abraham miserere mei, & mitte Lazarum ut intingat eam unum digitum suum in aquam, ut refrigeret linguam meam, quia circum in hac flamma.* Diues oculos frustra leuauit qui hic oculos itauerat declinare in terram. Vnde Isa. 5. Aspicimus in terram, & ecce tenebræ tribulationis, & lux obtenebrata est in caliginis eius, quia diues in amorem terrenorum aspexit, ideo tenebræ tribulationis operuerunt eum, & lux, id est prosperitas eius obtenebrata est. Sequitur. *[Uidit Lazarum in sinu Abrahæ.]* Quanta autem sit afflictio malorum uidentium gaudium bonorum ostenditur. Sap. Videtes turbabuntur timore horribili & mirabuntur in subitatione insperatæ salutis &c. & inter sanctos tors illorum est. *[Et ipse clamans dixit. Pater Abraham etc.]* Guttam aquæ perijt qui micam dare noluit, de extremo Lazari digito aquam in os suum eum ditillare cupit, qui panis micas de mensa cadentes ei dare noluit. Notat digitum nõ quod Lazarus digitum habuerit, sed per hoc ostenditur quod diues est minimũ suffragium si cur esset digiti intinctio, magnum beneficium reputaret si consequi posset quod petiuit. Vnde subdit. *[Ut refrigeret linguam meam.]* Linguam non habuit, sed pro peccato lingue penã sustinuit, quia sicut mos est etiã inter cõuiuates loquacitati studuit. Torquebatur ante iudiciũ, quia luxurioso delictis carere poena est. Nota quod nõ solũ lingua peccauit vitio gulæ, sed etiã in cõuiuio loquacitate. Ideo Prouer. 23. Noli esse in cõuiujs potatorũ &c. Sequit. *[Dixit illi Abraham. Fili recordare etc.]* Nota quod diues iste aliquid boni habuit, id est aliqua de genere bonorũ fecit, licet nõ in charitate, quæ diuina misericordia ei per abundantiam temporalibus recompensauit. *[Et Lazarus similiter mala.]* pro malis quæ fecit uenialiter peccando, malum aduersitatis sustinuit, in recompensationem. Sequitur. *[Inter nos & uos chaos magnum firmatum est, etc.]* Sicut reprobi a patris ad gloriam sanctorum

Sap. 5.

storum transire uolunt, sed nō possunt, ita iusti per misericordiam mente ire uolūt ad positos in tormentis, ne eos liberent, sed non possunt, quia iustorum animæ est in naturæ suæ bonitate misericordiam habent, iam tamen auctoris sui, iustitiæ coniuncti tanta rectitudine cōstringuntur, ut nulla ad reprobos compassione moueantur. Inter pauperem & diuitem chaos magnum firmatum est, ut qui uolunt &c. quia post mortē nequeunt mutari merita. Super hoc concordat illud. i. Reg. Tulit hastam Dauid & scyphum aquæ quæ erant ad caput Saul &c. ubi est scyphus qui erat ad caput eius? Dauid significat Lazarum, qui in tanta aduersitatis angustia fortis fuit Saul diuitem, qui bonis sibi a Deo commissis abusus fuit. Dauid Sauli abstulit hastam, id est potentiam diuitiarum, & scyphum aquæ, id est uoluptates gulæ, & Lazarus transiit de angustia ad quietem, & sedet in uertice. Vnde dicitur. Cumque transisset Dauid ex aduerso & sederet in uertice montis delonge, id est requieuit in sinu Abrahæ, qui erat longe a pœnis diuitis. Vnde eleuans oculos &c. Et esset grande interuallum inter eos. Vnde Inter nos & uos chaos magnum &c. Et clamauit Dauid ab Abner, uide ubi sit hasta Regis & scyphus aquæ. O iniquam diues ubi est nunc hasta diuitiarū quæ solebas percutere pauperes? ubi schyphus aquæ, id est uoluptas gulæ? Mō intingat linguam tuam quæ in flamma cruciatur. Bene ergo dicitur, hic consolatur, tu uero cruciaris. Sequitur quartum.

Rogo te pater, ut mittas eum in domum &c.] Seruus est iste diues, magister incipit esse cum iam non discendi tempus habet nec docendi. Postquam ardenti diuiti de se spes tollitur, ad propinquos recurrit dicens, Rogo te &c. Nota ista tria, Domum patris mei, & quinque fratres. Pater diuitis fuit diabolus, scilicet imitatione, cuius domus est mundus, id est mundani: in quo sunt quinque fratres illi qui sunt dediti quinque sensus corporis. Diues quia propter quinque sensus corporis quos tanquam fratres charos habuit damnatum se uidet, ideo his quinque

que sensibus deditis quadam misericordia, qui sibi immisericors fuit, prauidere studet. Nota quod quinque sensus corporis carnales diligunt sicut fratres, iusti uero habent eos sicut seruos. Vnde. i. Reg. Festinauit & surrexit Abigail, & ascendit super asinum, & quinque puellæ pedisequæ eius, & secuta est nuncio? Dauid, & facta est illi uxor. Abigail interpretatur patris mei exultatio, & significat animam pœnitentem super qua gaudium est in celis. Hæc super asinum ascendit, id est carnem reprimat, & uadunt cum ea quinque pedisequæ eius, id est quinque sensus, scilicet uisus intelligentiæ, auditus obedientiæ, gustus approbationis, odoratus inuestigationis tactus operationis. Et sic sequitur nuncios Dauid, id est paupertatem humilitatem, passionem Christi, qui nobis nuntiant de eo qualis in hoc mūdo fuerit, & ita fit ei uxor annullo fidei formatæ subarrata. Sequitur. [*Et ait illi Abraham. Habent Moysen & prophetas &c. neque si quis ex mortuis res credent.*] Hinc conuincitur quod diues fuerit Iudæus, eo quod fratres eius Moyse & prophetis fuerunt subiecti. Pro quo forsitan Abraham uocauit eum filium, & ipse eum patrem. Super hoc. i. Reg. Dixit Saul ad mulierem phytionissam, diuina mihi in phytone & suscita quem dixerō. Dixit muliere, quem suscitabo qui ait, Samuelem &c. Nota historiam. De hac suscitatione habetur in historiis. Dicitur a quibusdam quod spiritus malignus apparuit in specie Samuelis, uel phantastice imago eius. Credunt quidam quod permittente Deo anima ipsius tantū consimili corpore indura apparuit illi. Alij, quod tantum corpus suscitatum est spiritum uiuifico, id est uegetatiuo, quem habemus cōmune cum brucis, anima in loco suo quiescente. Nos uero qui sensus corporis habeamus tanquam seruos, Moysen & prophetas audiamus, Christo a mortuis resurgenti ad dexteram patris sedenti credamus, credentes diligamus Rogemus &c.

Domini.

Dom.II.post Trinitatem. De duplici cœna, scilicet pœnitentiæ & Beatorum.

Luc. 14. **H**omo quidam fecit cenam magnam &c. **Luc.**
 Vbi tria rãgenda. Primum est cœnæ magna præparatio, & uocatio, in principio. Secundum inuitatorum excusatio. Tertium pauperum & debiliũ introduçtio. Nota quod duplex est cœna, pœnitentiæ scilicet & gloria, & sine prima non uenitur ad secundã. Ideo primam præparemus, & cibaria quæ necessaria sunt, uideamus. Super hoc concordat illud. 1. Regum. Anna lactauit filium suum donec amoueret eum a lacte, & adduxit eum secum postquam ab lactauerat, in tribus uitulis & in tribus modijs farine, & amphora uini. Anna interpretatur gratia mea, & gratiã spũs sancti significat, quæ duobus uberibus, gratia. s. præueniente & subsequente pœnitentiæ lactat, donec a lacte concupiscentiæ carnalis & munditiæ uanitati omnino amoueat. Nota quod sicut pater quæ filium suum uult amouere a lacte, mamillam inungit succo amaro, ut dum infans querit dulcedinem, inueniat amaritudinem, per quam a dulcedine separatur. Sic spiritus sanctus gratia temporalium mamillam amaro tribulationis succo perungit, ut homo dulcedinem ista amaritudine resperfam abhorreat, & ueram dulcedinem quærat. Vnde subditur. Et adduxit eum secum postquam ab lactauerat, in tribus uitulis. Ecce quæ cibaria isti cœnæ sunt præparanda. Gratia adducit pœnitentem cum tribus uitulis, in quibus triplex notatur oblatio, scilicet uitulus cordis contriti contribulati. **Psal.** Imponent super altare tuum, scilicet huius cordis contritionem, pœnitentes imponent uitulos, idest sacrificabunt lasciuas & immundis cogitationes. Vitulus est index cõfessionis. **Osee. ult.** Vnde in fine **Osee.** Tollite uobiscum uitulos (quod sit cum

cum quod audiuius, adimplere satagimus) & sic conuertimini ad dominum. Et dicite ei. Omnem aufer iniquitatem quam commisimus, & accipe bonum quod dedisti. Non nobis domine non nobis, sed nominatio da gloriam. Et uitulos labiorum, idest confessionem criminis, & laudis reddam tibi. Vitulus & uitula a uiriditate diti, carnẽ nostrã significant, quæ uiridi ætate iuuentutis per captiuæ præta licentiæ lasciuientis discurrit. De qua Sampson. **Iudic.** Si non arassetis in uitula mea, non inuenissetis propositiõem meam. Sampson est spiritus: uitula, caro: in qua si aramus, idest ipsam asilgimus, inuenimus propositiõem, quæ est. Quid dulcius melle, scilicet diuinitatis? Quid fortius leone, scilicet de tribu Iuda? Quid dulcius contemplatione? Quid fortius leone, idest prædicatore? Ad cuius rugitum omnes homines animales debent figere gressum. Quid dulcius melle mansuetudinis? Quid fortius leone seueritatis? Bene ergo dicitur. Et adduxit eum tribus uitulis, & tribus modijs farine. Granum molitur & comminuitur in farinam, quæ cum aqua commixta solidatur in panem, qui confirmat cor hominis. In hunc modum granum nostri operis est molendum per difficultatem comminuendum per examinationem, ut ad modum farine purgetur. Hæc autem examinatio debet esse triplex, per tres modios designata. Examinandum est genus operis, origo, & finis, & post opus comminandum est a quis lachrimarum, ut pleretur pro irriguo inferiori & superiori. Aut enim opus offerimus pro redemptione mali operis præteriti, aut pro desiderio æterni gaudij. Quod in torturibus duobus oblati in lege, designatur, quorum unus offerebatur pro peccato, alter cremabatur. Ex farina ergo & aqua panis compingitur, qui cor hominis confirmat, quia ex opere lachrymis commixto hominis conscientia sanguatur. Sequitur. Et amphora uini, quæ tres habet mensuras. In uino, mentis hilaritas, quæ in tribus consistit, scilicet in refectione cõscientiæ bonæ. In proxima

profectu. In spe æterni gaudij. Cum his omnibus mater Anna. s. spiritus sancti gratia adducit alium suum uirum iustū, ad domum dñi in Silo, quæ interpretatur translata. s. in uitam æternam, in quam sancti de hac mudi peregrinatione sunt translati. In cuius gloriæ cœna cū beatis angelis epulantur. Cœna dicitur a coitione uescen-
 rium, quia antiquitus semel in die. s. uesperis cōmuniter comedebant. Cœna æternæ uitæ refectiōnem significat. Nota q̄ in illa cœna cibaria magna comedemus. s. fructus illos quos filij Israel (ut dicitur Numeri) attulerūt de terra promissionis, uuas. s. & ficus & malogranata. In uua, ex qua exprimitur uinum, significatur gaudium q̄ habebunt sancti de uisione uerbi incarnati. Abachuc. Ego autē exultabo in domino, & in Iesu meo, qui ut me saluaret, de me carnem meam accepit, & super choros angelorum eleuauit. Item in ficu quæ a fecunditate dicitur, & cæteris omnibus pomis est dulcior, dulcedo quam sancti de totius Trinitatis uisione habebunt, de signatur, de qua Psal. Quia magna multitudo dulcedinis tuæ domine quam abscondisti timentibus te. ut, scilicet feruentius quæreretur, & inuenta dulcius amaretur, amata æternaliter possideretur. Item in malogranato triumphantis ecclesiæ unitas & præmiorum diuersitas designatur. Malogranata dicuntur eo quod habent intus grana olentia, & sicut in ipsis omnia grana latent sub uno cortice, & tamen quælibet grana habent per se distinctas cellas, Sic in uita æterna omnes sancti habebunt unam gloriam, & unusquisque secundum proprium laborem magis uel minus recipiet mercedem. Vnde ipse Christus dicit Ioannis. 14. In domo patris mei mansiones multæ sunt. Ecce cellæ distinctæ. Ecce qualia cibaria comedemus in cœna magna. Iste homo est Christus Deus & homo, qui fecit cœnam etiam pœnitentiæ, ad quam uocauit multos per se, sed multi uenire renuerunt, de qua Isa. 22. Vocabit dominus Deus exercituum in die illa ad sternum (scilicet contritionis) & planctum (confessionis) clauitium

Num. 13.

Abac. 3.

Psal. 30.

nitium (scilicet abrenunciationis temporalium) & cingulum sacci (scilicet satisfactionis.) in his quatuor uerba pœnitentiæ consistit. Ad hanc autem non solum uocatur per se, sed etiam per ordinem prædicantium. De quo sequitur. [Et misit seruum suum hora cœnæ. &c.] ubi Gloss. Hora cœnæ finis est seculi. Vnde. 1. Cor. Nos sumus in quos fines seculorum deuenerunt. In hoc fine mittitur seruus, id est ordo prædicatorum ad inuitatos per legem & prophetas, ut repulso fastidio ad gustandum cœnam se præparent, quia iam omnia parata sunt. Christo enim immolato introitus regni patet. Regni apertio, est passio Christi, per quam ecclesia uel uir iustus in primam cœnam ingressus & in secundam inressurus, dicit. Factus est dominus protector meus. &c. Sequitur secundum.

Et ceperunt se omnes simul excusare. Primus dixit. Villam enim. &c. Villa a uallo dicta, id est aggere terræ uel fossa, est amor dominandi, de quo Bernardus. Non igne, non gladium sic timeo, sicut libidinem dominandi. Ambitione qui ardent, stipari sicut uallo diuitiarum & honorum incedunt. Hæc est uilla Gethsemani, in qua dominus fuit traditus & ligatus. In uilla ergo Gethsemani, id est in illis qui allis præesse & non prodesse capiunt: qui in ualle, id est carnis uoluptate requiescunt, stercoreibus temporalium tanquam porci impinguntur, traditur Christus, id est destruitur fides Christi. Fides enim temporalia abicit, dominari nō appetit, subesse cupit, cōtūmelia crescit. Hæc uilla Gethsemani emittitur, quæ uti nā nec gratis haberetur, quia, qui emit, cōpelliitur exire ab intrinseca dei contēptatione ad exteriorem sollicitudinē. Vnde habes concordantiā. 1. Re. Arca fœderis domini exercituum sedentis super Cherubim uenit in castra, quæ capta a Philistæis est Arca est uir contemplatiuus in quo est mana suauitatis, tabulæ utriusq; legis: uirga correctionis. Hic dicitur arca fœderis domini, cū quo fœdus iniit ut ei seruiret in perpetuum, qui sedet super Cherubim, q̄ interpretatur plenitudo sciētiæ. id est

1. Co. 10

1. Reg. 4.

super illam animam quæ charitate repletur. Plenitudo enim legis, charitas. Hæc arca peccatis exigentibus abscondita facie dei, a sanctis. Egre ditur in castra dñi uilli emit qui præesse cupit, & dum sic eleuatur, a demonibus capitur, & in Azotum, quod interpretatur incedm, idest concupiscentiæ carnalis ardor, dicitur. Dicit ergo. [Villam emi, & necesse habeo exire, & uidere illam.] Et qui uillam terrenæ dominationis sibi acquirit, necessitas ex eundi incumbit, qui cum liber esset, se miserabili seruitute seruum fecit. Sic Saul (ut dicitur. 1. Reg.) necessitate compulsus descendit ad Phytonissam quæ erat in Endor, & Phytonissa idem significat. Endor interpretatur fons generationis, per quem intelligimus Adam, qui fuit fons & origo humanæ generationis, qui dato paradisi precio in suæ animæ dispendium, uillam dominandi emere uoluit cum falso audiuit. Eritis sicut dii. Illi ergo qui dominari cupientes secundum hominem ueterem, & non secundum nouum hominem Christum ambulant, Phytonem querunt. Phytonem quidam tradunt esse artem suscitandi mortuos. Heu quantos religiosos mundo mortuos in claustris sepultos, a fonte contemplationis, quietis, & pacis, hæc Phytonissa, id est amor dominandi suscitauit, & in publicum eduxit. Vnde Isaiæ. 28. Audietur eloquium tuum, eritque quasi Phytonis de terra uox tua. Ecce uillam ementi, & Phytonissam consulenti, & de sepulcro quietis egredienti quid eueniat. Humiliaberis, idest deiciaris dum credis ascendere, de terra, idest de terrenis loqueris, qui prius loqui consueueras de cælestibus, & de humo, idest de ventre & gula, cibus & potibus humida, audietur eloquium tuum, qui prius de mentis dulcedine & abstinentia gulæ eloquium ignitum solebas emittere. Etenim quasi Phytonis de terra, idest prælatura uox tua, que prius solebat esse de abiectiōe & humilitate. Et de humo eloquium tuum uiuificabit, idest murmurabit, qui prius in silentio & spe fortitudinem tuam collocauerat. Ecce quanta necessitas & peruersitas. Dicit ergo. [Villam

em emi, & necesse habeo exire.] De hoc Gene. Egressus est Etai uir agricola ad uenationem, & Iacob uir simplex manens in mentis habitaculo subripuit illi benedictionem. Cum enim quis per amorem rerum temporalium ad uenandum uillam, ad consulendum Phytonissam a mentis quiete egreditur, ei procul a ubio benedictio æterna subripitur. Necesse inquit habeo exire, uillamque uidere. q. d. ut semel uideam priusquam moriar. Eccle. dicitur. Vbi multæ sunt opes, multi sunt qui comedunt eas, & sequitur. Quid prodest possessori, nisi quod cernit diuitias oculis suis? Vel qui emit uillam terrenæ dominationis ad cœnam domini venire non potest uel non uenit, sed falsam prætendens excusationem dicit. [Rogo te habere me excusatum.] Humilitas sonat in uoce, ibi, rogo te, & superbia est in affectione cum venire contemnit. Sequitur. [In iugum emi quinque & ea probare illa &c.] Quinque iuga sunt quinque corporis sensus. Sicut enim boves in iugo combinantur: ita duo instrumenta sensus nobis seruiunt. Dux enim sunt aures, duo oculi, duæ nares. In gustu etiam duo instrumenta, lingua & palatum. In tactu, duæ manus. Hi sunt. 10. principes, de quibus Eccle. Sapientia confortauit sapientem super decem principes ciuitatum. Sapientia est amor & contemplatio dei, qui confortat sapientem, idest animam quæ amoris saporem degustat super decem principes ciuitatis, idest super omnem delectationem quinque sensuum corporis. Illa enim uere satiat, ista totum euacuat, illa indulcat, ista amaricat, qui illi seruit liber est qui illi, miser & seruus. Iuga quinque hominē emi, qui infelici commercio, sapore amoris diuini contempto, se quinque sensuum delectationi intelici subiicit miserabili seruitute. Utinam tolleret homo super se iugum domini suauis, & non diaboli. 1. Regum dicitur. Ascendit Naas ammonites, & pugnavit contra Iabes Galaad. Sequitur. In hoc feriam uobiscum fœdus, ut etiam omnium uestrum oculos dextros. Sequitur:

quitur. Infiluit spiritus domini in Saul, &c. Nota figuram. Naas interpretatur serpens, quod bene conuenit diabolo qui in serpente primos parētes deceptit. Ammonites interpretatur populus mœroris, uel comprimens uel coangustans. Naas ergo est Ammonitarum pater, qui antiquus serpens, qui & Sathanas, princeps est malignorum, qui sunt in mœrore tristitiæ, qui secundum apostolum mortem operantur. Hi comprimunt & coangustant uitam sanctorum. Vnde. Quod fornax auro, quod lima ferro, quod flagellum grano, id tribulatio iusto &c. Impius uiuit impie, idest ad uilitatem pij, quia conturbantia malorum frivola sunt iustorum. Naas ergo pugnat contra Iabes Galaad. Iabes interpretatur exiccata, Galaad aceruus testimonij. Hæc est anima, quæ prius a uitijs debet exiccari, postmodum dominica passione repleti. Contra hos pugnat Naas ut eruat oculos dextros, sciens quod oculo dextero eruto unusquisque ad bellum minus utilis existat. Oculus dexter est uisus discretionis, quem diabolus nititur ertere, & sinistrum, idest amoris mundani respectum relinquere, sciens quod qui æterna non desiderat terrenam prosperitatem amat. Si per terrena tenetur quis, de facili in bello cadit, qui animam suam ab obsidione & infestatione diaboli uoluerit liberari, necesse est quod faciat quod sequitur. Infiluit spiritus domini in Saul &c. Saul interpretatur inunctus, qui in sui regni principio quo hæc ciuitatem liberauit bonus fuit, ideo uirum in se significat gratia Dei inunctum, in quem cum spiritu domini, idest contritio cordis infilit, tunc peccatis suis præteritis irascitur, & sic utrunque bouem in frustra occidit, qui oculos quibus illicita concupiuit, lachrymis conterit. Vtrunque bouem occidit, qui duas aures ne de cætero audiant detractionem uel adulationem, timoris diuini spinis sepiat, & sic de cæteris sensibus, ut quot in se habuit oblectamenta, tot de se inueniat holocausta. [Et alius dixit. Uxorem duxi &c.] Multum non matrimonium sed abusus matrimonij abducit

& retra

& retrahit a cœna domini. Nam non propter proli fecunditatem, sed propter carnis desideria contrahunt matrimonium. Vnde notandum quod tribus de causis debet uxor duci. Primo pro prole creanda. Gen. 1. Crescite & multiplicamini. Secundo causa adiutorij. Vnde Gen. 2. Non est bonum hominem esse solum, fa. ei adiu. simile sibi. Tertio causa incontinentiæ nubat enim in domino. Qui alia de causa ducit uxorem, uxor illi notandum quod in hoc loco per uxorem carnis luxuria designatur, quæ non emisse sed duxisse dicitur, quoniam unusquisque peccator peccatum carnale ab exordio suæ natiuitatis secum traduxit. Sed quare duo primi rogauerunt excusationem, tertius uero non? Ad quod dicitur, quod uoluptas carnis ita detinet hominem in deliciis, quod nec ad delicias æternas uenire desiderat, nec excusari curat, & per hoc patet quod Deum non diligat, qui precibus patrum ueteris testamenti ad desponsandum sibi naturam humanam inuitatus benigne descendit. Sequitur.

Tunc iratus paterfamilias dixit sermo suo. Exi cito in plateas et nicos ciuitatis, & pauperes ac debiles, & cæcos & claudos introduce huc. Tribus primis recusantibus uenire ad cœnam domini, mittitur seruus ut introducat cœna pauperes, de. & clau. Raro enim delinquant, quibus peccandi illecebræ desunt, & citius conuertuntur ad Deum qui non habent in mundo unde delectentur. Vñ felix est miseria quæ ducit ad meliora, & felix nigredo quæ candorem parit. Destituti enim a mundanarum rerum abundantia, ut pauperes, a corporis sanitate, ut debiliores, cæci, & claudi quibus peccandi deest illecebra, facilius introducuntur ad cœnam domini. Vnde. 1. Reg. dicitur. Puer Aegyptius seruus uiri Amalechite contempus a domino suo & dimissus ægorare cœpit, quem David inuenit & pait, & ducem itineris sui fecit. Puer Aegyptius est amator seculi huius opertus nigredine peccatorum, qui quia in mundo corrente in mundanis operibus currere non potest, a mundo despectus & inuitatus

1. Reg. 30

X 4 mus

mus relinquitur, quem Christus inuenit, quia quoniam mundus despectos deserit, ipse in amorem suum conuertit, & cibo uerbi diuini pascit, & ducem itineris sui facit, quia quandoque quod utile est peccatori assumit. Et nota quod istos quatuor non sine causa specialiter nominauit. Pauper dicitur, quia parum imperans uel parum habens. Debilis dicitur eo quod peribilem factus est fragilis. Bilis enim est humor fellis afficiens corpus. Vnde debilitare, idest debilem reddere. Cæcus dicitur eo quod uisu caret, qui utroque oculo non uidet. Claudus dicitur eo quod clausus est eundo. Per hæc quatuor genera hominum quatuor uitiis quibus ireriti sunt significantur, Auarus est pauper, qui non pecuniæ, sed ipsi pecunia imperat, non possessor est sed possessus, qui cum multa habeat parum se credit habere. Vnde Philosophus. Cui sua non uidentur amplissima, etiam si dominus totius mundi sit, miser est. Item Philosophus. Non puto pauperem cui quantumcunque super sit satis est. Debilis est iracundus, qui fellis amaritudine aspersus accenditur ad iram, quam dum habet, iustitiam Dei non operatur, uel operari potest, de quo Iob. *Iob. 5.* Virum stultum interficit iracundia. Luxuriosus est cæcus, qui uisu gratiæ caret, scilicet utroque oculo, idest ratione & intellectu priuatus. Superbus est claudus, qui rectis gressibus per uiam humilitatis non potest incedere. De his & similibus uitijs dicit Philosophus. Fugienda est omnibus modis & scienda igne & ferro totoque artificio, languor a corpore, imperitia ab animo, luxuria a uentre, seditio a ciuitate, ab homine distorta, liberos quatuor peccatores in plateis, idest carnis uoluptate, & uicis, idest mundi uanitate detentos auferentors dominus & pater sanctæ ecclesiæ uocat ad cenam celestis patriæ. Nota etiam quod tertio dicitur seruo. [*Exi in uiam & sepes, & compelle intrare &c.*] Per hos qui compelluntur intrare, signantur illi qui per flagella & aduersitates compelluntur intrare ad cenam domini. Vnde dominus Osee. ecce ego sepiam uias tuas spi-

Osee. 2

NIS

ris & sepiam eas maceria. Animæ enim peccatrici uias, idest actiones prauas per quas sequebatur amatores sui, aduersiones, dñs sepe aduersitatis & maceria infirmitatis claudit, ut ad ipsum uiam priorē se cōuertat, cuius amoris dulcedinem experta tunc cum eius perfruebatur copulatione melius & lōge melius dicit sibi fuisse quā nūc dum miseræ carnis abutitur uoluptate. Rogemus &c.

Dom. III. post Trinitatem. De ineffabili Christi Clementia in peccatoribus recipiendis.

Erant appropinquantes ad Iesum publicani & peccatores.] *Lucæ. 15.* Tria istic notantur. Primum est peccatorum ad Iesum accessus siue approximatō, & Phariseorum excessus & murmuratio. Secundum, ouis perditæ processus & inuentio. Tertiū, ouis & drachmę successus & recuperatio. Dicit ergo. [*Erat appropinquates &c.* *I. Reg. 22.* Super hoc. i. Reg. dicitur, Conuenerunt ad David omnes qui erant in angustia constituti, & oppressi ære alieno & amaro animo, & factus est eorum princeps. David est Christus, ad quem peccatores qui in angustia diaboli tentationis & carnalis concupiscentiæ sunt cōstituti, & ære alieno, idest peccato mortali a diabolo sunt oppressi, debent conuenire, qui si fuerint amaro animo, idest in amaritudine cōtritionis pro peccatis, ipse Christus erit eorū princeps. Princeps dicitur eo quod primus capiat. Christus enim in morte uere penitentię præuenit diabolum, & primus ipsorū capit animas, & deserit in celum. [*Erat ergo appropinquates.*] Nota ista quatuor, appropinquates, audiret, recipit, & māducat. In uerbo appropinquates, cordis cōtritio. In audiret, omnimodæ cōfessionis, & satisfactionis adimpletio. In recipit, diuinę misericordię cū peccatore reconciliatio. In māducat, eterne glorię refectio designat. Ille ad Iesum appropinquat qui plus peccatis cōterit. Vñ Gen. Acedēs pprius Iudas est fideliter

*Luc. 15.**I. Reg. 22.**Gen. 44.*

denter ad Ioseph, Oro domine, loquatur seruus tuus in auribus tuis, & ne irascaris famulo tuo. Iudas confitem est & poenitens, qui cordis contritione propius accedit de Dei misericordia confisus confidenter loquitur uerbum confessionis in auribus sui confessoris. Item Iesum audit, qui in omnibus & per omnia sataget satisfacere.

Iob. 42. Vnde Iob. Auditur auris audiui te: nunc autem oculus meus uidet te: idcirco me reprehendo, & ago poenitentiam in fauilla & cinere. Item Iesus peccatores recipit, cum poenitentibus gratiam reconciliationis infundit.

Luc. 15. Vnde Luc. Occurrens pater cecidit super collum filij, & osculatus est eum. Osculum patris, significat gratiam diuinæ reconciliationis. Item Iesus manducat cum illis, scilicet poenitentibus, quos sua gloria in requie opulenta satietate repleuit. Cum his quatuor concordat illud, *2. Reg. 5.* Reg. Venerunt uniuersæ tribus Israel ad Dauid in Ebron dicentes. Ecce os tuum & caro tua sumus. Tribus a tributo dictæ, uel quod a principio trifarie fuerunt dispersitæ a Romulo, id est in senatores, equites, & plebeos. Vniuersæ tribus Israel omnium poenitentium congregationem significant, quæ tributa seruitutis cum officijs domino quotidie persoluit in tribus ordinibus, scilicet senatoribus, id est contemplatiuis, equitibus seu militibus, id est prædicatoribus, & plebeis, id est actiuis. Hi omnes dicuntur conuenire mentis unitate ad Dauid id est Iesum in Ebron, quæ interpretatur coniugium, id est in cordis contritione, in qua gratia spiritus sancti tanquam sponsus coniungitur animæ quasi sponsæ pro peccatis contritæ, & ex tali coniugio nascitur hæres uitæ æternæ. Ecce inquit nos os tuum & caro tua sumus. Sic poenitens debet dicere Christo. Miserere mei domine & dimitte peccata mea, quia os tuum & caro tua sumus. Propter nos homines homo factus es, ut nos redimeres. Ex his enim quæ passus es misereri didicisti. Angelo non possumus dicere. Ecce nos os tuum & caro tua. sed tibi Dei filio, qui non angelos sed semen Abrahæ apprehendisti, uere dicere possumus. [*Erant ergo appre-*

placantes &c.] Poenitentes enim debent facere sicut apes, quæ cum rex earum uolat extra aluearium, uolant cum ipso & cum magno stipatu, & ipse est in medio, & apes circumquaque, & quando rex nequit uolare, tunc fert ipsum turba apum, & si moriatur moriantur & ipsæ Christus rex noster extra aluearium, id est sinum patris ad nos uolauit quem nos rāquam bonæ apes debemus sequi & uolare cum ipso, & ipsum, id est fidem ipsius, in medio, id est in corde nostro collocare, & magno stipatu uirtutum munire, & si in aliquo membro tuo in peccatum ceciderit, & prædicatione, & oratione eum debemus supportare & subleuare, & cum ipso mortuo & crucifixo debemus mori, membra nostra cum uitijs & concupiscentijs crucifigentes. Sequitur. [*Vt audirent illum.*] Super hoc concordia. Reg. Surrexit Dauid & sedit in porta, & omni populo nunciatum est quod rex sederet in porta, & uenit uniuersa multitudo coram rege. Dauid est Christus rex regum, qui nos liberauit de manu inimicorum nostrorum. Surrexit, cum a sinu patris exiit, sedit in porta, id est humiliavit se descendens in beatam uirginem Mariam, de qua Ezech. Porta hæc clausa erit & non aperietur, & uir non transiet per eam, eritque clausa principi, & princeps ipse sedebit in ea. Nota clausa principi, & princeps sedebit in ea. Principi enim huius mundi, id est diabolo clausa fuit, quia nulli tentationi ipsius mens eius patuit, & princeps Christus in ea solus sedit, per assumptæ carnis humanitatem. Sequitur. Vt comedat panem coram domino, id est faciat uoluntatem domini. Meus (inquit Ioan.) cibus est ut faciam uoluntatem eius qui misit me, ut perficiam opus eius &c. Et omni populo nunciatum est, scilicet per apostolos & alios prædicatorum, quod rex sederet in porta, id est quod carnem assumpsisset de beata Maria, & sic uniuersa multitudo poenitentium & fidelium uenit coram rege, ei in omnibus & per omnia parata obedire. Sequitur. [*Et murmurabant Pharisæi & Scribæ.*] quia se iustos putant cum sint superbi, & alios reos cum iam poeniteant. Hic pecca-

*2. Reg. 19**Ezech. 44.**Ioan. 4.*

peccatores recipit. Super hoc est concordia secundi Regum. Vocatus Absalon intravit ad regem, & adoravit iunior faciem terræ coram eo, & osculatus est Rex David Absalon. Absalon patris pax, significat in hoc penitentem: qui cum patre quem peccando offenderat, penitendo pacem fecit. Hic uocatus per cordis contritionem, intrat ad regem per confessionem, terram suæ carnis affligendo, seipsum uilem & indignum reputando, & hoc coram eo non coram hominibus, & ira rex recipit penitentem tanquam filium per reconciliationis osculum. Vnde de hac receptione siue reconciliatione dicit peccator in introitu missæ. Respice in me, scilicet oculo misericordie: quo Petrum respexisti, & miserere mei, peccata dimittendo, quoniam unicus, ut tu unicum & solitarium comiteris, & pauper sum ego, id est uacuum, ut tu uacuum impleas. Vnde humilitatem meam in confessione, & laborem meum in satisfactione, & dimitte omnia peccata mea Deus meus. Sequitur. *[Manducat cum illis]*

2. Re. 9 Super hoc concordat. Reg. Miphiboseph comedebar super mensam David, quasi unus de filiis regis, & habitabat in Hierusalem. Miphiboseph intelligitur uir confessionis, & significat in hoc loco penitentem, qui de peccatis suis confunditur: quæ confusio adducet eo gloriam cum habitabit in cœlesti Hierusalem, & comedet super mensam regis quasi unus de sanctis apostolis, quibus dicit dominus I. u. Ego dispono uobis regnum ut edatis & bibatis &c. sequitur secundum.

Luc. 22

[Et ait ad illos parabalam &c.] Quia dominus in hoc euangelio peccatores ad se appropinquantes instruit qualiter perdita restaurarent, restaurata conseruarent, & de commissis penitentiam agerent: ideo quidam perdita & in humeris reportata mor. liter significet, uideamus. Homo iste quemlibet penitentem significat, qui secundum nouum hominem ambulat, & se hominem reputat. Habuit enim centum oves. Centenarius numerus perfectionem significat. Oves dona gratuita & naturalia significant, quæ qui habet, perfectus est, per se scilicet

scilicet uix. Et bene dona gratuita & naturalia dicuntur oves, quia sicut oves sunt animalia simplicia, innocentia, & quæta, sic dona gratuita, & naturalia faciunt hominem simplice. i. sine plica fraudis ad proximum: innocente ad se ipsum, quietum ad Deum. Sequitur. *[Et si perdidit unam ex illis, omne dimisit non agnam nouam &c.]* Ovis perdita primam innocentiam significat, quæ collata est in baptismo homini. Vñ hæc innocentia significatur per illa duo quæ baptizato conferuntur. Datur. n. ei a sacerdote alba tunica, & lumen seu candela. In tunica alba, innocentia, in lumine, exemplum bonæ uitæ. In his consistit tota innocentia. Hanc ouem perdidit homo cum tunicam baptismalem polliuit, & lumen candelæ extinxit, & ideo ualde homini est dolendum cum talē ouem perdit. Vnde de huius ouis amissione & dolore. Reg. Plāxit David planctu huiusmodi super Saul & Ionathā filiū eius. Mōtes Gelboe nec ros nec pluuia ueniāt super uos &c. Hō & David penitentē signā sciat qui dēt plangere super Saul & Ionatham, & super oculam perditam, id est super primam innocentiam amissam. Saul interpretatur unctus. i. innocentia baptismatis quæ datur per inunctionem chrismatis. Ionathas interpretatur donum columbæ, & significat spiritus sancti gratiā in baptismo collatam. Quia ista duo homo perdidit, ideo debet plangere planctu huiusmodi. Montes Gelboe nec ros &c. Gelboe interpretatur decursus uel aceruus plenus, & significat superbiam, quæ semper est in decursu, quia superbia casum hēt, & diuitiarum abundantiam, quæ tanquam aceruus lapidum in manu dñi sui congregant. In his motibus nec ros nec pluuia agri primitiarum inueniūt. In rore contritio. In pluuia confessio. In agris primitiarum, satisfactio designat. De rore. Iudic. Si ros in solo uellere fuerit, & in omni terra siccitas, sciat quod per manum meam liberabitur Israel. Sunt uerba Gedeonis. Signum liberationis est Israel, id est animæ nostræ, si ros, id est gratia compunctionis fuerit in solo uellere. i. in corde, & in terra, id est toto corpore nostro siccitas uerborum. Et dum in nocte presentis exilij sumus cōsur-

scis

2. Reg. 1.

Iudic. 6.

gere debemus, id est simul surgere, scilicet spiritu & corpore ad opera poenitentiae, & uellus cordis amore gloriae, & timore gehennae, quasi quibusdam manibus exprimere, & concham oculorum aqua compunctionis in uitam aeternam salientis replere. De pluuia confessio- nis. Leuit. Dabo uobis pluias temporibus suis &c. Quis do enim dominus dat pluiam poenitenti, id est abundantiam confessionis, tunc terra gignit germen suum, scilicet ipse germinat germen suum, non alienum. Germen est initium boni operis, quod gignitur per pluiam confessionis. Et pomis arbores replebuntur. Arbores a robore deriuantur. Poma ab opimo, id est fertilitate sum dicta. Arbores sunt mentes fidelium poenitentium, quae firmo proposito non relabendi roborantur. His pomis, id est fertilitate uentres replentur. Apprehendet messis tritura uindemiam, id est carnis afflictio mentis laetitiae. Et uindemia occupabit sementem, id est uitam aeternam, in qua comedemus panem in saturitate. Vnde Psalm. Satiorabor cum apparuerit gloria tua. Ecce quanta bona facit confessio. Item de agro satisfactionis. Gene. Abrahā plantauit nemus in Bersabee, & inuocauit ibi nomen Dei aeterni, & fuit colonus terrae Philistinorum diebus multis. Nota ista tria. Plantauit, inuocauit, colonus fuit. Abraham est uir iustus, qui in Bersabee, quae interpretatur puteus saturitatis, id est in mente, plantat nemus charitatis. Nemus a nemine dictum, significat charitatem, qua diligimus Deum & proximum, & neminem excludimus. Nota quod mens uiri iusti dicitur puteus propter humilitatem, saturitatis, propter contemplationis dulcedinem. Et inuocauit ibi nomen Dei aeterni, quod est Iesus, id est Saluator. Vir ergo iustus nomen Saluatoris inuocat, ut salutem tribuat, & aeternitatem conferuet. Et fuit colonus terrae Philistinorum. Philistaei, id est portione cadentes, significant quinque corporis sensus, qui dum portione mundanae uanitatis inebriantur, in peccatum cadunt. Terra uero Philistinorum, est corpus, quod quinque sensibus regitur. Istius terrae uir iustus

Leu. 26.

Ps. 16
Gen. 21.

iustus debet esse colonus, ut ipsam uigilijs, & abstinentijs, & dolore, & labore excolat, ut fructum primitiarum afferat. Bene ergo dicitur. Montes Gelboe nec ros nec pluuia ueniat super uos, nec sint ibi agri primitiarum. In altitudine enim superbiae & abundantia temporalium non inuenitur ros compunctionis, nec pluuia confessionis, nec agri primitiarum satisfactionis, immo abijciuntur ibi clypeus fortium. Clypeus est fides. Iuxta illud Ephesio. Sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Fides temporalia abijciunt, quia in ipsorum abundantia deperit. In hoc clypeo uiri iusti solent fortiter pugnare. Vnde Iosue. Leua (inquit dominus Iosue) manum ad clypeum qui in manu tua est, contra urbem Hay, quoniam tradam eam tibi &c. Clypeus in manu, est fides in opere, quam cum a terrenis eleuamus, Hay, quae interpretatur aceruus lapidum id est abundantia temporalium capitur & succenditur capitur ut pauperibus distribuatur, & succenditur, cum seruire spiritus qua si puluis & cinis reputatur. Clypeum manu leuat contra Hay, qui opere fidem adiuuat, quibus mundi superbiam & abundantiam contemnendo deualtat. Bene ergo dicitur, quia ibi abiectus est clypeus fortium. clypeus Saul, quasi non esset unctus oleo. Superbi & auari fidem Christi, & gratiam baptismi qua sunt uncti, in sterquilinum abijciunt, dum temporalia quaerunt. Bene ergo dicitur. [*Nonne dimittit nonaginta nouem in deserto, & uadit ad illam quae perijt, donec inueniat illam?*] Omnia debet relinquere, omnia postponere, super montes Gelboe planctu plangere, superbiam & abundantiam desistere temporaliam, in quibus perdidit ouiculam, id est se tunica innocentiae spoliauit, candelam boni exempli extinxit, & ideo lachrymis, uigilijs, & abstinentijs, debet insistere, donec inueniat illam. [*Et cum inuenierit, impositis in humeros suos gaudens, & ueniens domum conuocat amicos & uicinos, dicens illis. Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam quae perierat.*] Nota quod in humeris, labor poenitentiae designatur. Vnde Genesi. Alinus fortis Ysa-

Ephes. 6.

Iosue. 8.

Gen. 42.

ris Yfachar, accubans in terminis, vidit requiē &c. Yfachar, qui interpretatur merces, significat pœnitentem, qui pro sola retributione mercedis æternæ laborat. Hic dicitur astutus fortis, ad sustinendum labores pro Christo fortes, & tribulationes. Accubans in terminis. Duo termini sunt, ingressus, & egressus uitæ in quibus pœnitens habitat, qui attente ingressum & egressum suum considerat, sed carnales non habitant in terminis, sed intra terminos, de quibus Delbora dicit Iudicum. 5. Quare habitas inter duos terminos ut audias sibilus gregum? Inter duos terminos habitat, qui nō infelicem ingressum, nec miserabilem egressum attendit sed voluptatibus proprii corporis deseruit, & sic audit sibilus gregum, idest subtilem & suauem persuasionem quinque sensuum. Sensualitas autem uidetur habere uocem gregum, & eius suggestio sibilus est serpentum, præter dēs gregum innocentiam & lupi regens uersutiam, & sic uenena fundit serpentum in animam. Iste Yfachar uidet oculo fidei, intuitu contemplationis, requiem æternæ beatitudinis quod sit bona, & terram æternæ solitudinis, quod sit optima, ideo supponit gaudens humerum suum ad portandum quam perdidit ouiculam, & uenit ad domum idest ad propriam conscientiam, conuocat amicos & uicinos, idest affectus rationis, & congaudet eis, dicens. [Congratulamini mihi.] De bono communi commune debet esse gaudium. Cum enim innocentia restituitur, gratia reparatur, non est mirum si homini & eius conscientie est gaudium. Vnde etiam sequitur. [Dico autem uobis quod gaudium erit angelis super uno peccatore pœnitente agente, &c.], idest innocentiam recuperante. De quo gaudio ibidem. Cito proferre stolam primam, & induite illam, & date anulum in manum eius, &c. In stola prima baptismus uel innocentia. In anulo fidei formatæ signaculum, quo illuminatur anima. In calceamentis carnis mortificatio, peccati abominatio mundi despectio designatur, Hæc filio pœnitenti dat, super cuius pœnitentia est maius gaudium in celo, quam super nonaginta noui iusti,

Luc. 15.

Eccle. 7.

iusti, stæpidis, qui se reputant iustos. Vnde Eccl. Noli esse multum iustus. Sequitur tertium.

Aut que mulier habens drachmas decem si perdidit drachmam unam, nonne accendit lucernam & euerit domum, & querit diligenter donec inueniat eam?] Mulier hæc significat animam, de qua Concor. 2. Reg. Mulier ingressa fuit ad regem, ceciditque coram eo, & dixit. Serua me rex, quærun scintillam meam exinguere quæ relicta est. Nota omnia. Rex est Christus. Mulier Thecrites, anima pœnitens. Vir mortuus, mundus. Duo filii, ratio, & sensualitas. Rixa utriusque, discordia, mors unius, mortificatio carnalis appetitus, cognatio, primi motus, scintilla, lumen rationis. Dicamus ergo. Ingressa est mulier Thecrites, idest anima pœnitens, quæ tuba confessionis dulciter sonat in aure sui creatoris. Nota quod tuba in ueteri testamento uocabatur ad bellum, scilicet.

2. Reg. 14.

bellum ad epulum festum Sic tuba confessionis uocat ad bellum demonum. Diabolus enim contemptus per confessionem surgit in scandalum. Ad epulum pœnitentiæ, & festum gratie. Sed nota, Rex est Christus, qui regit gētes in uirga ferrea, idest in inflexibili iustitia, ad hunc ingreditur anima per spem, cadit coram eo per humilitatem, & adoratur per fidē. Et dicit. Serua me rex. Heu mulier uidua ego sum. Heu dicit, quia dolet de peccato. Mulier, quia mollis & fragilis. Vidua, quia ab omni humano solatio destituta. Et ideo serua Rex dolētē, fragilē, & destitutā. Serua me, quia serua tua sum. Serua me, quia uir meus mortuus est. Vir animæ pœnitentis fuit mundus, qui tunc ei moritur cum ipsa mundo moritur. Vnde dicit eam Apostolo Gaia. Mihi mundus crucifixus est & ego mundo. Sequitur. Ancilæ tuæ erant duo filii, idest duæ partes ipsius animæ, superior, & inferior. Ratio scilicet & sensualitas, inter quas est maxima rixa, quia spiritus concupiscit aduersus carnem, & econtrario. Vnde de hac rixa Gene. Facta est rixa inter pastorem

Gal. 6.

Gen. 13.

res gregum Abraham & Loth. Dixit autem Abraham ad Loth. Ne quaeso sit iurgium inter me, & te. Sequitur. Fratres enim sumus &c. Per Abraham, ratio, per Loth uero sensualitas designatur. Pastores gregum, sunt affectus & motus utriusque, inter quas est rixa quotidiana. Sed dicit Abraham: Ne quaeso sit iurgium inter me & te. Hæc est castigatio rationis ad sensualitatem, uolentis eam pacificare sibi. Vnde & dicit. Fratres enim sumus noli me impugnare, noli rixam commouere. Ecce uniuersa terra coram te est, ut uuas ad necessitatem, non ad uoluptatem, utere licitis, uuae discrete, quia Deus dedit terram filijs hominum, non bestiarum. Sed quia uideo quod sensus, & cogitatio tua prona sit in malum ab adolescentia tua, recede quaeso a me, quia duo contraria simul esse non possunt. Quæ enim conuentio lucis ad tenebras? quæ pars fidelis cum infideli? Recede ergo quaeso. Timeo enim si non recesseris, quod ex conuictu mores formentur. Malignus comes (ut dicit Philippus) innocenti & simplici socio scabiem uel rubiginem suam applicuit. Recede ergo. Si ad sinistram ieris &c. Nota, quod dextrum est carni, sinistrum est spiritui, & e contrario. Et hoc figuratum fuit in dispositione Christi in cruce, in qua dextram habuit ab Aquilone, & sinistram ad austrum sinuans aduersitatem quam nos putamus sinistram, et se dextram. Et prosperitatem temporalem per austrum significatam quæ nobis est dextra, et se sibi sinistram. Bene ergo dicitur. Erant ancillæ tuæ duo filij, &c. Sequitur. Et percussit alter alterum, & occidit eum. Si a fratre recessisset interfectus non fuisset. Sic uir iustus ratione utens, debet reprimendo interficere carnalem appetitum. unde 2. Regum. Dauid uocans unum de pueris suis, ait. Accedens irruet in eum, qui percussit illum, & mortuus est &c. Nota. Dauid est uir iustus, pueri affectus rationis, per quorum unitatem debet interficere appetitum carnalem, qui paulo ante interfecerat Christum domini, id est animam iniunctam sanguine Iesu Christi.

2. Reg. 1

Christi. Sequitur. Et ecce uniuersa cognatio consurgens &c. Cognatio praua atque peruersa sunt primi motus, qui cognatione sanguinis coniuncti sunt cum sensualitate carnis. Isti uidentes cognatum suum carnalem appetitum rationis discreta seueritate mortificatum, quotidie consurgunt uolentes cognati iniuriam uindicare, & scintillam rationis extinguere. Vnde & mulier Thecuties clamat ad Regem. Serua me rex, quia quaerunt scintillam extinguere quæ relicta est. Nota quod scintilla est subtilis, agilis, & incendens. Scintilla est ratio, quæ est subtilis in discernendo, agilis tentationes diaboli preveniendo, incendens animum amore diuino. Hanc scintillam aqua concupiscentiæ carnalis, primi motus thul-ta cognatio & insipiens nituntur extinguere. Et bene dicit. Quæ relicta est post omnium enim uiciorum perpetrationem, semper relinquitur animæ peccatrici aliqua scintilla rationis, quæ ipsam remordet & reprehendat de peccatis. Dicimus ergo de hac muliere. Aut quæ mulier habens drachmas decem &c. Drachma est nummus certæ quantitatis, habens imaginem regis. Nota quod per decem drachmas decem decalogi præcepta designantur. Quæ mulier id est anima, suscepit a domino obseruanda, quæ si obseruasset, utique permanisset. Vnde interroganti quid faciendo uitam æternam haberet, respondit dominus Matth. Serua mandata. Mandatorum obseruatio est ad uitam ingressio. Sed quia refringit charitas, & abundauit iniquitas, ideo sequitur. Et si perdidit drachmam unam. Drachmam perdit, qui charitatem dimittit, in qua est imago sui regis, sine qua ad octauam beatitudinem nullus peruenire poterit. Qualiter hæc drachma perditur, habes concor. 2. Reg. 2. Reg. 3. Vbi dicitur quod Ioab occidit duos principes exercitus Israel: Abner filium Ner, & Amasan filium Gerhei. Abner interpretatur patris lucerna, id est Dei charitas, qua sedentes in tenebris illuminamur. Per Amasan qui leuans interpretatur, proximi charitas, quæ in ius necessitatem subleuat, designatur. Hæc duo præcepta Ioab

Matt. 19

2. Reg. 3

Y 2 qui

qui inimicus interpretatur idest diabolus noster aduersarius tali modo interficit in nobis, primo Dei, secundo proximi charitatem, Adduxit Ioab Abner ad medium portæ. Porta est ingressus & egressus uitæ nostræ, cuius medium est mundi uanitas. Diabolus enim non ad portam, sed ad medium ducit, quia excæcat peccatorem, ut miserabilem ingressum & egressum uitæ non cõsideret, sed uanitatem fallacem attendat, in qua dum ei loquitur in dolo temporalia promittendo, percutit eum in inguine, idest uoluptate, & sic anima moritur, & Dei charitas perditur. Item interfecit Amasam. Sic porro Ioab uelut itus erat &c. Tunica stricta diaboli sunt homines peruerli, quibus induit se, & ad mensuram habitus sui sibi attrahit, quia eorum malitiam, suæ malitiæ æquare satagit. Gladius in uagina est suggestio diaboli in perueriorum mente. Et quia diabolus per adulationes & detractiones charitatem proximi solet interficere, ideo sequitur. Dixit itaque Ioab ad Amasam. Salue mi frater, & tenuit manu dextra mentum eius. Glossa ibi. Mentum tenere manu dextra, est quasi ex benignitate blandiri, sed sinistram ad gladium mittit, qui latenter ex malitia percutit. Vnde Ecclesiast. In labijs suis indulcat inimicus, & in corde suo insidiatur, ut subuertat te in foueam. In foueam ruere, est drachmam charitatis perdere, propter cuius amissionem fit illa impræcatio. 2. Reg. Non deficiat de domo Ioab fluxum seminis sustinens &c. Nota ista. Fluxum seminis leprosus tenens fusum, carens gladio, & indigens pane. Domus diaboli omnes iniqui, qui non habent charitatem Dei nec proximi, qui fluxum seminis semper sustinent, idest uarijs desiderijs, & luxurijs fluunt, & leprosi fiunt, quia uarijs erroribus maculantur, tenent fusum, idest uolubilitatem temporalium, & postea cadent in gehennam. Gladio enim diuinæ ultionis, percussi fame & siti æternaliter erunt cruciandi. Ecce quomodo drachma charitatis perditur. Sed uideamus qualiter inuenitur. Nonne accendit lucernam &c. Nota quod in lucerna sunt quatuor: Te-

ita

De iurea: Stuppa aspera: Oleum suaue: Ignis illuminans. In testa fragilitatis memoria. In stuppa penitentia. In oleo proximi misericordia. In igne dilectio designatur. Nota illa anima quæ sibi talem lucernam præparat, ut drachmam perditam inueniat. Cum tali lucerna angulos conscientiæ suæ quilibet debet euertere, & diligenter querere drachmam charitatis perditam, donec inueniat illam. Rogemus ergo &c.

DOMINICA III. post Trinitatem. De misericordia in proximum exercenda.

Estote misericordes sicut & pater uester misericors.] Luc. 6. Quatuor hic sunt notanda. Primum, affluentia bonitatis quã debemus imitari: ibi. [Estote misericordes.] Secundum est opulentia supernæ felicitatis, quæ debet meditari. [Mensuram bonæ.] Tertium est miseria interitæ cæcitatæ, quæ debet euitari. [Dixit il. simili de cæ. ca. in f.] Quartum est uersuria fraternæ prauitatis, quæ debet præcauari, uel malitia, quæ debet reprehendi. [Quid uides festucam &c. Estote ergo misericordes &c.] In hac prima clausula quinque notabilia ponuntur, scilicet misereri, non iudicare, non condemnare, dimittere, & dare. Misericors a cõpatiendo alienæ miseriæ est dictus. Hinc & appellata est misericordia, eo quod cor miserum faciat, dolendo alienam miseriam. In Deo uero sine cordis miseria est misericordia. Dicitur autem miseratio quasi misericordiæ actio. Et nota quod sicut patris triplex est misericordia circa reipsum, sic triplex debet esse tua circa proximum. Patris misericordia est Speciosa, Spatiosa, Preciosa. Speciosa est quia purgat a uitijs. Vnde Eccl 37. Speciosa est misericordia Dei in tempore tribulationis quasi nubec pluuie in tempore siccitatis. In tempore tribulationis, cum aia tribuletur pro peccatis, infundit pluuia gratiæ a uiam refrigerat & peccata dimittit. Spatiosa

Y 3 quia

- quia processu temporis dilatat se in operibus bonis. *Va*
 de Psal. 25. Quonia misa tua ante oculos meos est, & co-
 placui in ueritate tua. q. d. Quia displicuit mihi iniqui-
 tas mea. Preciosa, in uitae aeternae delitiis, de qua An-
 na Tob. Certum habet omnis qui colit te, quia uita
 eius si in probatione fuerit, coronabitur: quere in eu-
 gelio. Nō potestis duobus dominis seruire. De his tribus
 Isa. 63. Miserationum domini recordabor, laudē domini
 super omnibus quae reddidit nobis dominus, & super
 multitudinē bonorū domus Israel quae largitus est ei
 &c. Misa etiā tua debet esse triplex circa proximum. Si in
 re peccauit, ei dimitte. Si a uia ueritatis errauerit, in-
 strue. Si esurit, refice. De primo Prouerb. Per fidem &
 Pro. 15. misericordiam purgantur peccata. De secundo Iaco. 5.
 Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore uiae suae, sal-
 uabit animam eius a morte, & operit multitudi-
 nem peccatorum. De tertio Psal. 40. Beatus qui intelli-
 git super egenam & pauperem. Bene ergo dicitur. Effice
 2. Reg. 9. misericordes. Super hoc concor. 2. Reg. ubi dicit. Dauid
 ad Miphiboseth. Ne timeas, quia faciens faciam tecum
 misericordiam propter Ionatham patrem tuum, & re-
 stituam tibi omnes agros Saul patris tui, & tu comedes
 panem in mensa mea semper. Vbi triplex misa ad proxi-
 mum. Prima ibi. Faciens fa. &c. Propter Ionatham, idest
 Christum, qui dixit. Pater ignosce illis &c. In re peccati
 debes faciens corde facere ore misam, ut corde & ore il-
 li ignoscas. Secunda ibi. Restituam tibi omnes agros pa-
 tris tui Saul. Ager dicitur eo quod in eo aliquid agatur,
 gratiam in unctione baptizati significat, quam ideo sus-
 cepit, ut ipsam bonis operibus exerceret. Sed cum Saul,
 idest anima oleo fidei inuncta moritur, tunc possessio amit-
 titur, quam tunc ei reddis cum ab errore uiae suae con-
 uerti facis. Tertia ibi. Et tu comedes pa. &c. Vnde
 Rom. 12. Ro. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum. Si sitit, po-
 tum da illi. Simus ergo misericordes, grues imitan-
 tes, de quibus dicitur, quod cum ad destinatum locum
 uenire contendunt, excelsa petunt ut de excelsiori spe-
 cula

culis speculentur quas petant terras. Fidens meatu preit
 catenas, uolatus desudiam castigat, uoceque cogit ag-
 men. At ubi raucescit, succedit alia, concors cura om-
 nium pro fatigatis, adeo, ut si qua defecerit, congruam
 uniuersa, lassataque sustollat usque dū uires omnino re-
 ceperant. Nec in terra cura segnior, Excubias de nocte
 diuidant, ut ex omnis sit, curaque uigilans, ponduscula
 digitis amplectitur, quae si forte exciderint somnū ar-
 guant, & cauendū sit, clangor indicat, ue spertiliones fu-
 gunt. Simus ergo misericordes sicut grues, ut in excel-
 sa uiae specula positi, nobis & aliis praeuideamus, uiam
 nescientibus ducati praebeamus, uoce praedicationis pi-
 gros & tepidos castigemus. Alternatim labori succeda-
 mus. Firmos & debiles ne in uia deficient a sportemus.
 In excubilis domini per orationem, & cōtemplationem
 uigilemus. Domini paupertatem, & humilitatem, & ip-
 sus passionis amaritudinem, quasi quibusdam digitis
 apprehendamus, & si aliquid in mundo subreperere uo-
 luerit statim clamemus. Vespertilionem, idest caecam
 mundi uanitatem super omnia fugiamus. Sequitur se-
 cundum.

Nolite iudicare, & non iudicabimini. Ibi Gloss. De apertis
 malis quae bono animo fieri nō possunt, permittitur no-
 bis iudicare, Sunt autem quaedam media & incerta quo-
 modo sūt, quia bene & male possunt fieri, & de illis nō
 licet iudicare. Neque de homine uiuere, nescimus enim
 qualis futurus sit qui nunc est malus, de cuius correctio-
 re de sperare, eumque abiectum reprehendere, temera-
 rium est. Nolite iudicare, &c. Super hoc. 2. Reg. Exten-
 dit manum Oza ad arcam dei, & tenuit eam, quoniam
 calcitrabant boues, & declinauerunt eam. Iratusque est
 indignatione dominus contra Ozam, & percussit eum
 super temeritate, qui mortuus est, ibi iuxta arcam. Arca
 est anima, boues corporis sensus. Oza qui interpretatur
 robustus, est aliquis de sua uirtute confidens, & aliis de-
 trahens. Recalcitrantibus ergo bobus, idest infestanti-
 bus & cōtradicientibus corporis sensibus, anima aliqua

1. Reg. 6

do maculatur in alicuius consensu culpa, quod si per-
sumptuosus temeraria manu detractionis uoluerit tan-
gere, iudicium domini se nouerit incurrisse, qui dixit,
Nolite iudicare. &c. Dicit Philippus. Si adhuc malus es,
tui similibus parce. Sequitur tertium.

Nolite condemnare, & non condemnabimini.] Super
2. Re. 18. hoc. 2. Regum. David noluit condemnare Absalon,
se condemnare uolentem, immo præcepit Ioab, &
Abyfai & Ethay, dicens. Seruate mihi puerum Absa-
lon. De cuius morte, & condemnatione contristatus,
ascendit ibi sem coenaculum, & fleuit &c. Nota. Non
enim de morte inimici gaudendum est, sed dolendum
& plangendum. Sic Christus ascendit coenaculum cru-
cis & ibi Adam cum omni posteritate sua, a Ioab idest
diabolo tribus lanceis, scilicet gula, uana gloria, & au-
ritia interfectum planxit, dicens. Fili mi Adam, qui
mihi det ut ego moriar pro te, idest ut profit tibi mors
mea? quasi dicat. Nullus uoluit mihi dare, ut pro ip-
so morerer. Magnum enim donum reputat quan-
do peccator dat ipsi ut sua mors profit ei. Sequitur
quartum.

2. Re. 16 *Dimittite, & dimittimini.*] Super hoc concor. 2. Re-
gum. Semei maledixit regi David, dicens. Egrede-
re uir sanguinum. Sequitur. Dimittite eum ut maledi-
cat. Dominus enim præcepit ei, ut malediceret
David &c. Nota Grego. Qui uerborum contumelijs
pressus uirtutem patientiæ seruare non sufficit, fa-
ctum David ad memoriam reuocet, quem cum Se-
mei urgeret conuitijs, & armati proceres ulcisci con-
tenderent: ait. Quid mihi, & tibi fili Saruizæ? Et
paulo post. Dimittite eum ut maledicat: iuxta præce-
ptum domini. Quibus uerbis indicat quod peccato
Berfabeæ insurgentem filium contra se fugiens redu-
xit ad animam mala quæ fecit, & contumeliosa uer-
ba non tam conuicia, quam ad uictoriam esse credi-
dit, quibus se purgari sibi que misereri posse iudica-
uit. Tunc enim conuicia illata bene toleramus, cum
in

in secreto mentis ad mala perpetrata recurrimus.
Leue quippe uidebitur, quod iniuria percutimur, dum
conspicimus, quod peius meruimus. Sicque conu-
melijs gratia magis, quam ira debetur, quarum inter-
uentu iudice Deo poena grauior declinatur. Sequitur
quintum.

Dare & dabitur uobis.] Super hoc. 2. Reg. dicitur Ma- 2. Re. 19
chir filius Amihel de Lodabar, & Berzellai Galaadites
dederunt David strationa, & rapetia & uasa fictilia, fru-
mentum & hordeum, & farinam, & polentam & fa-
bam & lentem, & frixum oleo cicer, & mel, & buty-
rum, oves & pingues uitulos, ad uescendum. Ecce da-
tur. Audiamus & dabitur 2. Reg. Dixit rex David ad Ber- 2. Re. 19
zellai, ueni ut requiescas securus mecum in Hierusa-
lem. Moraliter. Machir uescens: Amihel populus do-
mini: Berzellai fortitudo mea: Galaad aceruus testi-
monij interpretatur. Per istos duos uiros omnes pec-
cantes intelligimus, qui sua uendunt & pauperibus
tribuunt, qui sunt populus Dei quem elegit Deus in
hereditatem sibi, qui in fortitudine boni operis de-
uincunt tentamenta antiqui hostis, in quibus coacer-
uata sunt testimonia dominicæ passionis. Hi dant
Christo strationa, quæ sunt dormientium, idest quiete
pax conscientie, in qua quiescit Christus cum anima.
Et rapetia, diuersorum colorum, idest uarietates uirtu-
tum, & uasa fictilia, idest seiplos, dum se fragiles, & de lu-
ta factos cognoscentes humiliant. Frumentum idest do-
ctrinam euangelii, & hordeum, idest ue. te. farinam idest
confessionem per minutissimas omnium peccatorum cir-
cumspectas factam, & polentam patientiæ, & fabam ab-
stinentiæ, & lentem humilitatis propriæ, & frixum oleo
cicer compassionis alienæ, mel & butyrum uitæ actiue
& contemplatiue, oves innocentie, & uitulos pingues
in pinguis carnis maceratione. Si hæc dederis, dabitur
tibi, & audies uerum David tibi dicentem. 2. Regum. Ve- 2. Re. 19.
ni ut requiescas mecum securus in ciuitate Hierusalem.
Nota hæc uerba, & concor. cum illis uerbis de introitu
michæ.

millæ. Dominus illuminatio mea, concordat cum hoc uerbo ueni. Recte enim uenire non posset nisi prius illuminatus fuisset. Et salus mea, cōcordas cum illo. Requiescas ubi enim est salus, ibi requies. Dominus protector uitæ meæ &c. concordat cum Securus. Quem enim dominus protegit, procul dubio securus existit. Qui tribulant me inimici mei ipsi infirm. sunt & ceciderunt, concordat cum illo: Mecum in Hierusalem, in qua cum fuerimus inimicos nos modo tribulantes non timebimus. Ipsi enim cadent in gehennam, & nos ibimus in gloriam. Sequitur.

Mensuram bonam, & confertam, & coagitatam, & superfluentem dabunt in sinum uestrum. Eadem quippe mensura qua mens fueritis remetietur & uobis. Nota: Mensura est triplex, scilicet poenitentiae, fidei, & gloriae. Mensura fidei est bona in sacramentorum perceptione, conferta id est plena, in boni operis executione coagitata, in tribulationis uel martyrij constantia pro nomine Christi, superfluentem in finali perseverantia de qua mensura Aposto-

Rom. 12. lus Rom. Unicuique sicut Deus diuisit mensuram suam. Mensura poenitentiae est bona in contritione, in qua Dei bonitas cognoscitur. Conferta in confessione quae plenarie debet fieri, coagitata in satisfactione, superfluentem in totius culpae remissione & mentis puritate. De hac Sapientie. Omnia disposuit in numero pondere, & mensura, id est omnem animae salutem, propter quam omnia quae sunt debent fieri, & ad quam omnia quae facit homo debet referre, disposuisti in mensura poenitentiae, quae ut uera sit necesse est ut habeat numerum & pondus, numerum confessionis, ut omnes peccati circumstantiae ad unguem numerentur: pondus satisfactionis, ut peccata culpae aequaliter ponderentur. Hoc est pondus sanctuarij, non pondus publicum. de quo concordat. 2. Reg. Porro sicut Absalon non erat uir pulcher in omni Israel & decorus nimis. A uestigio pedis usque ad uerticem non erat in eo ulla macula, sequitur. Ponderabat capillos capitis sui ducentis siclis pondere publico.

Speciositas Absalonis quae a uestigio pedis incipit, & usque ad uerticem capitis ascendit, illam speciositatem significat quae prouenit ex terrenis, in qua macula esse reputatur cum eius prosperitas nulla aduersitate impeditur. Speciositas autem quae de uertice descendit, speciositatem significat quae de cognitione supernorum conuenit, sicut dicitur in euangelio Lucae. Quare cogitationes ascendunt in corda uestra? Illae enim cogitationes quae ascendunt in corda, sunt de terrenis, quae uero descendunt, sunt de supernis. Sequitur. Semel in asino condebar, capillorum tonsio est peccatorum in confessione deponitio, quam multi semel in anno faciunt; cum singulis diebus confessio esset necessaria, cum natura hominum sit fragilis, & ad peccandum habilis, & tot peccator iordanis contrahat diebus singulis, & memoria eius ita sit lapsiva, quod uix de eo quod fecit mane, uespere eiusdem diei recordeatur. Quare infelix distert in annu, immo curdistert in crastinu, cum nesciat quid dies crastina paritura sit. Hodie es, & cras non eris. Sic ergo uive hodie, quasi hodie sis moriturus. Nihil ei certius morte, nihil incertius hora. Qui ergo quotidie uenenum peccati bibit, quotidie debet accipere theriacam confessionis. Dicit Philo- sophus. Non uiuit cui nihil est in mente nisi ut uiuat. Sequitur. Ponderabat capillos capitis sui ducentis siclis pondere publico. Cum tamen deberet ponderare trecentis siclis, id est triplici poenitentia. Sed ponderabat ducentis, quia plurimi sunt qui bene confitentur, sed in tertio siclo satisfactionis deficiunt, nec ponderant peccata sua pondere sanctuarij, id est sicut Deus & sancti exigentia iudicant, sed pondere publico, id est sicut uulgi opinio paruipendit. Et quod hoc non sufficiat, dicit beatus Ioannes Baptista Lucae. Genimina uiperarum, id est uenenati uenenatorum filij quis uobis demonstrauit fugere & uentura ira? quasi dicat, non bene didicistis fugere, quia non fugitur ira satisfactione contempta. Unde & subdit. Facite dignos fructus poenitentiae. Nota, dicit fructus. Tria sunt, germen, flos, & fructus. In germi-

Luc. 24.

Luc. 3.

ne contritio in flore confessio, in fructu satisfactio, qui non habet, perfectione penitentie caret. Per hoc quatuor datur intelligi quatuor dotes corporis, quæ sunt agilitas, subtilitas, claritas, impassibilitas, quia ut dicitur corpora erunt sole clariora, vento agilia, scintilla subtiliora, nullius læsionis passibilia. Vnde dñs ostendit claritatem in monte Tabor, agilitatem ambulans super mare, subtilitatem quando transiens per medium illud ibat, impassibilitatem quando ab Apostolis sub panis specie sumebatur & non pariebatur. Item Sapient. Fulgebunt iusti, ecce claritas. Tanquam scintilla, ecce subtilitas. In arundinetis discurrent, ecce agilitas. Et nomina eorum uiuent in æternum, ecce impassibilitas, quia nec mori nec deficere poterunt. Vel mensuram bonam, id est gaudium sine dolore, confertam, id est plenitudinem sine uacuitate, coagitatam, id est firmitatem sine dissolutione, quod enim coagitur, solidum efficitur, superfluentem, id est dilectionem sine simulatione, quilibet enim tantum gaudebit de præmio alterius quantum de suo, & erit dilectio supereffluens ad alium. Hanc mensuram dabunt pauperes, id est causa erunt ut Deus det, quia in casu promerendi fuerunt ista, in sinum uestrum. Vnde Iob Reposita est hæc spes mea in sinu meo. Sinus est receptaculum aliquod, ut portus, & significat quietem uitæ æternæ, in quam sancti de tempestate huius mundi liberati, quasi in quietem portus recipientur. Vel sicut filius parulus plorans reuertitur ad sinum matris, & ipsa blandiens eius lachrymas terget, sic sancti de huius mundi ploratu ad sinum gloriæ reuertentur, in qua Deus absterget omnem lachrymam ab omni facie. Eadem quippe mensura qua mensi fueritis, &c. Sequitur textum.

Dicebat autem illi parabolam. Numquid potest cæcus uidere, &c. Non est discipulus super magist. &c. Non quid cæci quid fouea, quid discipulus, quid magister, &c. legorice uideamus. Cæcus est ecclesiæ prælati uel fideles peruersi, lumine uitæ & scientiæ priuati. Vnde

dñ

de his Isaiæ 56. Omnes bestie agri, uenite ad deuorandum. Vniuersæ bestie saltus. Speculatores eius cæci omnes, nescientes uniuersi, canes muti non ualentes latrare, uidentes uana, dormientes & amantes somnia, & canes impudentissimi nescierunt saturitatem. Ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam. Omnes in uiam suam declinauerunt, unusquisque ad auaritiam suam a summo ad nouissimum. Venite sumamus uinum, & impleamur ebrietate, & erit sicut hodie sic & cras, & multo amplius. In bestiis agri, demones, in bestiis saltus, motus carnis delignantur, qui ecclesiam & animam fidelem deuant. Sed quare? quia speculatores ecclesiæ oēs sunt cæci, uitæ & scientiæ lumine priuati, canes muti, rannum caluum diaboli in ore habentes, & ideo contra luxum latrare non ualentes. Vident uana, quia prædicant pro pecunia, curantes contritiones animarum cum ignominia, dicentes, Pax, pax, & non est pax. Dormiunt in peccatis, amant somnia id est temporalia, quæ suos amatores deludunt, sicut canes impudentissimi, quia frons meretricis facta est eis, & ideo erubescere nolunt, nesciunt saturitatem, semper dicentes: Asser, asser, & nunquam sufficit. Ipsi pastores se ipsos palcentes, nesciunt intelligentiam, de qua Psal. 100. Intelligam in uia immaculata. Omnes in uia sua, non in uia Christi declinauerunt, unusquisque ad auaritiam suam. Hæc est uia illorum tenebrosa & lubricosa a summo usque ad nouissimum, a domo porco usque ad porcillum. Isti se inuitant: Venite sumamus uinum, scilicet cibum luxuriæ. Sed credite i. Machab. dicitur. Gloria peccatoris stercus & uermis, hodie extollitur, & cras non inuenietur, quia conuersus est in terram, & congregatio perit. Ait Iacob Genesis. Cras iustitia mea respondebit. Hodie uobis canes impudentissimi abundat ebrietas, Sed cras, id est in die iudicii comprehendet uos pœnæ æternitas. Apocalypsis. Quantum fuit in delicijs tantum dare illi &c. Isti cæci malitiæ suæ testimonium perhibentes dicunt. Mat. 59. Paupimus sicut cæci panem, & quæ

1 Mac. 2

Gen. 30.

Apo. 18.

abique

absque oculis tractauimus. Impegimus meridie quasi in tenebris, in caliginosis quasi mortui. Rugiunt quasi ursi omnes. Nota ista quatuor uerba, parietem, absque oculis, in meridie, quasi ursi. In pariete, temporalium abundantia. In oculis uita & scientia. In meridie, ecclesiasticæ dignitatis excellentia. In ur-
 sis, gula & luxuria designatur. Isti ergo palpant parietem, idest diuitias quasi molle quid, cum sint spiritus pungentes, & cum sint sine oculis uitæ, & scientiæ, ipsi atrectant, ipsas suæ uitæ ducem conuolunt rationis ducem caru carentes. In meridie, idest ecclesiasticæ dignitatis in ce quasi in tenebris impingunt: quia inde exæcantur ut de illuminari debuerunt. Et tanquam ursi, quia gulosi & luxuriosi rugiunt ad mel, idest dulcedinem temporalium. Ursus dicitur eo quod ore suo formet foetus, quasi occidit. Nam aiunt eos informes generare trigesima die partus suos. Vnde euenit ut præcipitata foecunditas informes creet partus. Carnes paucillulas edunt, quibus color candidus, oculi nulli, præ festina immaturitate totum regit sanies exceptis unguium lineamentis. Has lambendo sensim figurant, & interdum ad corocis fouent, ut assiduo incubitu calefaciendo naturalem trahant spiritum, & multa alia uidet libere de proprietatibus rerum si uis. Nostris temporis urse, id est prælati effæminati, carnes mortuas, idest carnes alios parturiunt, quibus est color candidus, ueluti monumentis plenis omni spurcicia, sed oculi nulli, quibus Deum & proximum contemplantur. In his nulla forma uirtutum, nulla species morum, sed tantum forma peccatorum exceptis lineamentis ungitum, quibus capiunt bona pauperum. Has carnes uise lambendo, idest adulando sensim figurant. Illa scilicet figura de qua dicitur. 1. Corinthio. Præterit figura huius mundi. Quorum assiduo exemplo mali calefacti animalem trahunt spiritum, de quo Apostolus. 1. Corinth. Animalis homo non percipit ea quæ spiritus Dei sunt, & Ec animalia cum animalibus, cæci cum cæcis in fontibus cadunt.

1. Cor. 7

1. Cor. 2.

cadunt. Hi cum gustauerint mandragoras, moriuntur. Mandragora est herba aromatica, poma eius sunt optimi odoris in similitudine pomis, naturalis, significant opera iustorum, quorum uitæ odore uisi rugientes moriuntur, quibus (ut ait Apostolus. Corin.) alijs sunt boni odor mortis in mortem. De his mandragoris sponsa Can. Mandragoræ dederunt odorem in portis nostris. In portis ecclesiæ dant sancti odorem bonæ uitæ. De his concor. Gen. Egressus Ruben tempore messis triticeæ in agrum reperit, mandragoras: Ruben qui interpretatur filius uisionis significat Christum, in quem desiderant angeli prospicere. Hic egressus de sinu patris venit in agrum huius mundi tempore messis triticeæ, idest in plenitudine gratiæ, tempore quo frumentum Ioseph industria erant recondendum in horreum beatæ uirginis, ne tota Aegyptus fame periret, & reperit mandragoras, idest Apostolos, & eorum sequaces, quorum odore moriuntur uisi rugientes. De hieriam cæcis nota illud. 2. Reg. Proposuerat David premium ei qui percussisset Iebuseum. i. Christus dat ei premium uitæ æternæ qui percusserit Iebuseum habitorem terræ, idest appetitum carnis, & tetigerit domum fistulas, quæ sunt canales ædificiorum, idest imitatus fuerit exempla sanctorum, & abstulerit claudos & cæcos, idest prælatos & sacerdotes, qui utroque pede, affectu scilicet & affectu sunt claudi, & utroque oculo, uitæ scilicet & scientiæ sunt cæci, odientes animam David, idest animam Christi, quam tunc odiunt cum animam suam, pro qua ipse posuit animam suam propriam, exponunt diabolo uanalem. Cæcus & claudus non debet intrare in templum, quibus ipsum templum hodie traditur ad custodiendum, quorum cæca custodia multi excecantur, & cum ipsis pariter in fontem damnationis iuoluuntur. Bene ergo dicitur. Si cæcus cæcum duxerit, &c. Sequitur.

2. Cor. 2.

Cant. 7.

Gen. 30.

2. Reg. 5.

Non est discipulus super magistrum. Ibi dicit.] Glos. Si magister qui doctus est, non suas uoluntur iniurias, sed tol-

tolerando suos persecutores mitiores reddere uoluerit. Discipuli, qui homines sunt, hanc regulam perfectionis imitari debent. Super hoc. 2. Regū. dicitur quod rex Dauid transgrediebatur torrentem Cedron, & totus populus incedebat per uiam oliuæ & c. usque Operto capite ascendebat plorans. Allegorice, Dauid Christum significat. Cedron interpretatur tristis moeror. Torrens interpretatur Cedron quem transiit Dauid, est tristitia passionis, quam transiit Christus. Vnde Ioann. Egredus est Iesus cum discipulis suis trans torrentem Cedron. Et post eum populus ad uiam oliuæ, quam Christum in passione præcedente sequitur populus, id est discipuli magistrum, ad percipiendam eius misericordiam. Ibat autem rex cooperto capite, quam Christus montem Oliueti ascendit operata diuinitate sub humanitate, & nudis pedibus, quia tunc manifestauit humanitatem suam. Ibat & populus cooperto capite, sed non legimus, nudis pedibus. Non enim, debemus secretum denudare per uocis arrogantiam, & pedes non debent esse nudi, sed sanctorum exemplis muniti Hierem. Prohibe pedem tuum a nuditate, & guttur tuum a siti. A nuditate, id est a carentia uirtutum, pedem scilicet affectus, a siti auaritiæ, guttur debemus prohibere. Hanc sitim filii & acetum dominicæ passionis extinguit, quod primum bibit medicus, gustauit magister, ne abhorreret discipulis, cui sufficit si sit sicut magister. Sequitur quartum.

Quid uides festucam in oculo &c.] Nota ista tria, festuca, oculus, trabe. In festuca, leuis culpa. In oculo ratio, et intellectus. In trabe, grauis culpa designatur. Ibi Glossa. Vere peccans peccatum castigare non ualet. Vnde secundum 2. Reg. 7. di Regum, prohibuit dominus ne Dauid ædificaret templum. Vbi dicit Gregorius. Munitus in se a uitiis debet esse qui curat aliena corrigere, ut terra non cogitet, desideris infirmis non succumbat: quanto magis quanto peripicacius aliis fugienda uidet quanto

2. Reg. 15

Mat. 19

Hier. 2.

2. Reg. 7.

quanto hæc ipse per scientiam & uiram uerius declinat. Non sine causa & magna necessitate sunt obiurgationes adhibendæ, & non nisi respectu Dei remota trabe ab oculo. Quid ergo uides festucam in oculo &c. Nota quod oculi sunt sic dicti, siue quia eos ciliorum tegmina occultant, ne incidentis iniuriæ offensione lædantur, siue quia occultum lumen habent, id est secretum uel interpositum. Si inter omnes sensus uiciniores sunt animæ. In oculis enim omne iudicium mentis est. Vnde perurbatio animæ hilaritasque in oculis apparet. Oculi in facie concauis foraminibus inclusi sunt, a quo foramen fons nominata est. Idem quoque gemmarum habentes similitudinem membranis pellucidibus teguntur, per quas quasi per uitrum fulgens mens ea que foras sunt conspicit. Sequitur. [Hypocrita eijce primum &c.] Non enim prius est doctor a. i. idoneus medicus, qui nondum se sanauerit. Hypocritæ male apertus est oculus ad uidentia aliorum delicta: qui suam iactantiam non uidet. Vnde, Cum tua peruideas oculis mala lippus mundus. Cur in amicorum uitijs tam cernis acutum. &c. Vanam oculus qui omnia uidet, seipsum uideret.

DOMINICA V. POST TRINIT.
De cathedra Christi concionantis, & feruore plebis in audiendo Dei verbo.

QUANDO in turba irruerent in Iesum, ut audiret &c.] Luc. 5
Luc. Vbi quatuor uidebuntur. Primum est duarum nauium & Christi circa stagnum præsentialis statio. [Cum turbæ irruerent &c.] Secundum est in nauē Simonis Christi mysterialis ascensio. [Ascendit autem in nauē &c.] Tertium est multitudinis pitiuum uirtutis conclusio. [Respondens Petrus. Domine per totam noctem &c.] Quartum est Petri & aliorū internalis admiratio, & eorū quæ habebat totalis abiectio, ibi. [Quod cū uideret Simon Petrus. Ser. Do. S. Anto. de Padua. Z Quo

3. Reg. 4. Quo ad primum habes concordantiam 3. Reg. ubi dicitur, quod Salomon disputavit super lignis a cedro que est in libano usque ad hyfopum, & differuit de uolucris, uolucris, reptilibus, & piscibus, & ueniebant de cunctis populis ad audiendam Salomonis sapientiam &c. Hyfopus est herba humilis & saxo iherosolymitana. Christus humanitatem significat, qui a cedro usque ad hyfopum disputavit, quia ab excellentia glorie celestis usque ad carnis humilitatem descendit. Aliter, per cedrum que, ravorum superbia significatur. Vnde Psal. Vox domini confringentis cedros. A cedro ergo usque ad hyfopum disputatur, quia superbiorum & humilium contemnit iudicat. Super lignis quoque disputavit, dum in cruce pependit. Tunc enim cedrus, i. arroganciam seculi inclinat usque ad hyfopum, i. humilitatem, i. crucis stultitiam. Verbum enim crucis pereuntibus stultitia est. Martham Salomon disputavit super lignis. Nota. In paradiso fuerunt tria ligna, lignum quo uescitur Adam, lignum uitae, lignum scientiae boni & mali. Ista tria ligna sunt uirtutes, memoria, uoluntas, & ratio. Fructus memorie est dei delectatio, fructus uoluntatis operatio bona, fructus rationis boni & mali distinctio. Disputare est diuersa rationis mente perquirere, ut ad rei ueritatem possit peruenire. Vir ergo iustus super his tribus lignis disputat, i. diuersa rationis mente perquirat. Si thesaurus memorie, bona dei que sunt humilitas & paupertas in carnationis dulcedo predicationis, passio Christi usque ad crucem obedientis, repositus, & reposita conseruatus, si uoluntas Deum & proximum diligit, si ratio inter bonum & malum discernit, haec est disputatio uiri iusti. qui etiam disputat a cedro que est in libano usque ad hyfopum qui egreditur de pariete. Nota quod cedrus arbor alta cuius lignum iocundi odoris est & immarcescibilis, nec a tinea unquam exterminatur, odore suo fugat serpentes, in igne positus corrugatur. Cedrus est uita iustitiae sanctae conuersationis celsitudinis, odorifera exempli bonae fidei, immarcescibilis propositi fidei, firmitatis, inexter-

exterminabilis a tinea mortiferae concupiscentiae, fugat demones mentis compunctione, & respicit mortem carnis mortificatione, & rugatur, idest abbreviatur a propria uoluntate in igne obedientiae. Ista cedrus est in libano, quae interpretatur candidatio, quia uita iusti in interioris & exterioris munditiae candore consistit. Disputat ergo a cedro usque ad hyfopum, qui egreditur de pariete, qui dicitur a paritate, idest aequalitate, quae dicitur unitas sanctorum. A cedro ergo uita sua uir iustus disputat, idest mentem pertractat si sua uita usque ad humilitatem & humanitatem sanctorum pertinet. Sequitur de Christo. Et differuit de uolucris, in quibus gulosi & luxuriosi, in uolucris superbi, in reptilibus auari, in piscibus curiosi assignantur. Tunc de uolucris differit cum ait. Attendite ne grauentur corda uestra in crapula & ebrietate & curis huius uitae, & superueniat in uos &c. Luc. De uolucris cum ait, Volucres caeli hinc nidus, filius autem hominis &c. Mat. De reptilibus cum ait. Nolite thesaurizare &c. Mat. Vix uobis Scribae & Pharisei hypocritae, qui circumitis mare & terra, & estis sicut orbem, ut faciatis unum proselytum. Proselyti sunt de gentibus in synagogam recepti. Et cum dicitur in facitis eum filium gehennae in duplo quam uos. Dum enim uidet uita uestra, reuertitur gentilis factus, & in praeruatione maiori pena dignus est. Sequitur. Et ueniebant de cunctis populis ad audiendam sapientiam Salomonis. Hoc est quod dicitur in euangelio. [Cum uobis inruerent in Iesum ut audirent &c.] Genetae enim dicitur a proprietate loci quasi auram generans, quia crispatus undis de se auram emittit stagnum. Stagnus lacus qui non fluit, sed aqua ibi stat, praesens seculum significat in quo sunt ebullitiones quae generant auram mundanae laudis breuiter transcurrentem. Vnde Psal. Perijt memoria eorum cum sonitu, i. planctu fauore & mundano. Et sicut in stagno aquae coarcentur ut non esuant, sic in mundo libertas peccantium restringatur, ut non quantum uelint in deliciis delectentur. Vnde Luca. Filius

Luc. 21.
Mat. 8.
Mat. 6.

Psal. 9.

Luc. 15.

pdigus cupit implere uentrem de siliquis por. & ne illi
 dabat. Per siliquas porcorum diuersas cogitationes in-
 telligimus, quibus maligni spiritus tãquam porci inerat
 santur, quæ aliquando cupienti non dantur. Frequenter
 enim homo plus peccat quã diabolus suggerat. Præue-
 nit enim homo frequenter diabolium. Vnde Ezech. Da-
 bo te i manus Palestinorũ, qui erubescunt in uia tua se-
 lerata. Grandis pudor quod diabolus erubescit de pec-
 cato hominis quod ei non suggerit, & homo non erube-
 scit. Stabat ergo secus stagnum, idest hoc seculum, ut
 seculi amatoribus uerbum dei prædicaret. Secus stagnum
 stetit, quia in seculo existens seculi gloriam non qua-
 uit, quæ est tanquam lacus ab orbens, immo contemp-
 nit & contemnere docuit. Vnde super hoc concord. 3. Reg.
 Helias reperit Heliseum filium Saphath arantem duo-
 decim iugis boum, & ipse in duodecim iugis boum ara-
 ribus unus erat. Cumque uenisset Helias ad eum, misit
 pallium suum super eum, qui statim relictis bobus cu-
 currit post Heliam & ait. Osculer(oro te) patrem meum
 & matrem meam, & sic sequar te. Dixitque ei. Vade, &
 reuertere. Quod enim meum erat, feci tibi. Reuersus au-
 tem ab eo tulit par boum, & mactauit illud, & in aratro
 boum coxit carnes, & dedit populo & comederunt. Mo-
 raliter. Cum redemptor noster descendit de celo, diuino
 iudicio acquisiuit populũ adhuc terrenis operibus inhi-
 bitantẽ, in quo salutem fecit cum eum ad fidem conuer-
 tit. Helias enim interpretatur Deus meus, Saphath in-
 ditans. Heliseus dei mei salus. Super quem propheta mi-
 sit pallium suum, cum dominus populum suum fide ca-
 tholica induit. Vnde q in Christo baptizati estis (dicit
 Apostol. Gala.) Christum induistis. Sequitur. Relictis
 bobus cucurrit post Heliam. Quia electorum chorus
 auditõ, Nisi quis renunciauerit omnibus &c. statim ces-
 savit luctis inhiare, secularibus desideriis deserere, &
 sic alius uerbum uitæ prædicauit. Hoc est enim oscula-
 ri patrem & matrem, quoscunque potest siue de Iudæa
 siue de gentibus sermone uelle corrigere. Tulit par boum

Ezech. 15

2. Reg. 19.

Gala. 3.

& mactauit illud &c. Per quod carnem & spiritum in-
 telligimus, quorum carnes, idest carnales concupiscen-
 tias, in aratro, idest in cordis contritione coquere debe-
 mus, & populo dare ut comedat, ut quos mala uita scan-
 dalizauimus, ueræ penitentia exemplo reficiamus.

In uia duas naues stantes &c. Iste duæ naues sunt Hie-
 rusalem & Babylonia, paradus & Aegyptus, Abel &
 Cain: Iacob & Esau. i. congregatio uere penitentium, &
 nefanda collectio secularium. In his enim duobus oēs
 homines comprehenduntur. Et istæ sunt duæ mulieres
 meretrices, de quibus. 3. Reg. dicitur. Venerunt duæ mu-
 lieres meretrices ad regem Salomonem. Merito ad illũ
 meretrices uenerunt, quem postmodum deceperunt.
 Quarum una ait. Obsecro mi domine &c. Nota histo-
 riam. Date huic infantem uiuum, & nõ occidatur. Hæc
 est enim mater eius. Meretrices dicte a merendo stipen-
 dii libidinis. Istæ duæ meretrices duas significant uitas.
 Vere penitentium scilicet & carnalium. Sed attende di-
 ligenter quod uitam penitentium dicimus per mere-
 tricem significari, nõ pro eo q meretrix fiat uel sit, cum
 iam ad maritum & sponsum suum sit conuersa, sed pro
 eo q meretrix fiat dum diabolo adhæsit. Simile quid ha-
 bes Marci. Cum esset Iesus in domo Simonis leprosi,
 non quod tunc leprosus erat, sed quia ante fuerat. Hæc
 uita sunt illæ duæ uirgæ de quibus Zacha. Assumpsi mi-
 hi duas uirgas unam uocaui decorem, & alteram uoca-
 ui funiculum. Nota quod uita penitentium dicitur uir-
 ga decora. Virga, quia sub disciplina rigore posita, De-
 cora, quia lachrymis ab omni lepra peccati mundata.
 Vita carnalium dicitur funiculus, quia peccatorum
 horum funibus constricta. Quanta uero mala Cain,
 Abel, Esau, Iacob, carnaliter penitentibus infe-
 rant, ostenditur cum subditur. Ego & mulier hæc ha-
 bitabamus in domo una &c. Ecce duæ naues stantes in
 stagno. Stagnum & domus, mundum significant, in
 quo istæ duæ mulieres habitant pariter. Penitentes
 parant opera lucis hæredem uitæ æternæ in cordis

3. Reg. 3.

Mar. 14
Zac. 13

amaritudine, de quorum partu dominus dicit. Mulier cum parit, tristitiam habet. Pariunt & carnales opera tenebrarum filios gehennæ in carnis gaudio, de quibus Prouerb. 2. Latentur cū male fecerint, & exult. &c. Et hæc in tertio die. Ex adulterina diaboli suggestione primo concipiunt in consensu mentis. Deinde portant in proposito malæ uoluntatis. Tertio protrahunt peccatum in effectu operis. Et eramus (inquit, simul, nullusque alius nobiscum &c. In mundo enim simul habitamus. Vnde Iob. Frater sui draconum, & socius Struthionum. In area enim granum cum palea. In torculari uinum & uinacea, oleum & anurca. Sequitur. Mortuus est autem filius mulieris huius &c. Opus carnalium moritur cum per subsequentem culpam suffocatur. Nocte prauæ intentionis. cœcitate mentis interficitur filius mulieris huius, dormiens quippe oppressit eum. 1. Thesl. Qui dormiunt, nocte dormiunt, qui ebrii sunt &c. Intempesta dicitur non opportuna, quando nihil potest agi, & omnia quæta sunt, nam tempestiuum est opportunum. Vel intempesta nox alta, obscura, & media. Hanc auctoritatem sic exponit Gregorius de carnalibus doctoribus, quidum quod dicunt, facere negligunt, per somnum cordis auditores suos occidunt, & negligendo opprimunt, quos alere in uerbo lacte uidebantur. Vnde dum reprehensibiliter uiuant, & habere discipulos laudabilis uitæ nequeunt, alios sic attrahere conantur, ut dum honos se habere sequaces ostendant, apud iudicia hominum excusant mala quæ agunt, & subditorum uitam regunt per mortisram negligentiam. Vnde mulier quæ proprium extinxit filium, quæ fuit alienum, sed matrē uerā Salomonis gladius inuenit, quia cuius filius uiuat uel iterum extremo examine ira iudicis demonstrabit. Et nota quod uiuens filius diuidi prius præcipitur, ut soli postmodum matri reddatur, quia in hac uita quasi partiri conceditur uita discipuli, dum ex illa alter apud Deum meritum, alter apud homines habere laudem permittitur. Sed falsa mater quæ non genuit occidi non meruit, qui

arrogantes magistri & charitatis ignari si plenissimum nomen laudis ex alienis discipulis consequi nequeunt, eorum uitam crudeliter insequuntur. Inuidia enim succubi nolunt alios uiuere, quos se conspiciunt non posse possidere. Vnde ait. Nec mihi nec tibi sit, sed diuidatur. Quos enim sibi obsequi non uident ad gloriam temporalem, eos alijs inuidet uiuere per ueritatem. Sed uera mater satagit ut suus filius saltem apud extraneam sit & uiuat, quia concedunt ueraces magistri, ut ex eorum discipulis alij magistri laudem habeant, si tamen integritatem uitæ non amittant. Per quæ pietatis viscera hæc eadem uera mater cognoscitur, quia omnino magisterium in examine charitatis approbatur. Sola totum recipere meruit, quæ quasi totum concessit, quia fideles præpositi pro eo quod ex bonis discipulis non solum alijs laudem non inuidet, sed etiam utilitatem profectus exoritur, ipsi integros filios & uiuentes recipiunt, quando in summo iudicio ex eorum uita perfectam retributionem afficiuntur. Sic patet de his duabus nauibus. Sequitur. *[Piscatores autem descenderant, & lauabant retia.]* Notandum ab utraque nauē, pœnitentiam scilicet & carnalium, piscatores descendere. Pœnitentes autem descendunt ab eo quod sunt per gratiam ad illud quod sunt per naturam, de gradu scilicet excellentioris uitæ ad cōsolationem fragilitatis propriæ. Carnales a timore superbæ descendunt ad cinerem pœnitentiæ. Et lauabant retia. Ibi Glossa. Lota retia plicat qui intermissio prædicandi officio, quod alios decuit, imbere satagit. Petrus sciens nauiculam sibi commissam ferri maris fluctibus, concuti uentis, & periculis exponi, tanquam prouidus nauclerus eidem ut ad portum quietis incolumis perueniret, arborem & uelum, gubernaculum, & anchoram, & remos hinc inde mirabili fecit magisterio. Ait enim. 1. Pet. In fide autem omnes unanimes, compatientes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles


1. Cor. 12

1. Cor. 12

cati estis, ut benedictionem hereditate possideatis. Vnanimis, ecce arborem in medio navis, vnanimitatem scilicet fidei & cordis in ecclesia. Multitudinis autem credentium erat cor vnum & anima vna. Actuum. Complices, ecce velum, sicut enim velum trahit navem sic compassio trahit ad te cui proximi necessitatē. Vnde prima Corinthi. Si quid patitur unum membrum, compariuntur omnia membra. Fraternalitatis amatores. Ecce gubernaculum, sicut enim gubernaculum recte navem dirigit, & in obliquum declinare non permittit, in quo maior navis us ad portum deducenda consistit, sic amor fraternalitatis congregationem fidelium regit ne errat, & ad portum securitatis perducit, quia ubi charitas & dilectio ibi sanctorum congregatio. Misericordes. Ecce anchoram, quae sic dicta quasi vna, id est curua. Sicut enim anchora sua curvitate capit, & dum capit capitur, & capta navem retinet, sic misericordia Dei ex corde capit proximum, & capitur a proximo, & dum detinet et tinetur, dum ligat ligatur, qua alligatione navis, id est anima nec in dis tentationum, nec fluctibus suggestionum a sua quietis stabilitate commouetur. Modesti, humiles, ecce remi a dextris. Non reddere malum pro malo, sed reuerfo. Ecce remi a sinistris. Istis octo navis ista si fuerit parata & ornata recto cursu ad benedictionem aeternae hereditatis, ad portum quietis poterit pervenire. Quod nobis prestare &c.

In eadem Dominica. De Christi ascensione in navim Petri.

1. Reg. 10.
1. Reg. 10.



Ascendens autem in unam navim quae erat Simonis &c. usque in captivam. Super hoc cor. illud. 3. Reg. Classis Regis Salomonis per mare ibat in Tarsis deferens inde aurum & argentum dentes elephorum

Proth. 11

Gen. 42.

ram Simias & pavos. Classis Salomonis & navis Salomonis idem signifi cant. Navis dicta, quia gnauum id est peritum rectorem quærit, qui gubernare non potest propter marina periculas præcauens. Vnde illud Proth. 11. Intelligens gubernacula possidebit. Navis ecclesie est Christi, commissa curæ Petri, quæ per Petrum non fatuum rectorem, non vastatorem quærit, ut se inter pericula defendere possit. Hæc est classis Salomonis: quæ per mare huius mundi vadit in Tarsis id est ad illos qui gaudium mundi explorant, ut in ipso gaudeant. Per aurum humana sapientia, per argentum philosophica eloquentia, dentes elephorum doctores fortes paruulis cibum masticates uerbum Dei, per Simias actus humanos imitantes, sed bestialiter uidentes, qui ad fidem ex gentibus ueniunt, & fidem uerbis tenere uidentur, operibus autem negant, Per pavos quorum caro si siccata fuerit impuribilis permanere dicitur, qui pennarum pulchritudine uestiuntur, significantur perfecti igne tribulationis decocti adeo uariis uirtutibus decorentur & figurentur. Hæc de Tarsis scilicet de uariis maris fluctibus seculi per prædicatores ecclesie ad Salomonem Iesum Christum deferuntur. Moraliter. Classis Salomonis est mens penitentis, quæ per mare, id est amaritudinem contritionis vadit in Tarsis, id est explorat quæ commisit & omisit peccata & circumstantias, unde uenit, ubi est, & quo uadit, quantum ista caro misera sit & fragilis, & mundi prosperitas fallibilis & labilis. Vnde Gen. dixit Ioseph ad fratres suos, Exploratores estis, ut uideatis infirmiora terræ, uenistis. Penitentes uere sunt exploratores, qui infirmiora terræ, id est fragilitatem & infirmitatem carnis suæ quotidie, in amaritudine considerant. Ibi sunt exploratores quibus Iosue dixit. Iosue. 2. Ite, considerate terram urbemque Hierico. Hierico interpreti luna, & significat defectiuam mundi prosperitatem quæ uiri iusti exploratores missi ad explorandam, in ea non inueniunt nisi amaritudinem & dolorem. Ex hac igitur explorat-

ploratione defert aurum & argentum. In auro conscientie depuratio. In argento laudis confessio. In elephantorum dentibus sui accusatio & reprehensio. In sima propriae sceleris consideratio. In pavonibus gloriae uirentis abiectio designatur. De primis duobus Job. Habet argentum uenarum suarum principia, & aurum in quo conflatur. Principium uenarum est corbuminis. A corde ergo hominis debet exire argentum, id est confessio diuinæ laudis. Sed dicit Hier. Prope auri domine ori eorum, & longe a renibus eorum. Corbuminum est in renibus & luxurijs, & laus Dei in labijs eorum. Principium a quo debet defluere argentum laus a Deo. Quomodo ergo argentum dominicæ laudis dulce resonabit in aure omnipotentis, qui dicit, Filij danti hi cor tuum. Et ad cor respicit Deus. Auro locus est in quo conflatur, id est gloriae conscientie depuratio in conflatario examinationis propriae. Hic est locus auri, non hominum lingua, in qua si aurum conflatur, conmiratur. Miser est qui plus credit linguae alienae quam conscientiae propriae. Flerique famam conscientiam perueniuntur: quasi plus sit laudari quam esse laudabilem. De accusationis & reprehensionis dentibus Job. Lacerato carnes meas dentibus meis. Dentibus carnes lacerat, qui carnalitatem suam digna reprehensione accusat. Et recte poenitentes significantur per elephantes, quibus inest clementiae bonum, quia si per deserta uagabundum hominem uiderint, ducatum ei usque ad nota, uiam praebent, uel si conseris pecoribus occurrerent, uiamque sua blanda manu faciunt. Natu maximus ducit agmen, & aetate proximos cogit sequentes. Flumen transire minimos mittunt ante se, ne maiores ingressus alueorum atterant, & profundum gurgitem pressis uadis faciant. Simile est clementiae bonum uitis iustis. Fratrem eorum ad uiam reducant, pecoribus, id est simplicibus, blanda & placida operationis manu uiam per quam illi pergant faciunt, exemplo & uerbo duces aliorum sunt, per flumen huius uitae ad patriam transire minimos mittunt

Hier. 12

Job. 13

mittunt ante se, quia incipientibus qui adhuc ad robur uirtutis non peruenerunt, misericorditer compatiuntur, ne si perfectorum austeritatis uiam teneriores inciderint, ab huiusmodi incepto opere lassari deficient. Sicut autem simae cauda carent, qua sceleris suae turpitudinem operiant. Sic ueri poenitentes excusationis uiam non habent qua peccata sua pallient, sed nude & aperte ante hominum, sed solius Dei erubescunt aspectum, turpitudinem quam commiserunt, detegunt. Item in pavonibus gloriae temporalis abiectio designatur. Vnde nota quod pavo eiicit suas pennas cum prima arbore eiiciente folia sua, & post nascitur ei pluma cum arbore incipiunt primo frondescere & fructicare. Prima arbor fuit Christus, quae plantata fuit in orto uoluptatis in utero beatæ uirginis. Huius arboris folia sunt ipsius uerba, quae cum praedicator in praedicatione eiicit, & peccator ipsa suscepit, penas, id est diuitias abiicit. In generali uero resurrectione qua omnes arbores, id est omnes sancti incipient uirescere, pavo ille, qui mortalitatis pennas abiicit, immortalitatis pennas recipiet. Item in pavonibus gloriae temporalis abiectio designatur, & sicut in pennis pavonis est pulchritudo, & in peccatorum turpido, per quorum considerationem reprimi in (ut ita dicam) eius pulchritudo. Sic poenitentes huius seculi gloriam abiiciunt per suae uilitatis & incinerationis recordationem. Tales mentes ueri poenitentes deserunt de se, & sua quotidie non desinunt explorare. Dicamus ergo. [Ascendens in unam nauim, quae erat Simo- &c.] Rogat Christus ecclesiae suae praetatum ut a terra ipsam reducat pusillum, & sibi commissos ad gubernandum ab amore terrenorum abstrahat. Sed certe qui terra adheret, & gibbosus est, & ad terram incuruatus, quomodo alios a terra reducet? Moysen, quando cum more & filiis (ut dicit Exod.) proficitebatur in Aegyptum ut educeret populum Israel, angelus uoluit inter- &c. Exod. 4
fere, sed quando uxorem & filios reliquit, angelus dimisit eum. Sic praetati & sacerdotes nostri temporis qui per

per Moysen figurantur, habent uxores & filios, ad literam. Septuaginta post sacerdotes clamantia Vex, ueh, ueh. Sed occurret ei dominus, & occidet eos nisi uxores & filios a se separauerint, quibus separatis, dicit dñs. [Re-
 3. Reg. 10^o *uenem a terra pugili.* [Sequitur. Et sedens doc bar de manu
 cula turbas. Super hoc concor. terij. Reg. Fecit. Rex Salomon thronum de ebore grandem, & uestiuit eum auro, & habebat sex gradus &c. Nota quomodo hæc autoritas tribus modis exponi potest. De ecclesia primo de anima secundo, de beata Maria tercio. De ecclesia sic. Solium Salomonis ecclesia esse intelligitur, in qua pater noster regnans iudicia sua facere dinoscitur. Bene de ebore factum esse dicitur, quoniam elephas cuius hæc ossa sunt, inter quadrupedia sensu plurimum ualens, & temperatiue miscetur foeminae suæ, & secunda coniuge nutritur. Hæc pudicis aptantur, qui per castitatem Christi præcepta sequuntur. Hoc uestiuit auro, quia splendorem gloriæ suæ in eo, scilicet ecclesia, per miracula cetera scere fecit. Sex diebus fecit Deus ornamentum mundi, qui numerus perfectione sua perfectionem operum significat. Septimo die requieuit Deus. Vel quia sex partibus mundus constat, in quibus licet operari, quis in celestem patriam desiderat, bonis operibus festinet ascendere. Rotunditas throni in posteriori parte significat requiem æternam, quæ post hanc uitam sanctis est futura, & quisquis hic bene laborat mercede remuneratus peregrini quiete perfruetur. Manus tenentes sedile, significant solatia diuinæ gratiæ, quæ ecclesiam ad celsitate regnum prouehunt, ideo duæ, quia in utroque testamento hæc prædicatur, quia non nisi diuino adiutorio aliquid boni perfici potest. Per leones duos, patres utriusque testamenti significatur, qui fortitudine animi sibi & alijs dominari didicerunt. Hi iusta manus stabant, quia sancti patres quicquid boni fecerunt, non sibi, sed Deo imputauerunt. Unde. Non nobis domine non nobis. Per duodecim leuenculos, prædicatorum ordo, apostolice doctrinæ sequens significatur. Hi supra sex gradus hæ-

atque

atque inde stat, quia bonorum operum gressus hinc & inde doctrinis & exemplis murum ecclesie circumdant. Fecit rex Salomon &c. Nota quod aliquid faciendum, duo sunt necessaria. Sapientia, id est uirtus, Sapientia disponitur, uirtute confirmatur. Iesus Christus qui est dei uirtus & sapientia, fecit sibi thronum, in quo requiesceret. Thronus est anima cuiuslibet iusti, quam sua sapientia Christus creauit. Cum uero esset sua, uirtute recreauit eam esse perditam. Fecit ergo thronum, ut in ipso requiesceret, quia anima iusti sedes est sapientiæ. Unde iia. 66. dicit. Ad quem respiciam nisi ad pauperculum, id est humilem & contritum in spiritu, & trementem termenes meos? Et Proverb. Rex qui sedet in folio iudicii, dissipat omne malum inuitu suo. Sic Christus rex regum sedet in folio, id est requiescit in anima & dissipat omne malum, carnis mundi, & diaboli, inuitu suo, id est respectu suæ gratiæ. Fecit, inquit, thronum ebore. Nota quid ebur, aurum saluum, quid summitas rotunda, quid pars posterior, quid duæ manus, quid sex gradus, quid duo leones, & duodecim leuenculi. Ebur a barro, id est elephante dictum est. Nota, inter elephantes & dracones est iugis discordia. Unde se dracones inuoluunt pedibus elephantum. Sic inter uiros iustos significatos per elephantes, & dracones, id est dæmones, est iugis discordia, quia dæmones pedibus, id est affectibus iustorum insidias ponunt, quibus ipsos angues iusti interficiunt. In se enim necantur, unde uenenum infundere querunt. Ardens luxuria dæmonis castitati sanctorum nocere studet, quam tunc maxime inuadit, cum ipsos gula editos uiderit, per ipsam enim charitatis ignis languebit. Oculos super omnia perunt, quia per ipsos nouerunt esse prima iacula luxuriæ. Vel oculos, id est rationem & intellectum, qui sunt oculi animæ, prius perunt ut ipsos eruant, & aures uolunt obturare ne uerbum Dei possint audire. Fecit ergo thronum de ebore, quo ad castitatem, grandem, quo ad contemplationis celsitudinem. Vestruit eum auro fuluo. Ver-

Ris

osea. 5. **nant.** Vnde Osee. Audite hæc sacerdotes, quia uobiscum est iudicium: quoniam laqueus facti estis speculationi, & sicut rete expansum subter Tabor, & uictimas declinastis in profundum. Nota ista tria, Laqueus, rete, declinastis. In quibus mihi negligentia, auaritia, gula, & luxuria sacerdotum notantur. Negligentia: ibi. Laqueus facti estis speculationi. Sacerdotes sunt dati ad speculandum, sed eorum negligentia subditi incidunt in laqueum diaboli. Auaritia, ibi. Sicut rete expansum subter Tabor. In monte Tabor transfiguratus est Christus, & interpretatur lumen ueniens & significat altare, in quo fit transfiguratio, id est transsubstantiatio de specie panis & uini & corpus Christi & sanguinem. Per quod sacramentum uenit lumen in animas fidelium. In hoc monte Tabor sacerdotes nostri temporis, & (ut uerius dicam) mercatores expandunt rete suæ auaritiæ ad congregationem pecuniæ. Celebrant enim missas propter denarios, quos si se recepturos non crederent, minime missam celebrarent, & sic sacramentum salutis uertunt inimum cupiditatis. Gula & luxuria, ibi. Declinastis uictimas in profundum. Victimæ sunt oblationes fidelium, quas in profundum (quod dicitur procul a fundo, id est gula & luxuria) declinant. Victima dicta eo quod ictu percussa cadat. Oblationes enim fidelium quos excoeriant, eorum iumenta, pulli, & focariæ filij impinguntur. Præceptum fuit in lege Deut. 23. Ut manser, id est de scorto natus non ingrederetur in templum domini, & ecce filij meretricum non solum ingrediuntur sed et bona domus domini comedunt. Sequitur tertium.

Psa. 103. **Et respondens Simon dixit illi. Præceptor per totam noctem etc.** Nox dicitur a nocendo oculis, tenet enim oculos ne uideant. Qui enim in nocte laborat nihil capit, immo ante capitur. Psalm. Posuisti tenebras & facta est nox in &c. Cum nox, id est obscuritas peccatorum fit in anima tæbæ bestia, id est demones per ipsam transeunt ipsam dilaniantes. Qui in nocte, id est obscuritate huius uitæ laborat ut aliquid transitorium inueniat, nihil capit. Ipsa enim

enim temporalia nihil sunt per naturam, & sic gentes, scilicet gentiliter uiuentes, sed non per gratiam, quia male esse non est esse, & quia uero esse cecidit, nihilum & inane potest reputari. Esse uere proprieque dicuntur, quæ nec intentione crescunt, nec detractione minuuntur, nec uariatione permutantur. Esse autem non habet contrarium nisi non esse. Qui ergo in retentione temporalium rerum crescit detractione, id est charitatis defectu minuitur, uariatione mentis scilicet instabilitate permutatur, a uero cecidit esse, & quasi nihil & inane reputatur. Sequitur. [In uerbo autem tuo laxabo rete.] Glossa. Nisi in uerbo gratiæ supernæ, id est interioris inspiratione laxata fuerint instrumenta prædicationis, frustra prædicator uocis suæ iaculum mittit, quia fides populorum suorum non in sapientia uerbi compositi, sed diuinæ uocationis munere prouenit. O uana præsumptio. O humilitas fructuosa. Qui nihil ante ceperant magnam in uerbo Christi concludunt multitudinem piscium, quia modo cum electis tot reprobi intrant. Rûpi tur rete, sed non labitur piscis, quia dominus suos seruat etiam inter persequentium scandala. In uerbo autem tuo non meo, laxabo rete, q. d. quotienscunque in uerbo meo laxauit, nihil cepi, & si cepi, non piscem sed ranam loquacem cepi, quæ me laudaret, & nihil hoc fuit. In uerbo autem Christi laxat rete qui nihil sibi sed totum illi attribuit, qui secundu[m] quod prædicat uiuit, quod si fecerit comprehendet piscium multitudinem copiosam. Vñ sup hoc 3. Reg. Helias ascendit in uerticem Carmeli, & pronus in terrâ posuit faciem suam inter genua sua, & dixit ad puerum suum. Prospice contra mare &c. & reuertere septem uicibus. In septima autem uice ecce nubecula parua quasi uestigium hominis ascendebat de mari &c. & facta est pluuia grandis. Nota ibi omnia ista, quid Helias, quid uertex Carmeli, quid pronus in terram, quid facies inter genua, quid puer, quid septem uices, quid nubecula & uestigium hominis, quid mare, quid nubes & pluuia grandis, Helias est prædicator, qui debet ascendere in uerticem

Vertical text on the left margin, possibly a page number or header.

Main body of text on the left page, appearing as a list or series of entries.

Vertical line of text or a separator between the two pages.

Main body of text on the right page, continuing the list or entries.

Vertical text on the right margin, possibly a page number or header.

Iudi. 15

conuersione peccatorum, sicut faciebant illi de quibus Iudicum. Percussit Sampson Phylistæos ingenti plaga, ut stupentes suram femori imponeret. Sura est pars posterior. Cum percutit Deus Phylistæos, idest demones, liberat Israel, idest animam de manu peccatorum, stupentes suram femori debemus imponere. In femore, carnis delectatio, cui tunc suram superponimus, cum exemplo peccatores conuersi carnis delectatione afflictione reprimimus. Sequitur. [Noli timere, ex hoc iam homines eris capiens.] Ex hoc, idest deinceps, hoc ad ipsum Petrum pertinet. Spiritualiter enim exponitur, quod sicut tunc per retia pisces, sic aliquando per uerba caperet homines. Vel ex hoc quod fuisse humilis uitæ tuæ maculas erubescens, confessionem uerecundam non reprimens, sed potius detecto uulnere remedium quærens, eris homines capiens. [Et subductis ad terram nasibus relictis omnibus securi sunt eum.] Christus gigas geminæ substantiæ, cursor leuis, explicans uias suas, exultauit ad currendum negotium pro quo uenerat & perficiendum. Qui uult ergo sequi eum, necesse est ut omnia relinquat, deponat & postponat, quia currentem sequi non potest oneratus. Vnde. 3. Reg. Manus domini facta est super Heliam accinctis que lumbis currebat. Manus, idest manus est gratia dei, quæ cum sit super hominem, tale ac tibi ei confert munus, ut scilicet accinctis lumbis per castitatem currat paupertate, nudus nudum, pauper pauperem sequatur Christum. Hoc est quod dicitur. 1. Pet. Dominum autem Christum sanctificate in cordibus uestris. Dominus dicit a dominatu. Christus a chrismate. Sanctus latine, idest hagnos græce, idest sine terra. In qua sunt quatuor, immunditia, insatiabilitas, obscuritas, & fragilitas. Qui est sine terra, idest terrenorum amore, in qua est immunditia luxuriæ, insatiabilitas auaritiæ, obscuritas inuidiæ, & fragilitas incōstantiæ, iste proculdubio tanquam humilis seruus dominum, tanquam uerus Christianus sanctificat Christum in corde suo. Rogemus. &c.

3. Reg. 8

1. Pet. 3.

Domi-

Domini ca. VI. post Festum Trinitatis.
De ueræ, ac falsæ iustitiæ discrimine.



Isi abundauerit iustitia uestra plusquam scribarum. &c. [Matt. Vbi tria hortamur. Primo ad abundantiam uirtualem, ibi. [Nisi abundauerit iustitia uestra &c.] Secundo ad modestiam salutarem, ibi. [Ego autem dico uobis. Omnis qui irascitur.] Tertio ad concordiam sociale, ibi. [Si offers munus &c.] Pro thema. est. Dicitur. 3. Regum, quod in uasibus templi erant sculpta Cherubim, leones, boues, & lora dependentia. Ad fabricam domus sustinendam conueniunt capitella, columnæ, & bases. Capitella dicta quia capita columnarum fuerunt prophetæ, de quibus ibi. capitella quæ erant super capita columnarum quasi opere lili, &c. Per liliū superna claritas æternæ patriæ, & immortalitatis floribus redolens paradisi designatur amœnitas, quam prophete patres apostolorum in suis prophetiis nobis ediderunt. Columnæ fuerunt apostoli, de quibus Psal. Ego confirmaui columnas eius. Vnde hic dicitur, Salomon erexit columnas, unam uocauit Iachin, alteram Booz. Iachin interpretatur firmitas, boos. i. robur. Per has apostoli designantur, qui bene duæ columnæ dicuntur, quia bis post Christi resurrectionem acceperunt spiritum sanctum. Primo in terra, ut diligeretur proximus. Secundo e celo, ut diligeretur deus. In Christi resurrectione firmitatem in sancti spiritus missione robur, indeficiens acceperunt. Bases sunt nostri temporis prælati & prædicatores, in quibus debent esse sculpta ista quatuor, Cherubim, Leones, boues, & lora. In Cherubim, scientia & doctrinæ, & uita angelica. In leonibus, terror potentie. In bobus, mansuetudo mite. In loris, uincula disciplinæ designantur. Sint ergo sculpta obsecro, in basibus scientia doctrinæ ut doceant: terror potentie ut

Mat. 5.

3. Reg. 7

Psal. 73.

Aa 3 cor-

The first part of the report deals with the general situation in the country. It is noted that the economy is still in a state of depression, and that the government is facing a serious financial crisis. The report also mentions that the population is suffering from widespread poverty and unemployment.

2. 1951

In 1951, the government introduced a series of measures to improve the economic situation. These included a reduction in government spending, a devaluation of the currency, and a program of industrialization. The report notes that these measures have had a mixed effect, with some improvements in certain sectors but a general decline in living standards.

3. 1952

The year 1952 was marked by continued economic difficulties. The government's policies were largely ineffective, and the country's financial position worsened. The report highlights the need for more radical measures to address the crisis, including a complete restructuring of the economy and a new approach to foreign relations.

4. 1953

In 1953, the government implemented a series of reforms aimed at stabilizing the economy. These included a new tax system, a program of land reform, and a series of measures to improve the efficiency of the public sector. The report concludes that while these reforms have made some progress, the country remains in a state of economic transition, and further action is required to achieve long-term stability and growth.

The second part of the report discusses the political situation in the country. It notes that the government is facing increasing opposition from various groups, and that there is a growing demand for political reform. The report also mentions that the military is becoming more assertive in its role in the government.

The report also touches upon the social situation in the country. It notes that there is a growing awareness of social issues among the population, and that there is a demand for greater social justice and equality. The report mentions that the government is facing pressure to address these issues, but that it has been slow to do so.

Finally, the report discusses the international situation. It notes that the country is facing a complex and challenging international environment, with a number of major powers vying for influence in the region. The report mentions that the government is struggling to maintain its independence and to secure a favorable position in the international system.

The report concludes by summarizing the main findings and recommendations. It emphasizes the need for a comprehensive and coordinated approach to address the country's economic, political, and social challenges. The report also notes that the success of these efforts will depend on the government's ability to implement the reforms and to maintain a stable and democratic political system.

The report also includes a number of statistical tables and charts, which provide a detailed overview of the country's economic and social indicators. These tables and charts are essential for understanding the current situation and for evaluating the effectiveness of the government's policies.

The report is a valuable document for anyone interested in the development of the country. It provides a clear and concise overview of the current situation and offers a number of practical recommendations for improving the country's economic, political, and social conditions.

& interficiet in torrentem Cison . Veniet Salomon & interficiet Adoniam qui regnare uoluit , & Semei qui Dauid maledixit , & Iobab qui duos principes Israel meliores se interfecit . Sequitur de iustitia pœnitentium Helias ædificauit altare &c. Helias est pœnitens , qui fidei altare peccatis defectum , de lapidibus uirtutum reædificat , in quo sacrificium laudis in odore suauitatis affert . Facit aquæ ductum &c. Ex contrito scilicet & humiliato spiritu flumina producit lachrymarum præ timore gehennæ & desiderio uitæ æternæ , Ibi etiam cõponit ligna , quia sanctorum dicta & facta ad exemplum sibi assumit . Diuidit etiam per membra bouem & ponit super ligna , cum omnes actus suos ad exempla sanctorum patrum informare studet , & fundit semel & iterum & tertio aquam super holocaustum & ligna , quia omni tempore cogitationes , uerba , & opera in conscientie puritate & lachrymarum compunctione debent conseruari , & non prius cessat quam fossæ aquæ ductus repleantur , id est donec futurum gaudium præsentis merore perfecte compleatur . Sicque erit iuxta illud quod sequitur . Cecidit ignis de cœlo , & deuorauit holocaustum &c. scilicet quando discrimen superni iudicis dicta ac facta & totam uitam nostram perfecte examinans probando , nos sicut probatur in igne argentum , immortales sanctos ac beatos in sede perpetua collocabit , ut ad instar Israelitarum in æternum gratulando canamus . Dominus ipse Deus . Talis est iustitia iustificans pœnitentis , de qua dominus . [*Nisi abundauerit iustitia uestra &c.*] Et nota quod iustitia est qua recte iudicando sua cuique tribuuntur , dicta quasi iuris status . Quinque tenentur quilibet exhibere iustitiam , Deo honorem , sibi ipsi cautelam , proximo dilectionem , mundo contemptum , peccatis odium . Illis quinque respondent illa quinque in introitu Missæ . Dominus fortitudo plebis sue &c. Si domino honorem exhibueris , ipse erit fortitudo tua . Si tibi ipsi cautelam pro posse tuo adhibueris,

bueris , protector in salutem tibi erit . Si proximum dilexeris , saluum teipsum facies . Si mundum contempseris , tibi benedicet , quia es eius hæreditas . Si peccatum oderis , te reget , cum quo uiues in seculum seculi . Nota ista de epistola . Consepulti , &c. De latere Christi exiuit sanguis & aqua . Aqua scilicet baptismatis , & sanguinis redemptionis . Aqua propter corpus , quia aquæ multæ populi multi , Sanguinis propter animam , quia anima uiuit in sanguine . Totum ergo Deo debemus qui totum redemit ut totum possideret . Quicunque ergo baptizati sumus in Christo Iesu , idest in fide Iesu Christi in morte ipsius , idest in sanguine eius mundati sumus . Apoc. Dilexit nos , & lauit nos a peccatis in sanguine suo . Nota , sanguis extractus a latere columbæ absterget maculas sanguinis ab oculo . In ipso ergo honorem & reuerentiam quicquid sumus , quicquid possumus exhibere debemus , qui maculas sanguinis , idest peccati absterget ab oculo animæ nostræ sanguine suo . Columba Christus , carens felle , gemitum plantatum promens , latus suum aperiri uoluit , ut sanguinis maculam abstergeret , & cuiuslibet paradisi portam aperiret . Secundo nobis cautelam exhibere debemus . Unde sequitur . Consepulti sumus cum illo in mortem per baptismum , idest uitiorum mortificationem . Sicut enim Christus dolorem crucis sustinens membra distenta & confixa habuit , in sepulchro quieuit humanis aspectibus subtractus , Sic nos cruorem pœnitentiæ sustinentes membra confixa per continentiam habeamus , ne ad priora redeamus , a quibus ita perfecte quiescamus , ut nec eorum uisio nec memoria habeatur . Tertio debetur proximo dilectio , hæc est enim nouitas uitæ . Mandatum (inquit) nouum do uobis ut diligatis inuicem . Item quarto , & quinto , Mudo contemptum & peccato odium exhibere debemus . Unde sequitur . Si enim complantari , &c. Si de pomario Babylonico , in quo scilicet iudices Susânâ inuenerunt , trasplantati fuerimus , & in horto spõsi , in quo ipse fuit sepultus

Apoc. I.

com-

Handwritten text, possibly a date or page number.

Main body of handwritten text on the left side of the page, appearing as a list or series of entries.



Main body of handwritten text on the right side of the page, continuing the list or entries.

Vertical text or markings along the right edge of the page.

3. Reg. 1

eum current. Reg. Per Adoniam qui interpretatur dominus dominans significatur iracundus, qui tamquam dominus alij vult dominari. Hic est filius Agith, qui interpretatur meditatio. Ex meditatione enim peruersa nascitur iracundia, qua peccator eleuatur, dicens. Ego regnabo. Quanta stulticia? Qui seipsum nondum bene regere nouit, alijs præesse cupit. Fecitque sibi currum & Currus, linguam: Equites, uerba: Quinquaginta uiri, quinque corporis sensus significant. In maledictio uolubilis linguæ curru gladio subintrando, igne comburendo, peccatoris animus effertur, cum ira succenditur, currunt & discurrunt uerba tamquam equites impugnant, obediunt quinque corporis sensus telle iracundiæ infecti. In oculis obscuritas. In auribus surditas. In manibus est crudelitas, & sic de singulis. Hic est ille homicida Zambri, de quo Reg. dicitur. Ingressus palatium succendit & cum domo regia, & mortuus est in peccatis quæ fecerat. Zābri interpretatur iste lacessens uel amaricans, & significat iracundum, qui se & domum regiam, id est animam suam regio sanguine emptam in igne iracundiæ succendit, & sic peccans mortaliter moritur coram domino. Unde recte iracundus signatur per basiliscum, qui est serpens semipedali longitudine, singulare malum in terris, qui flatu suo extinguit herbas, necat arbores, & animalia cætera occidit & incendit. Ipsas etiam auras corrumpit, ita ut in aere nulla auium impune transuolet, & infecta spiritu pestilenti aura sibilum eius etiam serpentes pauere facit, & cum acceperint fugam, omnia ueneno inficit, & ab eo quicquid morsum est, occiditur, nec deprecatur fera, nec atrectat ales. A mustelis tamen uincuntur, quas indeo homines inferunt cauernis in quibus delitescit. Sic iracundiæ ueneno aliquis huius seculi potens infectus, quasi basiliscus flatu suæ malitiæ extinguit herbas, id est pauperes, necat arbores, id est huius seculi diuites mercatores & usurarios, animalia, id est suos domesticos occidit & incendit. Ipsas etiam auras, id est uitam religiosorum corrumpit, ponit in celo suam os, & lingua

qua

qua eius transit in terram. Sibilum eius etiam serpentes pauent, id est amici & socii uirus malitiæ consequi perhorrescunt, cuius cum incanduerit ira, quilibet fugam perit, quocumque loco etiam porcorum stabulo se abscondere properantes. Iste tam ferus, tam a seipso alienus & spiritu diabolico inflammatus, a mustelis, id est pauperibus spiritu qui eum non timent, quia nihil habent quod perdant, uincitur, quos homines humo pecuniæ onerari illuc accedere non audentes, inferunt cauernis, in quibus delitescunt. Loquimini inquit ei, quia nos non audemus. Item per Semei qui maledixit David, figuratur ille qui dicit fratri suo racha. Per Ioab, ille qui dicit fratri suo, fatue. Istos tres interfecit Salomon, Adoniam, qui regnare uoluit, ecce ira Semei, qui David maledixit, ecce racha. Ioab, quia meliores se occidit, ecce qui fratri suo fatue dixit. Quem gladio linguæ percutit. Heu quam sæpe in his tribus mortaliter peccamus, & raro, aut nunquam confitemur. Sequitur tertium.

[Si offers murus tuum &c.] Nota quod quadruplex est altare, superius & inferius, interius & exterius. Superius est trinitas, de qua Exo. Non ascendes ad altare meum per gradus, ne reueletur turpitude tua. In trinitate enim non sunt faciendi gradus, ut pater maior filio, uel filius maior patre, uel spiritus sanctus minor credatur utroque, sed æqualiter & simpliciter est credendum, Qualis pater, talis filius, talis spiritus sanctus. Ne reueletur turpitude tua, sicut fuit de Achaz, qui effulsis uisceribus finiuit turpiter uitam suam, eo quod ad altare per gradus ascendere uoluit. Altare inferius, est Christi humanitas. De quo ipse dicit Exo. 20. Altare de terra facietis mihi. Altare de terra Christo facit, qui eum ueram carnem de uirgine Maria, quæ fuit terra benedicta, credit accepisse. Altare interius, est deuotio mentis, de quo dominus ad Moysen Exodi. 30. dicit. Facies altare ad adolendum thimiam de lignis Sethim, habens cubitum longitudinis, & alterum latitudinis, & duos cubitos

Exod. 20

III

Faint, illegible text on the left page of the document, possibly bleed-through from the reverse side.

Faint, illegible text on the right page of the document, possibly bleed-through from the reverse side.



prosternas in conspectu illius oblaturus es. Si uero praesens est uade passibus pedum ueniam petendo. Item si offers munus fidei ad altare humanitatis Christi, credis eum ueram carnem de uirgine accepisse, & ibi recordatus fueris quod ipse frater tuus qui tuam naturam pro te accepit, habet aliquid aduersum te, id est recordaris quod es in mortali peccato dum ei confiteris uocis sono, relinque ibi munus tuum, id est noli confidere de fide mortua, sed uade prius reconciliari per ueram poenitentiam fratri tuo Iesu Christo. Item [si offers munus] poenitentiae ad altare, id est carnis macerationem, [et ibi recordatus fueris quod frater], id est spiritus tuus habet aliquid aduersum te, id est corpus affligens recordaris quod spiritus tuus aliquo uitio est maculatus, [relinque ibi munus tuum], id est noli confidere de carnis afflictione, nisi prius mundaueris spiritum tuum ab omni iniquitate, [et sic ueniens offeres munus tuum]. Item si offers munus eleemosynae pauperibus, & ibi recordatus fueris quod frater tuus, id est angelus gratia creationis frater, qui ut tu creatus, est tibi a deo commissus ut orationes & eleemosynas tuas deferat in caelum, habet aliquid aduersum te, id est conqueritur aduersum te quod de bonis quae tibi suggerit, aurem obedientiae auertis, relinque ibi munus tuum, id est noli confidere de tua eleemosyna sicca, sed prius uade passibus amoris, reconciliari per obedientiam angelicae admonitionis, qui datus est tibi in custodiam, & tunc ueniens offeres munus tuum per manus ipsius deo acceptabile. Rogemus ergo &c.

Dominica VII. post Trinitatem.
De spiritali inedia ac fame.

Marc. 8. **C**um turba multa esset cum Iesu nec haberet quod manducaret &c. [Mar. Tria hic sunt uidentia. Primum Christi miseratio uiscerosa, ibi.] Cum turba multa &c. [Secundum, septem panum & pisciculorum

rum turbae appositio gratiosa, & etiam ipsius turbae reflectio sapientia. i. vi. [Responderunt ei discipuli.] Tertium, sportarum de fragmentis adimpletio miraculosa, ibi.] Et sustulerunt quod superauerat. Quo ad primum dicitur. [Cum turba multa esset cum Iesu &c. usque De longe uenerunt.] Super hoc quarti Regum sexto dicitur, quod Bennadab rex Syriae congregauit uniuersum exercitum suum & ascendit & obsedit Samariam, factaque est fames &c. Sequitur cap. 7. Cras modius simile statere uno erit. Nota quod Bennadab interpretatur filius spontaneus, & significat luc ferum, qui creatione gratiae filius spontanea miseria superbiuit, ideo irreuerabiliter cecidit. Vnde Isa 14. Quomodo cecidisti lucifer, &c. id est irreuerabiliter. Hic est Rex Syriae, quae interpretatur sublimis uel humecta, id est illorum qui sunt in sublimitate superbiae & humore ianarum. Isti cum exercitu suo obsident Samariam. Exercitus ab exercitatione belli dicitur malignos spiritus significat, quod diuturna bellandi consuetudine exercitati, animi inuicem pugnant. Cum tali exercitu obsidet diabolus Samariam, quae interpretatur custodia, id est sancta ecclesia uel fidelium animarum quae dum legem custodit ab ipsa custodit. De qua ciuitate & obsidione. Eccl. Est ciuitas parua & pauci in ea uiri. Venit contra eam rex magnus, & uallauit eam, extruxitque munitiones per gyrum, & perfecta est obsidio. Inuentusque est in ea uir pauper & sapiens, & liberauit urbem per sapientiam suam. Ciuitas est ecclesia, quae dicitur parua respectu malorum, qui multiplicati sunt super numerum bonorum, quia peruersi difficile corriguntur, & stultorum infinitus est numerus. Et pauci uiri in ea. Viri. id est uirtuosi. In ecclesia multae sunt foeminae. id est molles & effeminati, sed heu pauci in ea uiri, id est uirtuosi Mulieres. id est molles prelati ait dominus per Isa. 3. Dominatque sunt populi mei. Et Prouerb. O uiri ad uos clamito. Sapientia ad uiros, non ad foeminas clamat, quia sapor internae dulcedinis illum afficit quem uirtute strenuum, prouidentia circumspectum uiderit. Sed pauci

in ea uiri, qui, scilicet saporem cœlestis dulcedinis degustare possint. Omnes enim sunt quasi fœminæ mentis et fœminatæ, in preciositate uestium, in lauitijs ciborū, in lasciuia seruiuentium, in ædificijs domorum: in phaleris equorum, aperte ostenditur utrum sint fœminæ an uiri. Ecce quales Apostoli, quibus dominus ecclesiā suā regendam commisit. Sequitur. Venit contra eam rex magnus &c. Rex magnus est diabolus (qui est rex super omnes filios superbix. Iob.) Hic tria facit, uallat, extruit munitiones, & sic perficitur obsidio. Vallum fit de palis acutis. Munitiones, quæ uallo sunt munitæ uel muris, opera hēretici sunt quasi palliati oculis fidelium miseri. Munitiones sunt omnes falsi Christiani. Vallo hēreticorum & munitione falsorum Christianorum diabolus obsidet ecclesiā. In qua sunt pauci uiri, sed nolite timere pusillus grex istam obsidionem, quia faciet dominus cū tentatione prouentum, ut possitis sustinere. Vnde sequitur. Inuentus est in ea vir pauper & sapiens, & liberauit &c. Vir pauper est Christus. Vir secundum diuinitatem, pauper secundum humanitatem. Et uide quam bene concordant singula singulis. Ille dicitur uir, & illi uiri, iste pauper & illi pauci. Sapiens contra astutiam diaboli liberauit urbem a vallo hēreticorū, & munitione carnalium. Et sic per sapientiam suam destruet omnem munitionem. Sed ualde dolendum est quod sequitur. Et nullus recordatus est hominis illius pauperis. Immo (quod peius est) dicunt ei illud Iob. Recede a nobis, scientiam uiarum tuarum nolumus. Et (quod his est deterius) ipsum negantes clamant: Tu uideris. Nolumus hunc, sed Barrabam. Hic est diabolus, qui propter seditionē quā fecit in cœlo, missus est in infernum. Istum latronem sibi dari expetunt, & Dei filium qui eos liberauit, crucifigunt. Et ideo uah animæ eorum. Moraliter. Ciuitas est anima, quæ bene dicitur parua, quia fere iam ipsam omnes deserentes, ad planitiem, idest corporis uoluptatem inhabitandum descenderunt. Vnde Gene. Loth diuisus ab Abraham, moratus est in oppidis quæ erant circa Jordanem

Iob. 40.
Iob. 21.
Gen. 13.

Jordanem, & habitauit in Sodomis. Loth declinans, Iordanis descensus, Sodoma pecus silens interpretatur. Miter homo est Loth, cum ab anima sua diuiditur, in oppidis, idest sensibus corporis qui sunt iuxta Iordanem, idest descensum fluxibilem temporalium, moratur, & habitat in Sodomis quia tāquam pecus carni deditum efficitur. Sic silet a laude creatoris, & a confessione sui criminis. Sequitur. Et pauci uiri. Uiri animæ sunt rationis effectus: de quibus Ioan. 5. Quinque uiros habuisti, & hunc quem habes non est tuus uir. Affectus rationis dicuntur, quinque uiri, pro eo quod debeant regere quinque corporis sensus, quos cum infelix anima perdit, non uirum, sed adulterum recipit, qui eam corrumpit. Ideo sequitur. Venit contra eam rex magnus, qui est carnalis appetitus, uel sēsus, de quo Ecc. Vēh tibi terra, cuius rex puer est, & cuius principes mane comedūt. Nota quod appetitus carnalis dicitur magnus, & puer. Magnus, quia magna & impossibilia aggreditur, Puer quia sine deliberatione & discretionem. Et ideo uah terræ, idest corpori, quod talem habet regē, cuius principes quinque sensus, mane comedunt, idest in puericia, gula & luxuria inebriari incipiūt. Qui enim ut ait Salomon (Pro

Eccle. 10
Pro. 29.
4. Reg. 6.
7

uerbiorum) a puericia delicate nutrit filium, suum postea sentiet eum cōtumacem. Ille rex magnus uallat animam acutis palis prauorum motuum, extruit per girū munitiones prauarum cogitationum & carnalium deliciarum, & sic perficitur obsidio. Ecce ut dicitur quarta Reg. sancta ecclesia uel fidelis anima a Bennadab rege Syriæ obsessa tenet, sed ueniat uerus Heliseus & liberet eam. Veniat uir pauper, idest sancti spiritus gratia, quæ dicitur pauper, quia cum pauperibus spiritualiter habitat, & cum simplicibus sermocinatio eius, liberet attritam graui obsidione animam. Sed ualde dolendum est quod sequitur & nullus deinceps recordatus est illius pauperis. Vnde Gene. dicitur quod prosperis successibus oblitus est pincerna regis interpretis sui. Continuus successus temporalium æternæ damnationis manifestum

manifestum est indicium . Reuertamur ad materiam
& dicamus . Bennadab Rex Syriæ obsidebat Sa-
mariam , factaque est fames &c. Ecclesia uel anima
a diabolo obsidetur , paulatim refectio gratiæ subtra-
hitur, quæ subtracta fames magna, idest ardens deside-
rium temporalium fit in ecclesia, de qua fame Gene.
In uniuerso orbe fames præualuit, & tunc filij Iacob
descenderunt in Aegyptum ut emerent sibi frumen-
tum . Quia peccatis nostris exigentibus refectio, gra-
tiæ subtracta est mundo, omnes famescunt, tempora-
lia non animæ sed corporis refectioes, non quæ Iesu
Christi sed quæ sua in Aegypto quærentes, Intantum fi-
mes iam præualuit quod caput asini uenundaretur. 80.
argenteis. Octaginta argentei significant duplicem ho-
lam, quæ octo beatitudinibus constat, quam in octaua
resurrectionis sumus recepturi . Corpus claritatem,
agilitatem, subtilitatem, & immortalitatem. Ani-
ma sapientiam, lætitiã, concordiam, inter carnem,
scilicet & spiritum, & amicitiam ad Deum, scilicet &
proximum habebit. Istos argenteos dant infelices pec-
catores, ut emant caput asini, idest stoliditatem asinina,
idest huius mundi sapientiam, quæ est stultitia apud
Deum. Et quarta pars cadi stercoreis columbarum pro
quinque argenteis . Cadus græce mensura latine. Co-
lumbæ sunt uiri sancti qui ad fenestras suas volant, ster-
cora sunt temporalia, quinque argentei sunt quinque
virtutes, quæ per quinque libros Moyli designantur. In
Genesi, in quo omnium generatio describitur, innocen-
tia baptismalis, quia secundum nouum hominem rege-
neramur, In Exodo, in quo filiorum Israel exitus de Aeg-
ypto describitur, pietas religionis, qua de mundo egre-
dimur. In Leuitico, in quo sacrificia offeruntur, mentis
deuotio, & carnis afflictio. In numeris, in quo populus
numeratur, criminum confessio, in qua omnia pec-
cata enumerantur. In Deuteronomio Dei & proxi-
mi dilectio, quæ est lex euangelicã, in qua pendent lex
& prophetæ . Istos quinq; argenteos dant miser-
pecca-

peccatores, & emunt stercois columbinum . Ecce
quam grauis est famis inedia, de qua dicit euanga-
lium, [Cum multa turba esset cum Iesu, nec haberet quod
manducaret &c.] Hæc turba turbata omnia contur-
bans cum Iesu nomine non numine, uerbo non mem-
rito, fide non opere erat . Siquidem dicit misericors,
qui miseris semper nouit misereri . [Misericors super
urbam, quia ecce iam triduo sustinent me, nec ha-
bent quod manducent.] Et hoc est quod dicit Heilseus 4.
Reg. In tpe hoc cras modius similiæ statere uno erit, &
duo modij hordei statere uno &c. Modius a modo di-
ctus, est mensura librarum. 44. In sextario. 12. Similla
subtilissima & candidissima farina est farris. Stater di-
ctus, eo quod tribus solidis stat appendens aureos tres.
Hordeum dictum, eo quod præ cæteris generibus fru-
menti ante fiat aridum. Modius similiæ, perfecta mensu-
ra diuinæ sapientiæ, quæ est in nouo testamento . Duo
modij hordei sunt scientia legis & prophetarum, qui
comparantur statere uno, idest catholica fide. In porta,
apostolica prædicatio, per quam intratur in eccle-
siã. Cessante em̄ turbine persecutionis quæ fit hodie, da-
bit Deus cras, idest tempore futuro tranquillitatẽ, ut p-
fecte prædicatio impleatur . Aliter. In similla pfecta pec-
catorum remissio. In duobus modijs hordei temporalium
cõtempus & eternorum appetitus. In statere uno uera pœ-
nitentia designat, Stater appedẽs tres aureos, est pœnite-
tia in tribus cõsistẽs. Hic stater inuentus est in ore piscis
de flumine extracti hamo Petri, quo Christus & ipse li-
beratus fuit a tributo. Matth. Piscis est peccator, qui ha-
mo prædicationis extrahitur de flumine mundanæ uolu-
ptatis. In cuius ore inuenitur stater pœnitentiæ, quæ cor-
pus & animam liberat a tributo culpæ & pœna gehem-
næ . Peccator igitur datis 80. argenteis solebat eme-
re caput asini & stercois columbarum, uno state-
re ueræ pœnitentiæ potest emere modium simi-
liæ, idest gratiam remissionis. Ecce ergo quanta mise-
ricordia nostri redemptoris, dicentis . [Misericors super

4. Re. 13

turbam, quia iam triduo sust. me.] Triduum & stater idem significant. Super hoc quarti Regum. dixit Heliseus ad Ioas. Percute iaculo terram, & percussit tribus uicibus. Qui isto triduo dominum sustinent, dominus eos non dimittit ieiunos in domum suam, immo modio similæ & duobus hordei reficit, ne deficient in uia. *[Quidam ex eis de longo uenerunt.]* Ut filius prodigus & c. Nota illud. Bene dicit ergo dominus, misereor. De cuius misericordia dicitur in introitu missæ. Suscepimus Deus misericordiam & c. Nota quod in templo sunt quatuor. Atrium, Ostium, Medium, Oraculum, Quidam sunt in atrio, isti falsi fratres. Quidam in ostio, isti sunt nouiter conuersi. Quidam in medio, isti sunt proficientes. In oraculo autem sunt perfecti. Isti significati sunt per quatuor equos, quos uidit Ioan. Apocalip. 6. Vidit enim equum pallidum & nigrum, & qui sedebat super eum habebat stateram in manu sua, & equum rufum, & qui sedebat super eum, datum est ei ut sumeret pacem de terra: & datus est illi gladius magnus, & uidit equum albu, & c. habebat arcum. Equus pallidus significat falsos fratres simulatores & callidos, qui super se prouocant iram Dei. Hi sunt in atrio, de quo Apocalip. 1. Atrium quod est extra templum eijce foras, & ne metiaris illud. A ciuitate enim Hierusalem falsi hypocritæ eiciuntur foras cum claudetur ianua, qui modo non sunt mensurati mensura ueritatis. Atrium uero ab antro uel atro dicitur, quia atrium proprie culina dicitur, idest coquina uel latrina. Nam hypocritæ quia modo decoquunt, idest affligunt carnes in coquina simulatæ sanctitatis, a domino proijcientur in latrinam æterni foetoris. Item equus niger significat nouiter conuersos, qui falso mundi candore deposito, nigredinem poenitentiae assumunt, qui dicunt Threnor. Pellis nostra quasi cilibanus exusta est. Ex igne enim contritionis & labore satisfactionis exurit, idest extra uritur pellis mortificari corporis. Isti debent habere stateram in manu, ut sicut exhibuerunt membra sua seruire immunditiae, luxuria,

Thr. 5.

& iniquitati ducenti ad aliam iniquitatem, idest mali consummationem, ita nunc exhibeant membra sua seruire iustitiae ducenti in satisfactionem, in boni confirmatione. Hi sunt in ostio templi, de quo Apocalip. Vidi, & ecce ostium apertum in caelo. Ostium est Dei misericordia, parata suscipere poenitentes. De hoc ostio uel porta, Eze. Ecce uir cuius erat species quasi species eris, & funiculus lineus in manu eius, & calamus mensurae in manu eius. Stabat autem in porta. Vir iste poenitentem significat, cuius species est quasi species aeris. In aere sonoro & durabili, est sonus confessionis, & perseverantiae finis, quæ duo quilibet poenitens debet habere. In funiculo lineo, satisfactionis afflictio. In calamo mensurae, doctrina designatur. Calamus mensurae est in manu, cum operatio mensuratur. Hæc omnia si uir habuerit, recte potest stare in porta, idest confidere de Dei misericordia. Item equus rufus significat proficientes, qui spiritu Dei sunt feruentes, in tribulationibus gaudentes. Isti sumunt pacem de terra, idest carnem suam crucifigunt cum uitiis & concupiscentiis. Istis datur magnus gladius per quem intelligitur discretio, quam debent habere in operibus poenitentiae. Hi igitur sunt in medio templi, idest latitudine charitatis, qua suscipitur dei misericordia. Item equus albus significat perfectos, qui iam sunt in oraculo Cherubim gloriae prospicientes, & manna diuinitatis, quæ est urna aurea humanitatis, degustantes. Isti habent in manu arcum, idest uictoriam de mundo, de diabolo, & carne triumphantes. Sequitur secundum.

Vnde istos quis potest hic saturare panibus? Sequitur. Manducauerunt, & saturati sunt.] Super hoc. 4. Reg. dixit Heliseus ad Naamã. Vade & laua septies in Iordane. Sequitur. Mandatus est Septem panes, & septem in Iordane lotiones, idem significat. Naamã interpretatur decorus, & significat hominem, qui gratiae pulchritudine fuit decorus, sed postea peccati foeditate factus leprosus. Leprosus dicitur a pruritu scabiei. Ille est leprosus cuius malæ

Apo. 4.

Eze. 40

4. Re. 5.

cogitationis uenenum rupta diuini timoris cute erupit in lepram malae operationis, quam quanto magis malae consuetudinis manu fricat, tanto magis pruritus ignescit, & dolor ardescit. Huic leproso dicit Heliseus. Vade, & laua se septies in Iordane, idest in iudicio confessionis, in quo quasi in riulo seipsum homo lauat, dum se iudicandum condemnat. In hoc Iordane ut sanitatem recipiat, debet se laua se septem uicibus, & sic ab omni lepra peccati mundatur & dono septiformis gratiae reficitur. De quibus hic dicitur. Accipiens septem panes gratias agens fregit, & dabat discipulis suis ut apponeret, & apposuerunt turbae &c. Qui enim septem panibus refici desiderat, necesse est ut prius super terram, idest carnem suam, ipsam conculcando discumbat. Vnde. 4. Regum Naaman tulit secum onus duorum burdonum de terra Iudae, ut super eam consistens Deum cuius erat terra, adoraret. Sic uir iustus dum super terram sui corporis consistens uirtute discretionis eam conculcat, Deum in spiritu & ueritate adorat. Sed & pisceculos paucos iustis apponi. Pisceculi sunt, paupertas, humilitas, patientia, obedientia, memoria passionis Christi. Sequitur tertium

Et susculerunt quod superauerat &c. Septem sportae uiros iustos sancti spiritus septiformi gratia repletos significanc. Fiunt enim sportae de iuncis & palmarum folijs. Iuncus nascitur super aquas dictus, eo quod radicibus iunctis haereat. Palma uictoriae datur. Sancti quoque ne ab humore aternitatis arecant, in ipso fonte uitae se collocant, & aeternae retributionis palmam expectant. Vel septem sportae sunt septem primitiuae ecclesiae, quas dominus septiformis gratiae inspiratione repleuit. Vnde super hoc. 4. Re. Surrexit Heliseus, & secutus est Sunamitem. Sequitur. Giezi praecesserat & posuerat baculum super faciem pueri, & non erat in eo sensus. Incubuitque super puerum Heliseus, & oscitauit puer septies, aperuitque oculos &c. Cum dominus per Moysen legem dedit, quasi per puerum uirgam misit, sed puer per uirgam, i. rigorem

rigorem legis, mortuum suscitare non ualuit, quia lex neminem ad perfectum ducit. Ipse per se ueniens super cadauer sternitur, qui cum in forma dei esset semetipsum exinaniuit formam serui accipiens. Huc & illuc deambulat, quia Iudeos & gentes ad aeterna per fidem uocat. Super mortuum septies inspirat, quia a peccatione diuini muneris gratia septiformis spiritus in peccati morte uacentibus aspirat. Moraliter. Heliseus est praelatus, qui non uirga, idest aspera disciplina, sed potius oratione & incuruatione, idest benignitate suscitauit mortuum, idest animas subditi sui a morte peccati. Plus inquit Augustinus) praelati a nobis amari appetunt quam timeari. Amor enim aspera dulcia facit, & importabilia leuia. Timor uero ipsa leuia importabilia facit. Posuit (inquit) os suum super os eius. Os suum super os peccatoris ponit praelatus cum illi sic praedicat quod peccata sua in confessione dicat Isa. 50. Dominus dedit mihi linguam eruditam, ut sciam sustentare eum qui lassus est uerbo. Oculos super oculos ponit, cum pro eius caecitate lacrymas fundit sicut faciebat Samuel, cui dominus. Vique quo tu iuges super Saul, cum ego abiecerim eum. 1. Reg. Manus super manus cum pro ipsius peruerso opere seipsum in bonis operibus exercet, ut quem nec uirga nec oratione suscitare potuit, saltem boni operis exemplo reuocet ad uitam. Sequitur. Oscitauit super puerum septies. Oscitare est os aperire. Super faciem pueri praelatus oscitat, cum populum sibi commissum fide sanctae ecclesiae instruit, quae in septem articulis fidei consistit. Et sic populus aperit oculos. Videt enim per fidem quem uisurus est per speciem. Et dum praelatus ita facit erga populum sibi commissum, quasi quatuor millia hominum septem panibus reficit. dum, i. septem articulis fidei, & quatuor euangelistarum doctrinis eos instruit. Rogemus. &c.

Domini

DOMINICA VIII. post Trinitatem.
De cautela contra Pseudopropheta-
rum deceptionem, & quomo-
do cognoscantur.

Matt. 7
4. Reg. 4



Attendite a falsis prophetis &c. [Matt. Quarti Reg. dicitur. Dixit Sunamitis uiro suo, animaduerto quòd uir Dei sanctus est iste, qui transit per nos, faciamus ei cœnaculum paruum, & ponamus ei in eo lectulum, & mensam, & sellam, & candelabrum, ut cum uenerit ad nos, maneat ibi &c. Heliseus qui interpretatur Dei mei salus, Christum significat, qui à Deo patre in salutem populi missus uenit ad Sunamitem. Hæc est anima per Christum eius sanguine redempta, apud quã hospitatur dum ipsam iustificat, transit dum illi gratia subtrahit ut humilietur quæ de se nimis sublimia sentit. Vir huius Sunamitis est rationalis intellectus, qui uiribus & sensibus sibi insitis per naturam, uel collatis per gratiam, debet animæ præesse, consulere, prouidere, & ex ea progeniem uirtutum, & bonorum operũ procreare. Cum noc uiro accipit anima consilium, dicens. Animaduerto quòd uir Dei sanctus est &c. Nota, in cœnaculo, unitas, in lectulo castitas, in mensa, contemplationis suauitas, in sella, contemptus sui, in candelabro, lumen boni exempli designatur. Cœnaculum a communione uescientium sic dictum, unde & cœnobiũ congregatio multorum, ideo significat fidelium unitatem. De qua Cant. 4. Vulnerasti cor meum in uno oculorum. Unitas oculorum, est concordia prælatorum, quia sicut oculus totum corpus illuminat, ita totam ecclesiam illuminare debet. In uno crine colli tui. In crinibus qui de capite pendent, significantur uniuersi Christo adherentes tanquam capiti. Amoris ergo uulnere uulneratur, ut ecclesiam diligat, cum in ea uidet unitatem prælatorum

Cant. 4.

latorum cum subditis concordantem. Cœnaculum unitatis debet esse paruum, scilicet humilitate, quæ est cœmentum ligans subditos cum prælatis. In lectulo notatur castitas. Vnde Cant. 2. Lectulus noster floridus. Lectulus conscientia debet esse floridus lilijs munditiæ. Item in mensa designatur contemplationis suauitas, de qua Psal. 22. Parasti in conspectu meo mensam. Cum mens ad illam dulcedinem degustadam eleuatur, omnis tribulationis iniuria uilipenditur. Illa enim dulcedo ita mentem afficit quòd tolerare dolorem nescit. In sella quæ a sedendo quasi sedda dicitur, sui contemptus designatur. In hac sella sedebat qui dicebat Threnorum. Sedebit solitarius. Sedebit in contemptu sui. Solitarius, a secularium cogitationum tumultu. Et tacebit, a uerbo uenenato. In candelabro quod non sub modio debet abscondi, sed super montem constitui, ut ijs qui in domo sunt, luceat, lux boni exempli significatur. Tale hospitium & ita ornatum uiri sui consilio anima debet præparare uero Heliseo, non falsis prophetis, idest hæreticis uel hypocritis, de quibus dominus in euangelio hodierno.

Cant. 2.

Thre. 3.

Attendite a falsis prophetis &c. [Vbi tria facit. Nam primo reddit nos cautos contra deceptionem simulate sanctitatis, quæ est hypocrisis, ibi. Attendite a falsis prophetis. Secundo significat bonos nosci per ostensionem perpetratæ bonitatis & probitatis, ibi. Arbor bona bo. &c. Etiam oppositum ostenditur per executionem exprobratæ uel condemnatæ prauitatis, ibi. Arbor mala &c. Tertio allicit cunctos ad adeptionem præparatæ dignitatis, ibi. Non omnis qui dicit domine domine, sed qui facit, &c. Sic ergo hypocrisis condemnatur, bonũ opus commendatur, operanti gloria præparatur. [Attendite ergo a falsis &c.] De tribulis ficus &c. Falsi prophetæ sunt hypocritæ, de quibus Hier. A prophetis Hierusalem egressa est pollutio super terram. Isti sunt prophetæ Iezabel, quæ interpretatur sterquilinum, dum in solo salutationes, in Synagogis cathedras amant, in sterquilinio

Hier. 22.

quiliis prophetant, qui facti sunt ut stercora terre. De
Mich. 3. his prophetis Miche. Hæc dicit dominus super prophe-
 tas qui seducunt populum meum, qui mordent dentibus
 suis, & pacem prædicant. Si quis non dederit in ore
 eorum quippiam, sanctificant super eum prælium. Nota,
 falsi prophetæ seducunt, id est suadendo ducunt post se
 innocentes, & mordent detractionibus. Morsus dicitur
 eo quod mortis uia detractionis est morsus, per quam qua-
 si per uiam mors uenit in animam. Prædicant pacem
 ut pacifici uideantur, qui uiam pacis non inuenerunt.
 Hi sunt sacerdotes latrones, qui non dantes mordent in
 crepationibus & dentibus, pacem prædicant, & miseri-
 cordiam promittunt, & super non dantes sanctificant
 prælium. Sanctum enim & iustum reputant non dan-
 tes persequi, & eos gladio excommunicationis feriunt,
 qui si dederint, benedictione solemniori, ipsi a domino ma-
 ledicti (quorum benedictionibus non benedixit domi-
 nus) benedicunt. Dicunt enim dantibus. Vos estis filij
 ecclesiæ, qui matrem uestram honoratis, qui eius con-
 doletis paupertati, & ideo benedicti sitis, quia ei datis.
 Si uere essent prophetæ dicerent illud prophetæ. Vah
 mihi quia defecit anima propter interfectos. Super
4. Reg. 8. hoc. 4. Reg. dicitur quod Heliseus conturbatus, & uir
 Dei fleuit, cui Azael, quare dominus meus fleuit? At ille
 ait, quia scio quod facturus sis filiis Israel mala & c. Azael
 est diabolus, ciuitates id est animas fidelium igne cupi-
 ditatis succendit, iuuenes, id est uirtutes, gladio sugge-
 stionis interficit, paruulos, id est bona opera adhuc tene-
 ra elidit, prægnantes, id est propositum bonæ uolunta-
 tis diuidit. Et quis non flebit super tantis malis? Sed
 falsi prophetæ non curant. [Attendite ergo] id est diligen-
 ter caute ab eis. Falsus dicitur a fando aliud quam ue-
 rum sit. Dicunt pax pax, & non est pax. Vnde dicitur,
3. Re. 23 Reg. quod congregauit rex Israel, scilicet Achab prophe-
 tas, & ait ad eos, ire ne debeo in Ramoth Galaad ad
 bellandum, an quiescere? Et sequitur. Dedit dominus
 spiritum mendacem in ore omnium prophetarum.
 Achab

Achab huius seculi auarum significat, qui uult ad de-
 bellandum contra Deum ascendere in Ramoth Galaad.
 Ramoth uisio mortis. Galaad aceruus interpretatur, &
 significat huius seculi dignitates & diuitias, in quibus
 est æternæ mortis uisio, & coaceruata testimonia dam-
 nationis contra amatores illarum. Cum ad has uult
 ascendere, consulit falsos prophetas an debeat ire. Vnde
 nostri temporis sacerdotes dicunt, ascende. Non est e-
 nim peccatum habere diuitias, acquirere dignitates, e-
 nim in tali statu poteris saluari. O utinam resurgeret
 Micheas propheta domini, qui isti susurrone, & uen-
 triloquos, mendacium eos proferre confutaret, & os lo-
 quentium iniqua obstrueret auctoritate Christi, dicen-
 tis. Lucæ. Vah uobis diuitibus qui hic habetis consolati-
 onem & c. Et uos falsi prophetæ dicitis. Ascende. Non
 eis credatis ergo, sed attendite & c. Sequitur. [Qui ue-
 niunt ad uos in uestimentis ouium & c.] Quæ conuentio
 Christi ad Belial? ouis ad lupum? Ouis in ueste, lupus
 in mente. Simulata æquitas non est æquitas, sed duplex
 iniquitas. Falsi religiosi ueniunt in uestimentis ouium.
 Simile quid habes. 3. Regum. Dixit Hieroboam uxori
 suæ. Surge & commuta habitum ne cognoscaris quod
 sis uxor Hieroboam, & uade in Sylo ubi est Achias pro-
 pheta. Sequitur. Ingredere uxor Hieroboam, qua-
 re te aliam simulas? & c. Hieroboam interpretatur di-
 uisio populi. Hic est falsus religiosus, qui in ouem,
 & lupum diuisus diuisionem & discordiam solet face-
 re in claustris & capitulis. Est enim quasi Sathan inter
 filios Dei. Iste est ut dicit Psal. Negotium ambulans in
 tenebris. Uxor eius est uoluntas lupina, quam uult habi-
 tu mutare, pelle scilicet ouina. Sed Achias qui interpre-
 tatur quæstio uitæ, & significat conscientiam hominis,
 semper reclamationem, & omnem cognoscit simulationem.
 Roma. 2. Testimonium reddente illis conscientia, & in-
 ter se inuicem cogitationum accusantium aut defen-
 dentium. Et Proverb. Semper iurgia quærit ma-
 lus. Nota quod hypocrita latens sub pelle ouina est
 sicut

Luc. 6.

3. Re. 14

Prov. 17

ficut hyena, de qua multa mira dicuntur. Est enim animal paruum, sed rusticum, nocte sepulchra perfodiens & cadauera mortuorum uorans. Voces hominum affectat, stabula pastorum sequitur, & auditu assiduo addiscit uocamen quo exprimere possit imitationem uocis humanæ, ut in hominem accersitum de nocte sæuiat. Vomitus quoque humanos mentitur, falsisque singulibus sollicitans sic canes deuorat, qui uenantes si umbram eius dum sequuntur contigerit, latrare nequeunt, uoce perdita. Varietas multiplex inest oculis hyenæ, & colorum commutatio, nunquam in aciem oculorum sed in obtutum facili nictatione contendit, in ore gingiua nulla, dens unus & paruus, qui ut nunquam rerum datur, naturaliter capsularum modo clauditur. Hyena quodcunque animal ter lustrauerit mouere se non potest, De hac dicit dominus per Hieremiam in alia translatione. Facta est mihi hæreditas mea quasi spelunca hyenæ. Sic hypocrita est animal bestialiter uiuendo, paruum simulatione, rusticum operis deformitate, nocte simulationis sepulchra perfodiens. Penetrat enim (ut dicit Apostolus) domos mulierum per dulces sermones & seductiones, euocat innocentes. Et sic cadauera peccatorum uocat, uoces, idest laudes hominum affectat, stabula pastorum, idest loca ubi prædicatur, sequitur, ut auditu assiduo quid addiscat prædicare, ut sua prædicatione homines ad se accersitos decipiat. Vomitus quoque humanos, idest peccatorum confessiones mentitur, accusat se peccatorem cum nõ credat, esse, falsisque singulis, idest gemitibus homines sollicitat ut eum sanctum credant, quem sic gementem uiderunt. Ipsos etiam uiros iustos aliquando decipit, eius fictæ deuotioni nimium credulos. Cuius etiam umbra si aliquem contigerit, contra ipsum latrare non poterit, immo ipsum defendit. Quod hodie credentibus hæreticorum maxime euenit. Isti non uere attendunt consilio Dei, dicentis. Attendite a falsis prophetis &c. Item in oculis hypocritæ est multiplex uarietas oculorum,

ali-

aliquando eleuat eos ad cœlum & suspirat, aliquando ad terram & gemit. Nec est sola in eo oculorum commutatio, sed & colorum. Modo enim est pallidus, modo habet uestes despectas, modo compositas, modo placet abinentia, modo displicet. Hæc diuersi coloris mutatio interioris instabilitatis mutationem significat. Tunc omne animal quod hyena, idest hæreticus uel hypocrita, ter lustrauerit, idest circumuenerit uerbo prædicationis, exemplo fictæ sanctitatis, asseueratione firmissimæ promissionis, immobile ad bonum permanebit. Obsecro ergo attendite a falsis prophetis, qui (ut dicit Glossa) maxime per impatientiam discernuntur in tempore aduersitatis. Cum enim prosperitas arridet, Pelle sub agnina corda lupina latent. Sed cum aduersitas flauerit, pellis ouis laceratur. Moraliter. [Attendite a falsis prophetis. &c.] Falsi prophetæ sunt carnales affectus, qui ut hominem seducant, fragilitatem & infirmitatem postponunt, rerum abundantiam ostendunt, prophetizant pacem, magnam esse Dei misericordiam prædicant, quæ ideo submurmurant, ut animam peccatis alliciant. Vnde de istis plorans Hieremias dicit. A a a domine Deus, prophetæ dicunt non uidebitis gladium, & fames non erit in uobis, sed pacem ueram dabit. In loco isto cum carnales affectus sic loquuntur, non restat nisi gemendum & dicendum A a a domine Deus. In quo triplici a notatur triplex dolor, scilicet cordis, oris, & operis, uel corporis. De quo dominus. Et tu fili hominis propheta, & percutite manum ad manum, & duplicetur aut triplicetur gladius interfectorum. Hic est gladius interfectionis magnæ, qui obstupescere eos facit. Cum uir iustus audit uocem prophetarum, sibilos gregum, murmura carnalium desideriorum, statim debet percutere manum ad manum, & duplicare aut triplicare dolorem uel gladium doloris, quo interficiat falsos prophetas, & obstupescere faciat eorum appetitum. Bene ergo dicitur. [Attendite &c.] Super hoc. 4. Reg. dixit Iehu. Nunc igitur omnes prophetas Baal, & uniuersos

seruos

Hier. 12

Hier. 14

Ezec. 14

4. Reg. 10

seruos eius & sacerdotes uocate ad me. Nullus sit qui non ueniat &c. Iehu, uir iustus in iram commotus, interpretatur enim commotus contra seipsum enim debet commoueri cum se uiderit in tentatione positum. Hic debet congregare omnes prophetas Baal, qui interpretatur de uoratio, & est ueter oia deuorans, cuius prophete sunt carnales affectus. Hos debet uir iustus in unum congregare, & gladio poenitentiae interficere. Sequitur. Et protulerunt statuam de Phano Baal, &c. Phanium dicitur a phanæ. Phanæ græce, apparitiones latine. Baal est gula in qua piscium & carnum imagines solent apparere.

Statuam, idest concupiscentiae idolum debet uir iustus producere, fame & siti comburere & diuersis abstinentiae modis comminueri. Sequitur. Destruerunt ædem Baal. Aedes ab edendo, idest comedendo dicta, edendi in ordinatam & uelocem uoracitatem significat, quam omnino debet destrui, & de eius æde latrinas facere.

Latrina a lateo dicta, foetorem peccati significat, cui si prouidere uoluerimus ad necessitatem non uoluntatem, stercoreis latrinam cogitemus, quam semper nobiscum infelices & miseri deferimus, eamque considerantes humiliari debemus. Michea. cap. Humiliatio tua in medio tui. Medium tuum est stercoreis latrina, ex cuius consideratione prouenit humilitatis ratio. [Attēdit ergo a suis prophetis, &c.] Sequitur secundum.

Omnis arbor bona bonos fructus facit &c. Nota, in arbore sunt ista quinque. Radix. Truncus. Rami. Folia. Fructus. Radix appellatur eo quod quibusdam fixa nectis ac fibris in profundo demergitur. Nam physici dicunt parem esse extensionem radicum & arborum. Truncus est statera arboris insistens radicibus. Rami sunt qui de trunco arboris manant, in quibus folia fructus teguntur sunt. Arbor bona, est bona uoluntas. Cui ut consistat bona, quinque sunt necessaria, scilicet radix humilitatis, truncus obedientiae, rami charitatis, folia sanctae praedicationis, & fructus, idest dulcedo supernae contemplationis. Radix humilitatis quanta est in profundo cordis, et

et est in altitudine operis, & hoc significat aqua, quae in canalibus fontium tantum ascendit quantum descendit. Vera humilitas quanto profundius infigitur, tanto magis inclinatur, & sic altius exaltabitur. Vnde super hanc benedictam radicem actionis bonae. 4. Reg. Dicitur. Dixit Ezechias ad Esaiam, quod erit lignum quod dominus me sanabit, & quod ascensurus sum tertia die templum domini. Sequitur. Reuertatur umbra decem gradibus. &c. Acham interpretatur apprehendens fortitudinem, uel conuersus. Horologium Acham est cor humile poenitentis, quia conuersus a uia sua mala, apprehendit fortitudinem perseuerantiae, ut apprehendat brauium gloriae. In hoc sunt uel debent esse decem gradus humilitatis, per quos Sol in animam gratia Dei illuminatam debet descendere, & iterum regradare. Primus gradus est secum pertractare ex quam uili foetida & natura sit procreatus. Secundus est, qualiter nouem mensibus in materni uteri tenebris fuit reclusus, & sanguine menstruo passus. Vide ista duo in euangelio. Cecus sedebat. Tertius, quomodo de uteri tenebris plorans, & eiulans, nudus & immundus sit egressus. Per hos tres gradus descenderat Iob dicens. Iob. 13.

Quis facere potest mundum de immundo conceptum femine? Et iterum. Quare de uulua egressus sum ut uiderem laborem & dolorem, & consumerentur in confusione dies mei? Quartus, quam miserabilis & abominabilis sit huius exilij peregrinatio, in qua dolor & gemitus, angustia & planctus. Vnde Iacob Gene. 47. Dies peregrinationis uitae meae sunt parui & mali.

Quintus, propriae iniquitatis recordatio, quae & quantam commisit & omisit, quia cum liber esset, gratis se diabolo uendit, & quantum Deo ingratus exiit. De quo gradu, quarti Regum. Ezechias conuertit faciem ad parietem, & orauit dominum & fleuit. Paries, congeries est peccatorum, ad quam peccator se debet conuertere, idest in amaritudine animae suae recogitare quam commisit & omisit, & orare dominum ut gratiam

Eccle. 41

amissam infundat, & flere ut peccata dimittat. Sextus est mortis memoria, omni amaritudine maior. Vnde Eccle. O mors, quam amara est memoria tua homini pacem habenti in substantiis suis. In qua caro uermibus, anima dæmonibus (nisi pœnituerit) tradetur, substantia filijs &c. Septimus gradus est reuocare ad memoriã qualiter Dei filius, caput diuinitatis, inclinauit se in uterum uirginis pauperculæ, quem cœlum, & terra capere non potest &c. Octauus gradus, quantæ misericordiæ & benignitatis fuerit circa peccatores, quos dulcedine suæ prædicationis ad se trahebat, cum quibus ut ad pœnitentiam uocaret, comedebat. Et quantæ cõpassionis fuerit, qui super ciuitatem apud quam crucifigendus erat, & super Lazarum amare fleuit. Nonus, quantæ mansuetudinis fuerit qui solus cum Samaritana loqui uoluit, & a Magdalena peccatrice se tangi permisit, & qualiter sit uirgis & alapis cæsus, sputis illitus &c. Decimus est subtiliter in mente disquirere qualiter canet tuba excitatura eos qui dormiunt in puluere, ad quam euigilabunt omnes alii in uitam æternam, alii in opprobrium, ut uideant semper quomodo Christus humilis iudicatus, iudicaturus crudelis ueniet. Per istos decem gradus debet anima pœnitentis ascendere & descendere. Quantum enim descendit, tantum ascendit. Et hoc erit uerum signum quod dominus sanauerit eam ab omni infirmitate peccatorum, & quod ascensura sit in cœlestis Hierusalem templum ex uiuis lapidibus ædificatum. Bona ergo arbor illa quæ talem habebit radicem, quia ab radice fructus arboris pullulat. Sequitur. [Mala arbor facit fructus &c.] Malus mala malum dicitur a nigro felle, quod græci melan. Vnde & Melancholici dicti sunt homines qui conuersationem humanam refugiunt quibus abundat nigrum fel. Mala arbor est mala uoluntas, Cuius.

Radix, cupiditas.

Truncus, obstinatio.

Rami, peruersa opera.

Folia,

Folia, uerba uentosa.

Fructus, mors æterna.

De tali arbore hic dicitur.

Omnia arbor quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur.] Dicitur Danie. Vigil & sanctus descendit de cœlo, & clamauit fortiter, succidite arborem &c. Cum rami præciduntur, id est cum rami diuitiarum & gloriæ temporalis præciduntur, & folia uerborum leuiter excutiuntur, iam cessant uerba, quia uentum est ad uerba & fructus, id est opera eius maligna dispergantur, quia portæ corporis quibus infelix anima solebat egredi ad uidendas mulieres regionis illius, iam clauduntur & bestiarum, id est uastatores & raptores homicidarum qui sub umbra eius solebant defendi, ipso mortuo fugiunt. Et uolucres, id est superbi qui in eius ramis solebant habitare, fugiunt. Talis arbor in ignem mittetur, qui paratus est diabolo & angelis eius. de quo Esaiæ trigesimo. Præparata est enim ab hæri Tophet a rege, præparata & dilatata &c. Tophet interpretatur latitudo, id est informis, qui absque ullo termino dilatant animam suam, præparata ab hæri, id est ab æterno a Rege Iesu Christo, cui omne præteritum est præsens, cui est quod fecit ab æterno, sicut nobis hæri factum. Hæc informitas dicitur profunda & dilatata. Profunda, quia procul a fundo, id est sine pœnarum. Dilatata, ad suscipiendas animas damnatorum, Vnde infernus dicitur, eo quod animæ igni inferuntur, cuius nutrimenta sunt ligna multa id est animæ peccatorum, & flatus id est ira domini, sicut torrens sulphuris qui ardet, fœter, & succendet eam, quasi arserit igne auaritiæ & conquinatus fuerit fœtore luxuriæ, æternaliter succendetur. Sequitur tertium.

Non omnis qui dicit domine domine intrabit in regnum cœlorum,] sed qui facit uoluntatem patris, &c. Dominus dicitur eo quod dominetur cunctæ creaturæ, uel quod præsit domui, uel quia dans minas. Dicere domine uere, est corde credere, ore confiteri, operibus contestari.

Cc 2 Nam

Nam unū sine altero negare est, quantascūque enim laudes lingua resonet, uita mala blasphemat. Clamant ad dominū cuius non sunt serui, cuius minas non timent.

Isai. 21. Vnde ipse dicit Isa. Ad me clamat ex Seir, custos qui de nocte &c. Seir interpretatur hispidus, & significat peccatorem spinis peccatorum hispidum, & diuitiarum

Gen. 33. spinis, & curarum oblitum. Vnde Gene. Esau habitauit in terra Seir regionis Edom. Esau appellatus fuit Seir & Edom. Seir quia pilosus. Edom propter lenticulam rufam, pro quia uendit primogenita. Est Esau aceruus lapidum. Edom sanguis interpretatur. Vbi est aceruus lapidum, id est diuitiarum, ibi pungentes spinæ sollicitudinum, & ubi sollicitudo, ibi sanguinis cruentatio. Peccator enim clamat ex Seir custos qui de nocte. Ecce rota in medio rotæ. In Mattheo dicitur bis domine, in Isaia bis custos, a significandum, quod ille qui est dominus necesse est ut sic custos, ut domum cui præest bene custodiat. Hoc nomen dominus bis dictum creatorem & iudicem comprehendit.

In rerum creatione fuit dominus, & in districti iudicii examine erit dominus, reddens unicuique quod iustum est. Sed inter duo extrema ponitur de nocte, quia forma

Luc. 6. serui accepit ut seruos custodiret. Vnde Lac. dicit. Erat Iesu pernoctans in oratione, non pro se sed pro caterua ad quam uenerat liberandam, fuitque custos in passione, sed ueniet crudelis ad ponendum terram in solitudinem & scelestos ex ea conterendos. Vade recolite

Ose. 13. quatuor uitia & quatuor pœnas Osee: Adimpleti (ecce diuitiæ & auaritiæ) & saturati sunt (ecce gula) & eleuauerunt cor suum (ecce superbia & uanagloria) & oblitati sunt mei (ecce luxuria). Vnde Ezech.

Eze. 23. Oblitus es mei, & proiecisti me post corpus tuum. Dominum post corpus proiecit qui eius passionis amaritudinem oblitus delectationi corporis intendit.

Isa. 13. pro cuius amore gulæ & uentris fit seruus. Ideo Osee Ero eis dicit dominus quasi leæna (contra adimpletos) sicut Fardus in uia Assyriorum) contra saturatos)

nos) occurram eis quasi ursa raptis carulis, & disrumpam interiora iecoris eorum, id est superbiorū, quia eleuauerunt cor suum. Iecore amamus, in quo amor terrenorum designatur, quem qui habet dominus interiora eius disrumpet. Sequitur. Et consumam eos ibi quasi leo. Bestia agri, id est diabolus scindet eos gladio æternæ mortis. Ut quem habuerunt in centorem in culpa habeant tororem in pœna. Sequitur. Perditio tua Israel ex te est, quasi dicat, si perditus fueris, culpa tua est. Sed auxiliū tuū tantum in me, nō ab alio, sed ex me qui custodio Israel. Bene ergo custos de nocte. Sequitur. Isa. Et dixit custos uenit manet & nox. Si quæritis, quærite, conuertimini, & uenite. Custos a cura dicitur, mane a mano. Manū antiqui bonum dicebant. Quid autem melius luce? Dominus custos noster est. Vbi dicit Petrus: Cura est de nobis illis qui dicunt, domine domine. Ideo dicit, Venit mane, id est gratiæ illuminatio. Ambulate ergo dum dies est, quia uenit nox in qua non poteritis operari, quia nec opus, nec ratio apud inferos &c. Si ergo quæritis, quærite, id est quætere proponitis, quærite de mane conuertimini & uenite. Ecce qualiter quæritur dominus, & inuenitur. In uerbis domine domine. Quia tales quærit adoratores qui adorent in spiritu & ueritate, spiritu contritionis & ueritate confessionis. Tali modo quæsiuit dominum ille Iosias rex iuda.

4. Reg. Qui cum audisset uerba libri legis domini, scindit uestimenta sua, & percussit fœdus cum domino &c. Iosias interpretatur in quo est sacrificium, & significat pœnitentem, in quo est sacrificium domino, spiritus, scilicet contribulatus. Hic cum audit gloriam perennem iustorum & pœnam infinitam peccatorum scindit uestimēta sua, id est atfligit membra sua quibus anima uestitur, & facit fœdus cum domino, ut si ei dominus peccata dimittat, ipsa ad ea de cetero nō redibit & proiecit de templo domini, id est de corde suo in quo habitat dominus, omnia uasa quæ facta fuerant Baal, id est omnes modos gulositatis quibus ter-

uicbat Deo Baal idest suo uentri, & comburit in ualle Cedron, quæ interpretatur mæror tristis idest in humilitate tristitæ & mæroris. Currus autem solis idest quinque sensus corporis, quod quatuor rotis idest delectatione temporalium quæ quatuor temporibus circumuoluitur, discurret in Solem, idest claritatem gloriæ transitorie, igne comburit pœnitentiæ, & aufert Phytoneas, idest speciem auaritiæ, & Ariolos, qui sunt dicti iacantatores, eo quod circa aras nefarias preces emittunt, per quos hypocritas intelligimus, & figurans idolorum, idest imaginationes cogitationum turpium, & immunditias fornicationum, & abominationes uerborum. Istis omnibus emundatis facit domino Phase quod interpretatur transitus, quia transit de uitiis ad uirtutes, ut conuertatur & sequatur dominum, non dicendo, domine domine, sed faciendo uoluntatem patris, ut ad ipsius regnum mereatur introire. Quod &c. Amen.

DOMINICA IX. post Trinitatem. De
uita rectius instituenda.

Inc. 16. **H**omo quidam erat diues qui habebat uillicum &c. Luc. Vbi sunt tria. Primum est uillici accusatio, & bonorum dissipatio. Secundum debitorum domini sui conuocatio. ibi. [Conuocatis &c.] Tertium, pauperum bona facientium in æterna tabernacula receptio, ibi. [Ego dico uobis, facite &c.] [Homo quidam erat diues.] Ille homo diues, est Christus. Homo propter humanitatem, diues propter diuinitatem. *Prou. 22* quidam propter singularitatem. Vnde de eo Prouerb. Pauper & diues obuauerunt sibi, utriusque operatur est dominus. Pauper idest humana natura, & diues, idest diuina, coniunctæ sunt in Christo, ut absolueretur homo pauper pœnis & culpis obligatus. De huius ho-
minis

minis diuitiis dicitur Prouerb. 3. Longitudo dierum in dextera illius & in sinistra &c. Dextera dicta dans extra sinistra sumens extra, Christi sunt duo aduentus. In primo habuit diuitias, scilicet paupertatem & humilitatē, quas in nundinis nobis proposuit ut eas emeremus, sine quibus diuites esse non possumus. Proposuit etiam & gloriam, quæ est in tribulatione læticia, in persecutione patientia. Ab his nundinas uenerant apostoli, in quibus mirabiles merces lucrabantur cum ibant gaudentes a conspectu concilij &c. Super hoc prouerb. Malum est malum est, dicit omnis emptor, & cum recesserit, tunc gloriabitur. Si ad nundinas tribulationum, in quibus uenduntur ueræ diuitiæ, uenire disponis, uide prius an habes in bursa cordis, precium patientiæ & lætitiæ, quo emere possis, alioquin non consulo tibi quod accedas, quia uacuis redibis. Si uero confidis de precio, accede, non cures si difficiles sunt diuitiæ, si malum. i. amarum est bibere calicem tribulationis, cum enim recesseris, tunc gloriaberis, quia de sinistra ad dexteram in qua est longitudo dierum, transibis. Longitudine inquit *Psal. 90.* dierum replebo eum. &c. Sequitur. Vix eius uix pulchræ. Duæ sunt uix Christi, & duæ semitæ. Prima uia fuit a patre ad matrem, & hæc uia dicitur charitas, de qua *Psal. 138* Deduc me domine in uia tua. Secunda uia fuit a matre in mundum, & hæc dicitur humilitas, de qua *Psal. 76.* In mari uia tua, quasi dicat. O Christe uis factus uia humilitatis in mari. Cum hoc nomine mari iunge a huius pronomini tua, & fit Maria, quæ interpretatur stella maris. Hæc uix sunt pulchræ. De secunda uia *Cantic. 7.* Qui pulchri sunt gressus tui in calceamentis filia principis, idest Iesu Christi principis mater, & fuit beata Maria, cuius gressus, & mentis affectus fuerunt pulchri in calceamentis, scilicet hyacinthis, idest gloriæ celestis desiderijs. Vnde *Ezech. 16.* Calciaui te hyacintho, idest desiderio supernorum. Et *Iudith. 10.* induit sandalia pedibus tuis. *Iudith. 10* quæ interpretatur conhtens, est beata Maria, *Inc. 10* quia

quia confessa est dominum dicens. Magnificat anima mea &c. Item prima semita Christi fuit Iudaica persecutione. Secunda, Patibulum crucis. Semita quasi dimidium iter. Semis enim id est dimidius. Hæ uiræ sunt pacificæ, id est pacem nobis facientes. Vnde Isa. 53. Disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus. Disciplina dicta est, quia addiscitur plena. Dei filius pro nobis suscepit passionis disciplinam, ut per sanguinem suum pacificaret quæ in cœlis & quæ in terris Deo patri scilicet genus humanum reconciliando. Nolite ergo ingratus esse homini diuini filio Dei, qui suis uulneribus curauit tua, sua morte te mortuum uiuificauit, qui bonorum suorum uillicum te constituit ut ea conseruares & non dissipares. Sed quia non times dissipare, ideo oportebit te reddere rationem. Vnde in euangelio dicitur.

Hic diffamatus est &c. Villicus proprie dicitur uillæ custos, sed ponitur hic pro œconomo id est dispensatore, qui uniuersam substantiam domus dispensat. Iste uillicus quemlibet hominem significat, cui dominus committit triplicia dona, scilicet naturalia gratuita, & temporalia. Sed infelix, duo prima dissipat mortaliter peccando. Tertium, male expendendo & male congregando. De ista dissipatione qualiter fiat, habetur Proverb. 30. Per tria mouetur terra, & quartum est quod sustinere non potest. Per seruum cum regnauerit &c. Terra a superiori parte qua teritur dicta, mentem hominis significat, quæ multis & uarijs cogitationibus teritur, tria mouetur, mota dissipatur, dissipata gratuita spoliatur, & in naturalibus uulneratur. Mouetur inquam per seruum &c. Seruus regnans, est corpus recalcitrans. De quo Ecclesiastic. Cibaria uirga & onus asino. Panis disciplina & opus seruo. Operatur in disciplina & querit requiescere, laxa manus illi, & querit libertatem. Iugum & lorum curuant collum durum, & seruum inclinant operationes assiduæ &c. uide ibi. Sed quia discretio in corporis afflictione est ualde necessaria, ideo statim

statim sequitur. Verum sine iudicio nihil facias graue. Si est tibi seruus fidelis, sit tibi quasi anima tua. Item per stultum cum saturatus cibo fuerit. Stultus est animus infatuatus delitijs inebriatus. De quo Proverbiorum. Pestilente flagellato stultus sapientior erit. *Pro. 19.* Stultus scilicet animus sapientior erit, quod non delitijs, sed lachrymis inebriabitur, pestilente id est corpore flagellato eo modo ut dictum est. Item ibidem. Stultitia alligata est in corde pueri, & uirga disciplinæ fugabit eam. Puer est corpus puerilia agens, poma & flores temporalium quærens, in cuius corde alligata est stultitia, id est amor temporalium, quam uirga poenitentiae fugat. Item per mulierem odiosam cum in matrimonium fuerit assumpta. Mulier a mollitie dicta, quasi molliens herum, est peruersa cogitatio, quæ tunc est odiosa cum ad mentis consensum perducitur, tunc in matrimonium assumitur, cum foris opere exercetur. Item per ancillam cum fuerit hæres dominæ suæ. Domina est ratio, ancilla sensualitas, quam etiam terra sustinere non potest, cum sibi ipsa dominationem usurpauerit rationis. Isto maledicto quaternario uillicus ingratus dissipat bonæ domini, & ideo diffamatus est apud illum. Hæc accusatio fit (ut dicit Glossa) quando non exercet opus pietatis erga illos quibus debet. Sequitur. [Et uocauit illum.] Villicum tunc dominus uocat, quando incurrit timorem æternæ damnationis. Et ait illi. [Quid hoc audio de te? redde rationem uillicationis tuæ,] id est dum uiuis cogita qualiter debes operari. Proverbiorum. 28. Qui operatur terram suam, saturabitur panibus, qui autem sectatur otium replebitur egestate. Panibus gratiæ in præsentia, & gloriæ in futuro saturabitur, qui scilicet exercet terram corporis sui in bonis operibus. Qui uero sectatur otium id est uoluntatem corporis, mortis æternæ egestate replebitur. [Iam enim] (in tempore scilicet mortis) [non poteris uillicare. Ait autem uillicus intra se,] (scilicet timore perterritus) [Quid faciã] (ut poenas euitem)

tem) *[quia dominus meus auferet a me uillicationem? Fodere non ualeo &c.]* Peccator cum considerat omnia temporalia cum uita ista sibi esse desinenda, magis de acquirendis amicis quam de congregandis diuitiis pertractat, intelligens finita ista uita non esse ei locum ut terram mentis suæ fossorio deuoræ compunctionis fodiat ad terendum fructum, ubi etiam confusibile erit mendicare, e modo ouo uirgines fatuæ mendicabant. Vnde Pro

Pro. 10.

uerbiorum. Propter frigus piger arare noluit, mendicabit ergo æstate, & non dabitur ei, qui, scilicet in hyeme uitæ præsentis non uult arare, idest poenitentiam agere, Arare dicitur ab are, quia prius ære arabatur. Aes durable & sonorum, poenitentiam constantem & accusatoriam significat, qua patres antiqui solebant arare carnem suam. Sed moderni fatui non arant ære, sed ligno sicco, fere nullus est qui ueram agat poenitentiam, ideo mendicabunt in æstate, idest in generali resurrectione, dicentes. Domine domine aperi nobis. Et non dabitur eis uita, immo dicetur. Ite maledicti in ignem æternum. &c.

Mat. 25

Matthæi. Istis quatuor correspondent quatuor in epistola, scilicet idolatria. Facit enim seruum. Fornicatio, cum stultus cibo immoderate satiatur, fornicatione poluitur. Tentatio. Qui enim mulierem odiosam ducit in matrimonium per mentis & operis consensum, tentat Christum, cum sibi quam illi potius obedit. Item qui ancillam, idest sensualitatem efficit dominam rationis, murmur & dissensionem excitat. Sequitur secundum.

Evocatis itaque singulis debitoribus &c.] Vsq; In generatione sua. Cado græce dicitur amphora latine, continens urnas tres. Cado modis triginta impletur. Simpliciter potest sic accipi. Quisquis indigentiam pauperis uel ex dimidia uel ex quinta alleuiat parte, parte misericordie suæ donandus est. Moraliter. Isti duo debitores significant omnes fideles, qui duo præcepta charitatis qua Deum & proximum debent, diligere, debent obseruare. In centum cado olei, Dei chari-

tas,

tas, In centum coris tritici, dilectio proximi designatur. Oleum est charitas, quia omni liquori superenatat, & hæc est causa, quoniam in pinguedine nihil est ex aqua & terra, sed ex aere, & propter hoc natat super aquam, quoniam aer qui est in oleo, defert ipsum quasi esset in ure, & ista est leuitas eius. Sic amor Dei omni amori debet superenatare. Vnde Prouerbiorum. Fructus sapientie præciosior est conctis opibus. Fructus sapientie est amor Dei, cuius dulcedine degustata, anima sapit quam suavis sit dominus. Quid ergo eo præciosius? quid desiderabilibus? Huic nec opes, nec gloria rerum ualent comparari. Et sicut in oleo nihil est ex aqua & terra, sed ex aere, sic in Dei amore nihil carnalitatatis, nihil terrenitatis debet admisceri, se tantum aer, idest puritas mentis, & conuersatio cælestis. Talis amor supernatat. Vnde Ge
ne. 1. Spiritus domini ferebatur super aquas. Spiritus, idest anima, quæ spiritum amoris diuini iam concepit, fertur super aquas, idest super temporalia. Gene. Arca
ferebatur super aquas. Aquæ diuitiarum & concupiscen-
tiarum ita iam præualuerunt quod totam terram operuerunt. Vnde Isai. 2. Repleta est terra auro & argento, & non est finis thesaurorum eis. Ecce auaritia. Et repleta est terra eius equis, & innumerabiles quadrigæ eius. Ecce superbia. Et repleta est terra eius idolis. Ecce luxuria. His maledictis aquis repleta est omnis terra, & quod periculosius est & deterius, montes omnes excelsi, idest ecclesie prælati, istis aquis sunt operati. Sed arca Noe, idest anima uiri spiritualis fertur super aquas quia omnia reputat tanquam stercorea. Bene ergo dicitur quod oleum amoris diuini superenatat omni liquori. In centum cado olei summa perfectio diuini amoris intelligitur. Villicus ergo, idest ecclesie prælatus uel sacerdos, debet dicere cuilibet fidei cui debitor est Dei, quantum debes domino meo, idest quantum teneris diligere dominum. Responder. Centum cados olei, idest omnem perfectionem amoris ei debeo, quia ex toto corde, & ex tota anima, & ex omni uirtute

Pro. 3

Gen. 1.

Gen. 7.

uirtute eum diligere teneor. Sed quia homo sum peccator, ideo ad illam perfectionem peruenire non possum. Tunc ecclesie praelatus sibi & illi prouidens debet dicere. [*Accipe cautionem tuam, & sede cito & scribe quinquaginta.*] Cautio a cauendo dicta, est breue recordationis Chirographum. Nota hic tria; in quibus est uera poenitentia. Accipe cautionem, idest prepara uitam ad agendam poenitentiam, & sede in cordis contritione, cito, quia tempus est breue, scribe in oris confessione, quinquaginta in operis satisfactione. Sequitur. [*Deinde dixit alio. Tu uero quantum debes? qui ait. Centum coros tritici &c.*] Triticum est dilectio proximi, de quo Prouer. 11. Qui abscondit, idest subtrahit frumentum, idest dilectionem a proximo, male diceretur in populis, scilicet in illa generali resurrectione in qua omnes astabunt ante tribunal iudicis. Benedictio autem (quia Venite benedicti. Matthæi) super capita uendentium. Si uendideris proximo triticum, recipies mercedem eternæ retributionis. Quia Prouerbiorum. Fœneratur domino qui miseretur pauperi &c. Dicat ergo uillicus. Quantum debes, idest quantum debes diligere in Deo proximum tuum? Respondet. Centum coros, idest amicum & inimicum in Deo & propter Deum teneor diligere, & pro ipso sine cessante fuerit animam meam ponere. Sed quia carnalis & debilis sum, ideo ad tantam proximi dilectionem non ualeo peruenire. Tunc uillicus debet ei dicere, quia nondum pro fratre animam morti uales ponere, interim accipe literas tuas, Litera dicta quasi legitima, eo quod iter præstet legentibus, uel eo quod in legendo iteratur. Accipe ergo literas, idest prepara mentis iter ad diligendum proximum, & scribe octoginta, idest doce eum ne erret, refice ne deficiat, doce animam quatuor euangeliorum doctrinis, refice corpus eius quod consistit ex quatuor elementis subsidio beneficii temporalis, & sic scribe octoginta. Has literas prae oculis debet semper habere, ut quotiens proximum uides,

des, totiens in eum octoginta scribas, & scribendo legas, & legendo iteres, & sic tibi legenti istæ literæ præstabit iter quo peruenies ad brauium rapiendum. Sequitur. [*Et laudauit dominus uillicum &c.*] Prælati uel sacerdos quia male uiuendo bona domini sui dissipat, ideo iniquus dicitur, eo quod non sit æquus, sed prauis operibus maculatus. Sed quia peccatoribus consulto uerbum domini proponit, & quid Deo & proximo quilibet secundum posse suum debeat reddere, ostendit & prudenter instruit, a domino laudatur. [*Filius enim huius seculi &c.*] Nota. Prudentia est in humanis rebus, sapientia in diuinis, Prudentiæ partes sunt, scientia rerum ciuiliū, militarium, & nauticarum. Item prudentia est rerum bonarum & malarum uirtus & scientia, cuius partes sunt memoria, intelligentia, & prouidentia. Scientia in generationibus constat. Unde dictum quod sequitur. Abeuntibus enim aliis alia succedunt. Filii ergo huius seculi prudentiores sunt in generatione sua, scilicet carnali, filiis lucis. Lux dicitur eo quod diluat tenebras. Filii huius seculi temporalia sequentes, filiis lucis ipsa contemnentibus, qui luce uirtutis suæ peccatorum tenebras diluerunt, prudentiores sunt in generatione sua. De qua Prouerbiorum, Generatio quæ patri suo maledicit, & quæ non benedicit matri suæ &c. In qua auctoritate nota quatuor genera hominū. Primi sunt peruersi prælati, secundi falsi religiosi, tertii superbi, quarti auari usurari. Generatio quæ patri suo maledicit, sunt peruersi prælati ecclesie & sacerdotes, qui Deo patri, cuius nomen per eos blasphematur, uitæ immunditia, officij negligentia, maledicunt, & matri suæ ecclesie non benedicunt, immo eius fidem quam uerbo prædicare & exemplo debent, malis operibus destruant, Item secundo, generatio quæ munda sibi esse uidetur, sunt religiosi falsi & ficti hypocritæ, similes sepulcris dealbatis, de quibus beatus Bernardus. Si possint exterius sine nota uirtutis, uia sibi omnia arbitrarentur, item tertio, genera-

Pro. 11.

Mat. 25.

Prou. 19.

Pro. 30.

rio cuius excelsi sunt oculi, sunt superbi, qui extento collo nutibus oculorum uadunt, quorum palpebræ gressus non præcedunt se in altum se erigunt. Cōtra quos dicitur *Psal. 130.* Domine non est exaltatum cor meum, neque elata. &c. Item quarto generatio quæ pro dentibus gladii habet, & commandit molaribus suis, ut comedat inopes de terra, & pauperes ex hominibus, &c. sicut avari & usurarij, quorum dentes arma & sagittæ, qui pauperes deuorant, & substantias aliorum sibi acquirunt. Omnes isti sunt filii huius seculi, qui filios lucis stultos reputant, se autem prudentes, quorum prudentia mors est. Sequitur tertium.

Et ego dico uobis, facite uobis amicos de mammona iniquitatis &c.] Mammona Syra lingua diuitiæ, iniquitatis quia de iniquitate collectæ sunt. Si ergo iniquitas bene dispensanti uertitur in iusticiam, quanto magis diuitiæ diuini sermonis, in quo nulla est iniquitas, bonum dispensatorem leuant in cœlum? Amicus dicitur quasi animi custos uel animo. Amicitia est uoluntas inter aliquos rerum bonarum, illius qui diligit, cum eius qui diligitur parit uoluntate consensuque mutuus & affectus. Huius mundi diuites qui mundanas diuitias de iniquitate. i. inæqualitate congregant, nullos habent propinquiores amicos, si bene cognoscerent, quam pauperes, manus quorum Christi sunt gazophylatium. Gregorius. Ut in sua manu diuites post mortem aliquid inueniant, eis ante mortem dicitur in quorum manibus diuitias suas ponant. O diues da Christo de his quæ tibi dedit. Habuisti largitorem, habebis debitorem, posside sceneratorem. O diues manum aridam obsecro ostende pauperi, & quæ prius erat arida avaritia, floreat nunc eleemosyna Ecclesiastes. Florebit amygdalus. Gregorius. Ante alias arbores floret, & significat eleemosynarium, qui compassione & misericordia floridus, ante omnia florem eleemosynæ debet emittere. Vnde Isa. 27. Florebit & germinabit Israel, id est uir iustus florebit eleemosyna, & germinabit compassione. Nota cum germen prius sit in flore, non præmisit, germina-

minabit, sed florabit & germinabit. Hac. s. ratione, quia si uir iustus floret, debet germinare compassione, quia non tantum manu, sed etiam cordis affectu ipsam debet pauperi porrigere, ne eleemosynam defleat auaritia. Florebit ergo amygdalus, impinguabitur locusta. Sicut. n. tempore frigoris locusta torpescens uires amittit, sed adueniente calore quasi hilarescit & saltat, sic pauper tempore famis frigore necessitatis uires amittit, corpore frigescit, fame pallefit, sed adueniente calore beneficij, eleemosynæ munere uires recipit, & decollato sibi beneficio, Deo & datur gratias reddit. Et sic dissipabitur capparitis, id est auaritia. Auaritiæ dissipatio, eleemosynæ distributio. [Facite ergo uobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiat uos in eterna tabernacula]. Nota quod quatuor sunt tabernacula.

Prima, carnalium.	Prima sunt Idumæorum
Secunda, incipientium.	Secunda, Cedar. Tertia, Iacob.
Tertia, proficientium.	Quarta, Domini uirtutum. De primis. <i>Psal. 82.</i>
Quarta, peruenientium.	

nam cogitauerunt unanimiter, simul aduersum te testamentum disposuerunt tabernacula Idumæorum & Ismaelitæ Idumæi, sanguinolenti. Ismaelitæ interpretantur obedientes, sibi supple, & non Deo. Per hos luxuriosi qui sanguine luxuriæ inquinantur, & superbi, qui non Deo, sed suæ uoluntati obediunt designantur. Horum tabernacula, id est conuenticula disponunt testamentum aduersus testamentum quod dominus in morte condidit, scilicet Beati pauperes &c. De his tabernaculis fugiendum est ad tabernacula Cedar. De quibus *Cant. 1. Cant. 1.* Nigra sum, sed formosa filia Hierusalem, sicut tabernacula Cedar &c. Vide in illo euangelio. Cum in mundas spiritus, in Quadragesima. Qui in istis tabernaculis bene militauerit transiet ad tabernacula Iacob. De quibus *Nu. 24.* Quia pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Israel, ut uales nemorosæ, ut horti iuxta flumines irrigui, ut tabernacula quæ fixit domus, quasi cedri prope aquas. Nota ista tria, ualles, horti, cedri.

In uallibus nemorosis, mentis humiliatio.

In hortis, lachrymarum effusio & compunctio.

In cedris, supernorum contemplatio designatur.

Tabernacula ergo Iacob & tentoria Israel sunt militia uiri actiui & contemplatiui, quæ tabernacula dominus finxit, quia iuxta beneplacitum suum sunt disposita. *Va*

Exo. 25.

de Exod. dictum fuit Moyfi. Respice, & fac secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est. Mons est Christus dictus, motus non habens, quia non abiit in consilio impiorum &c. Exemplar est uita eius, secundum quam nostra tabernacula debent figi & constitui. Tabernacula tentoria idem significant. Tentorium dictum eo quod tenditur funibus uel palis in tabernaculo uel papillione. Ista tabernacula uiri actiui & contemplatiui sunt pulchra ut uallis nemorosa, quia in humilitate mentis quæ obumbraculum præstat contra ardorem uitiorum, consistunt. Et ut horti iuxta flu. irrigui, quia lachrymarum effusione & cordis compunctione eorum mentes irrigantur. Et quasi cedri, in altitudine contemplationis in odore sanctæ conuersationis, in abundantia fluminis lætificantis ciuitatem Dei, radicibus sunt plantati. De his tabernaculis, cum finita militia fuerit, cum hyems transferit, & imber recesserit, tunc transibunt ad tabernacula dñi i uirtutū. De quibus dñs promittens dicit Isa. *Se*

Isai. 32.

debet populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciarum, & in requie, opulenta. Populus primum, est populus dñi, & oues pascuæ eius. Qui modo stat in certamine se debet in pulchritudine pacis. Pax est tranquilla libertas, a pacto dicta. Posterius uero sumitur pax, cum foedus primum inicitur. Qui modo foedus reconciliationis inicit cum domino, postea sedebit in pulchritudine pacis in celesti regno. Pax temporis & pectoris heu quotiens polluitur. Sed pax æternitatis pulchra permanebit in tabernaculis fiduciarum tunc non erit qui exterrear, sed habitabit confidenter, & in requie opulenta æternæ satisfactionis. Ad quam nos &c.

Dominus

DOMINICA X. post Trinitatem.

De Christi comiseratione, super excidio Hierosolymitano.



M appropinquaret Iesus Hierusalem uidens ciuitatem fleuit super illam. Luc. Vbi tria considerantur. Primum est in Christo preteritis indicium, quod probat lachrymarum effusio. [*Uidens ci. fle. su. eã.*] Secundum est ciuitatis excidium, quod innuit ruinarum occasio, ibi. [*Quia ueniens dies in se &c.*] Tertium est sanctitatis officium, quod probat columbas uendentium ei etio, uel cathedrarum euersio, quia intras in templum, talia eiecit, dicens. [*Domus mea domus orationis.*]

Luc. 19.

Quo ad primum: [*Uti appropinquauit Hierusalem, uidens ciuitatem, fleuit super illam, dicens. Quia si cognouisses & tu, & quidem in hac die, quæ ad pacem tibi. Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis.*] Nota. Hierusalem primo dicta fuit Salem, quæ Iudæi, Sem filium Noe, quem dicunt Melchisedech, post diluuium in Synai condidisse asserunt, in qua regnum eiusdem Melchisedech. Hanc post tenuerunt Iebusei, a quibus dicta est Iebus, sicq; duobus nominibus coniunctis, Iebus & Salem, uocata est Hierusalem, quæ post a Salomone melius ædificata Hierosolyma dicta est. Salæ pax: Iebus, conculcata: Hierusalæ uisio pacis interpretatur. In quo triplex animæ status designatur. Anima in baptismo fuit Salem. In poenitentia est Iebus in gloria erit Hierusalæ. In baptismo est et pax reddita, quia de filia iræ, facta est filia gloriæ uel gratiæ. In poenitentia debet esse conculcata & attrita moerore contritionis & poenitentia, & tunc post erit uisio pacis in gloria. Vnde Isa. Pedibus conculcabitur corona superbæ ebriorum Effraim. Effraim idest frugiferi, sunt diuites huius mundi, superbia & luxuria inebriati. Corona idest gloria pedibus poenitentia conculcatur, cum

Isa. 28.

Ser. Do. S. Ant. de Pad.

D d uino

Pro. 31 uino compunctionis inebriatur, Vnde Prouerb. dicitur
Nullum secretum ibi est, ubi regnat ebrietas. Nul-
lum secretum scilicet iniquitatis, ubi regnat ebrietas
ueræ contritiouis. In bono & in malo potest dici. Ebrie-
tas spiritualis omnia denudat in confessione, quæ prius
latabant in mente. Visio pacis erit in gloria, in qua ut di-
Isa. 51. citur Isaia. Videbunt oculo ad oculum cum conuertere-
rit dominus Sion &c. Item Isa. 60. Tunc uidebis & af-
flues, & mirabitur & dilatabitur cor tuum, quando con-
uersa fuerit ad te multitudo maris, & fortitudo gentium
uenerit tibi. O anima si prius fueris Iebus. postea uide-
3. Reg. 10 bis quod oculus non uidit, nec auris audiuit &c. Et
tunc dicere poteris cum regina Saba. 3. Reg. Verus est ser-
mo quem audiui in terra mea &c. Nota istud. Ecce quid
uidebis afflues in delitijs & diuitijs, id est in glorifica-
tione corporis & animæ, & mirabitur cor tuum, coele-
stis Hierusalem pulchritudinem, angelorum beatitudi-
nem, omnium sanctorum coronam immarcessibilem,
& sic dilatabitur cor tuum gaudio inestimabili, iocun-
ditate inenarrabili. Sed heu tanta affluentia postpo-
sita, infelix anima diligit temporalia, apprehendere ni-
titur fugientia. Ideo dominus uidens ciuitatem, fleuit
super ipsam dicens. Quia si cognouisses & tu Dominus
non flet ciuitatem terrenam solum, sed principaliter ani-
mam, non ruinam lapidum, sed uirtutum. Nota ista
duo. Videns, fleuit. O anima si uideres, fleres, sed quia non ui-
des, ideo non fles. Dicitur Ecclesiastes. 1. Vidi cuncta
quæ sunt sub sole, & ecce uniuersa uanitas & afflictio
spiritus. Sub sole est uanitas, super solem ueritas. Ani-
ma ergo quæ est sub sole per amorem temporalium, &
non est supra solem per contemplationem supernorum
quid aliud debet facere nisi flere & gemere? Et bene con-
iunguntur uanitas & afflictio. Vbi est uanitas felicitatis
terrenæ, ibi afflictio mortis æternæ. Sub sole, ubi falsitas
& uanitas, calumniæ potentum contra ægenos, & uio-
lenta iudicia contra pauperes. Si hæc anima misera ui-
Hier. 6. deret, utique fleret. Vnde Hiero. docet animam quali-
ter

seipsum desleat, dicens. Filia populi mei accinge-
re cilicio, & conspergere cinere, luctum unigeniti fac ti-
bi planctum amarum. Nota hic quatuor, quia in cilicio
asperitas pœnitentiæ & abominatio culpæ propriæ, In
cinere humilitas & uilitas conditionis nostræ, In luctu
dolor compunctionis intimæ: In planctu lachrymarum
effusio abunde designatur. Dicit ergo Christus. O
anima quam nimio dolore passionis parturiui, quæ
ex fide filia es populi mei, id est ecclesiæ militantis,
accingere cilicio, id est asperitate pœnitentiæ, ut caro
quæ læta duxit ad culpam, afflicta reducat ad ueniam,
& quæ prius sensit peccati delectationes, ipsius habeat
abominationem. Et nota quod dicit accingere, non in-
duere, in quo duo innuuntur, scilicet luxuriæ refrenatio,
& diabolicæ suggestionis impugnatio. Vnde
Psalm. Accingere gladio tuo super femur tuum. Cili-
cium, & gladius idem signant carnis scilicet afflictio-
nem, quæ femur, id est luxuriam restringit. Vnde
Cant. Vnius cuiusque ensis super femur suum propter ti-
mores nocturnos. Timores nocturni sunt carnis &
diaboli suggestiones occultæ propter quas uitandas om-
nis qui lectum ueri Salomonis, id est conscientiam
suam, in qua requiescit Christus, uult custodire, de-
bet habere enses mortificationis super femur, scilicet
carnis. Sequitur. Et conspergere cinere scilicet
illius maledictionis memor, Cinis es, & in cine-
rem reuerteris. Cinis ex incendio dicitur, ex quo
factus est Adam cum sua posteritate. Igne cupidita-
tis accensus, flatu falsæ promissionis fuit incensus,
& ideo in cinerem mortis reuersus. Luctum unige-
niti fac tibi. Luctus dicitur eo quod fit congruo cordi
quasi vulnus pungens, cui sanando consolationes adhi-
bentur, & significat contritionem, quæ est vulnus
cordis, cui debet adhiberi consolatio, ut speres de mi-
sericordia redemptoris. Nota quod dicit luctum uni-
geniti, quia sicut non est dolor super dolorem mulie-
ris, quæ solum unigenitum, quem super omnia diligit
Dd 2 cum

Ps. 44.

Cant. 3.

cum ipse moritur perdit, sic non debet esse dolor super dolorem animæ poenitentis, quæ cum unicum haberet filium scilicet fidem per dilectionem operantem, per mortale peccatum ipsam perdidit. A missa charitate fides moritur, quæ animam uiuificat. Et ideo quia animam fidei amisi, luctum uigenti fac tibi. Planctum amarum. Contritioni cordis debet adiungi lachrymarum effusio cum amaritudine, ut anima seipsam defleat, & unicum mortuum resuscitet, quia dominus fleuit super Lazarum & super ciuitatem Hierusalem. Flere est ubertim lachrymas fundere, quasi fluere. Plorare uero est cum uoce. Lugere autem cum dictis aliquibus miserabilibus. Vnde lugere dicitur quasi luce egere. De fluenti huius fletus loquitur Cantic. sponsus sponsæ. Oculi tui sicut columbæ desuper riuulos aquarum, quæ lacte &c. Nota. In oculis prudentia uigil designatur. Columba in abuis præuidet accipitrem se rapere machinantem, & nos præuidere in riuulis transitorie dulcedinis debemus incertorem, quia incertor culpæ, exactor erit & poenæ. Lac quo nihil gratius datur, significat hilaritatem conscientie de spe diuinæ misericordie. Fluenta plenissima sunt effusiones lachrymarum. Anima ergo tanquam columba residens super fluenta aquarum plenissima, confidens de Dei misericordia, debet præuidere uigilanti cura, ut sibi caueat fallaciam transitorie dulcedinis, & malitia diaboli suggerentis. [Videns ergo ciuitatem, fleuit super illam, dicens, Quia si cognouisses,] scilicet ruinam quæ tibi imminet, & tu fleuisses, quæ modo exultas, de qua exultatione Sapient. Venite (dicunt impij) & fruamur bonis &cæt. Sequitur. [In hac die tua, quæ ad pacem tibi]. O peccator, in hac die tua ruēs modo, sed ueniet tempus quo eris alteratus. quia omnino diabolo traditus nunc exultas in die tua, sed ueniet dies tua, in qua dolebis. Cum accepero (inquit Deus Pal.) tempus ego iustitias iudicabo. O domine si iustitias iudicabis, quid de iniustitia erit? O peccator

Cantic. 5

Sap. 2.

Psal. 74.

cor, dominus accommodauit tibi tempus suum ad promouendum salutem, & tu fecisti tuum de accommodato, sed crede mihi ueniet dies tua, &c. Vnde Ezechiel. Ecce ego ad te, & eiciam gladium meum de uagina sua, &c. Vagina dicta quasi bagina eo quod in ea gladius baiuletur. Gladius in uagina, est diuinitas in humanitate, de qua eiciet pater gladium, & uibrabit ipsum. Vbi nota. Gladius uibratus duo facit, scilicet splendorem & umbram tremulam. Pater in die sua uibrabit gladium, id est filium suum, quia omne iudicium dedit ei, qui splendorem sanctis, & umbram tremulam damnatis ostendet impijs. Tollitur impius ne uideat gloriam Dei, quia in terra sanctorum iniqua gessit, immo uideat illum in quem transfixit. O infelix anima hæc abscondita sunt ab oculis tuis, quos dies tua & pax excæcauit, quibus excæcatis tanquam animal brutum duceres funiculo cupiditatis ad ista fugientia capienda. Ideo tales recte simulacra muta diligunt, scilicet temporalia, & ideo sunt anathema, id est a Christo separati, qui ea contemnere præcipit. Smile etiam habes Iosue septimo. Anathema in medio tui Israel. Nota historiam de furto Achor. Achor interpretatur peruertens aut fratris ruina. Et significat huius mundi diuitem, qui peruertit iustitiam, bona pauperibus auferendo, uel eis sua non reddendo, & sic est fratris ruina. Hic furatur pallium &c. In pallio coccineo pauperum hominum substantia multo sanguine & sudore acquisita. In ducentis siclis argenti, utriusque testamenti scientia, In regula aurea quinquaginta siclorum, omnium religiosorum designatur uita. Pallium furantur milites & burgenses, auari & usurarij. Ducentos siclos argenti furantur nostri temporis latrunculi, prælati scilicet & clerici, Regula auream. 50. siclorum, falsi religiosi. Huius mundi diuites & potentes, pauperibus, quos suos uillanos uocant, cum ipsi sint uillani diaboli, substantiam pauperum & sanguinem qualicumque modo potuerint, auferunt. Nudos (ut dicitur Iob.) di-

Ezech. 21.

Iob. 24.

Hiere. 2. mittunt homines, indumenta tollentes, quibus non est operimentum in frigore. Hiere. Inuentus est in alis tuis sanguis pauperum. Item utriusque testamenti scientiā, quæ propter sui perfectionem & sonoritatem per ducentos siclos argenti significatur, furantur prælati, cum eam non ut ædificent, sed laudes & honores sibi acquirant, addiscunt. Inde dicitur eis Prouerb. Circulus aureus in naribus suis mulier pulchra & fatua. Mulier pulchra & fatua, sunt clerici, quia molles & compti tanquam meretrices pro denariis se exponentes, Pulchra, gloria uestigium, turba nepotum multiplicatione præbendarum. Fatua, quia quod ipsi uel alii fantur, non intelligunt, tota die in ecclesia clamant, & quasi canes latrant: & seipso non intelligunt, quia corpus in choro, & cor in foro. Isti cum habeant circulum aureum scientiæ & eloquentiæ, non uerentur tanquam porca mittere ipsum, in stercus luxuriæ & auaritiæ. Item regulam auream furantur falsi religiosi. Regula quasi mensura reges dicitur, uel quod distortum prauumque corrigat. Regula aurea est uita religiosorum, quæ hominem distortum & prauum ad mensuram recte uiuendi corrigat, & modum rebus ponit. Hanc regulam fere omnes religiosi furati sunt, quia ad ueritatē Euangelii non ambulat, secundum patrum instituta non uiuunt, sed distorte, & simulatorie uitam suam ducunt. Regulam auream beati Benedicti monachi furati sunt. Regulam auream beati Augustini, canonici. & sic de singulis religiosis, quæ sua, non quæ Iesu Christi sunt, querunt. Hæc regula dicitur constare quinquaginta siclis, quia omnium religiosorum uita consistit in poenitentia, quæ in quinquagesimo Psalmo, Miserere scilicet mei Deus, plenarie continetur. Omnes ergo isti quia (ut dictum est) furantur, ideo in die iudicii duris increpationibus lapidabuntur, & post igne æterno comburentur, & sic erunt anathematizati, & in perpetuum a Christo separati. Sequitur secundum *Veniēs dies in te, & circumdabunt te inimici tui uallo &c.]* Visitationis tuæ uenient dies, quando animas exeuntes

tes a corporibus, dæmonis circumdabunt uallo, trahentes eas societatem suæ damnationis. [*Vndique circumdabunt te & coangustabunt,*] quando non solius operis, sed & locutionis & cogitationis iniquitates ante oculos eorum replicabuntur. [*Et ad terram prosternent te,*] quando caro in puluerem redigetur. Filii etiam cadent, cum in illa die peribunt omnes eorum cogitationes. quæ per lapides significantur, cum dicitur. [*Et non relinquetur in te lapis super lapidem*] Peruersus enim cum peruersæ cogitationi peruersionem adiicit, quasi lapidem super lapidē struit. Sed cum anima ad ultionem rapitur, tale cogitationum constructio dissipatur. Et hoc ideo, quia non cognouit tempus uisitationis suæ. Peruersam enim animam uisitat Deus aliquando præcepto, aliquando flagello, aliquando miraculo. Sed quia superbiens contemnit, nec de malis suis erubescit, in extremo inimicis tradetur. Vnde & consequenter dicitur. [*Eo quod non cognoueris tempus uisitationis tuæ.*] Vnde Isa. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui. Israel autem me non cognouit, & populus meus non intellexit &c. Bos, idest latro, qui tanquam bos iugum crucis pertulit, dicens. Memento mei &c. & asinus, idest Centurio, & gentiles dicentes. Vere filius dei erat iste. Israel, idest ecclesia, non cognouit me, & populus, scilicet laicus non intellexit. Super hoc concor. illud Eccle. circa finem. Memento creatoris tui in diebus iuuentutis &c. usque Spiritus redeat ad deum qui dedit illum. O ciuitas Hierusalem, anima ad Dei similitudinem creata, memento creatoris tui qui te fecit, qui te iudicabit, & hoc in diebus iuuentutis tuæ, cum promior est ætas ad peccandum, & acceptabilior ad poenitentiam peragendum. Vnde & præmisit capitul. .ii. Latere iuuenis &c. Iuuenis dictus eo quod iuuare possit. Memento ergo, idest in mento habeto antequam ueniat tempus afflictionis tuæ. i. senectutis, mortis, & iudicii, & appropinquet anni, de quibus dicas. Non placet mihi, in hac die tua quæ ad pacem tibi est, & quæ placet tibi. Sed uenient dies in te qui non placebunt

tibi. Placuisti tibi, & displicuisti Deo, ideo uenient dies quando displicebit tibi. Ideo memento antequam obtenebrescat solis lumen, idest prosperitatis mundanę claritas, mortis caligine, antequam obtenebrescat luna, & stelle, idest sensus corporis, qui in senectute debilitantur, & in morte omnino obtenebrantur. Vnde Isa. 8. Suspiciet sursum, & ad terram intuebitur, & ecce tribulatio, scilicet in diaboli suggestione, & tenebrę, in mentis excecatione, dissolutione, in operis perpetracione, angustia, in consuetudine, caligo persequens, in gehęnę persecutione. Item tribulatio in uita, tenebrę in senectute, dissolutio in infirmitate, angustia in animę emissionem, caligo persequens in dæmonum infestatione. Memento ergo creatoris tui. Et reuertantur nubes post pluuiam. Nubes sunt peccatores, qui pluuiam effundunt cum animę suę damnis captiuitatem annunciant, recedunt, quando nolunt eis credere reuertuntur, quādo quę annunciauerunt adimpletur. Quando cōmouebuntur custode domus &c. Vide in Glossa. Funis argenteus, idest uita, idest continuatio uitę rumpatur, & uita aurea, idest anima preciosa pars hominis, recurat unde uenit, & conteratur hydria, idest homo de terra factus in rota, quia semper uoluitur in rota mundi. Qui item super fontem & cisternam confringitur cum morte dissolutus aquas concupiscentiarum quas de mundanę uanitatē cisterna hauserat, amittit. Nota, per hydriam intelligitur cupiditas. Vnde Samaritana abiecit hydriam ad predicationem Christi. Ioan. Quando ergo diues moritur super diuitias, potest dici quod hydria contrita est super fontem, quia miser homo moritur cum fonte cupiditatis. Per cisternam intelligitur congregatio diuitiarum. Vnde Hiere. Dereliquerunt me fontem aquę uiuę, & foderunt sibi cisternas quę continere non ualent aquam. Tunc rota frangitur super cisternam, quando cupiditas hominis nō relinquit diuitias, sed inter ipsas moritur. Et reuertatur puluis, idest corpus, in terram suam unde erat. Primo homini dictum est, Gen. Pul-

uis,

uis es, &c. Pulis dictus eo quod ui uentri pulsetur. Et spiritus, idest anima redeat ad Deum qui fecit illum. Non est enim extra duce. Deus enim fecit animam, cui uirtutes gratię infudit, ut sic creatorem agnosceret, agnitum coleret, colendo ipso perfrui mereretur. Sequitur. [*Et ingressus in templum, cepit eicere uendentes & ementes &c.*] Nota quod dominus bis legitur uendentes & ementes de templo eiecisse, semel primo anno suę prædicationis, & secundo cum iret ad passionem. Iesus templum ingreditur, dum quotidie uisitat ecclesiam & actus cuiusque considerat, & eos eiicit qui inter sanctos uel sicte bona, uel aperte mala faciunt. Per boues qui arant, prædicationis cęlestis doctrinę significantur. Boues uendunt qui non amore dei, sed pro quaestu temporali prædicant. Oues innocentes sua uellera uelliendis præbet. Per has significatur opera munditię & pietatis, quę uendunt dū pro humana laude geruntur. Spiritus in columba apparuit. Marc. 1. Vnde per columbam accipitur spiritus, quem uendunt simoniaci, illud est graue peccatum. Hi omnes eiiciuntur de parte sortis sanctorum, qui sicte bona, uel aperte mala faciunt, & uinculis peccatorum modo flagellantur ad correctionem, quibus incorrepti in fine ligabuntur. Oues & boues eiicit qui talium uitam ostendit reprobam ac doctrinam. Et mensas subuertit, quia in fine ipsę res quas dilexerant, destruentur. Nota, cum Christus eiiceret uendentes & ementes, quidam fulgor radiosus egrediebatur ex oculis eius, quo terreti sacerdotēs & leuitę non poterant ei resistere. Super hoc concordat illud Sapient. Attingit ubique propter sui munditiam, uapor est enim uirtutis Dei, & emanatio quedam est claritatis omnipotentis Dei sincera, & ideo nihil inquinatū in in illam incurrit. Candor est enim lucis æternę, & speculum sine macula &c. Attingit ubique, scilicet in cęlo sua uisione angelos lauius, in terra peccatores misericorditer ad pœnitentiam expectans, in inferno dæmones & desperatos peccatores

carores crucians. Attingit inquam propter suam mundi-
tiam, quia lux est, & tenebre in eo non sunt ullæ. Vapor
est calefaciens frigus infelicitatis nostræ, existens eius-
dem uirtutis cum Deo patre, & emanatio idest splen-
dor gloriæ consubstantialis, æqualis, cœternus, quæ-
dam idest quodam modo emanat a claritate omnipotē-
tis existens unius claritatis cum omnipotente, synce-
ra, quia summo bono non appropinquat malum, &
ideo nihil inquinatum in illam incurrit, quia semper
simplex bonum est. Candor est lucis æternæ, speculum
in quo uidetur pater. Vnde. Qui uidet me, uidet & pa-
trem meum. Ioan. 14. Sine macula, quia peccatum nõ fe-
cit, nec inuentus &c. 1. Pet. Et imago bonitatis illius,
idest plena repræsentatio existens eadem bonitas cum
illo. Et cum sit una scilicet cū patre, omnia potest, quia
omnipotens & permanens immutabilis, omnia inno-
uat regendo & ordinando. Non ergo mirum si potuit
eiicere uendentes & ementes de templo, & si illi sacer-
dotes & leuitæ resistere non poterant. Aliter. Sapientia
Dei patris fuit uapor calefaciens in sua incarnatione,
tunc hyems infidelitatis transit, imber dæmoniacæ
persecutiones abiit, flores æternæ promissionis appa-
ruerunt in terra nostra. Fuit emanatio claritatis in
miraculorum operatione: Candor lucis æternæ in
sua resurrectione: Speculum sine macula erit nobis in
æterna beatitudine, in qua eum speculabimur sicut
est. Tunc eius sapientia in nobis resultabit. Sequitur
tertium.

1. Pet. 2.
Ap. 8. *Domus mea domus orationis &c.* Dicitur Sap. Intrans
in domum meam, conquiescam cum illa. non enim habet
amaritudinem &c. Homo spiritualis rediens a tempora-
lium sollicitudine, a cogitationum inquietudine, & in-
trans in domum propriæ conscientiæ, & clauso ostio
quinque sensuum, conquiescit cum sapientia, diuinæ
scilicet contemplationi uacans, in qua supernæ dulcedi-
nis quietem degustat. Conuersatio sapientum non ha-
bet amaritudinem, idest peccati delectationem. Pala-
tium

rum enim quod ei afficit, nullum uenenum interficit,
nec habet tædium conuictus ipsius. Spirituales enim
delitiæ augent desiderium, & cum magis sumuntur, au-
dius amatur, in quibus est lætitia & gaudium. Beata il-
la domus, felix illa conscientia, quam sapor sapientiæ
afficit, in qua ipsa sapientia requiescit, quæ dicit, [*Do-
mus mea domus orationis uocabitur.*] Nota quod domus ex
tribus consistit, scilicet fundamento, parietibus, & te-
cto. In fundamento humilitas, in parietibus, uirtutum
congeries, in recto, charitas notatur. Vbi illa conue-
niunt, ibi dominus quiescit, qui dicit. [*Domus mea domus
orationis.*] Oratio dicta quasi oris ratio. Nota quod ora-
tioni sex sunt necessaria: Odor internæ deuotionis:
Delectatio tribulationis externæ, lachrymæ compun-
ctionis, mortificatio carnis, uitæ munditia, eleemosy-
na. Quæ omnia notantur Gene. Dixit Iacob filiis suis: *Gen. 43.*
Ite & deferre uiro (scilicet Ioseph) munera, balsamum,
mel, thus, myrrham, resinam, & amygdala. Vnde Eccle-
siast. 24. Quasi balsamum non mixtum odormeus, scili-
cet puræ deuotionis, quam non corrumpit duplicitas
mentis. Item mel est delectatio tribulationis. Vnde
Deuteron. 32. Ut surgeret mel de petra. Petra est duri-
tia aduersitatis uel tribulationis. Mel de petra fugit quæ
aduersitatis duritiam in suauitate mentis recipit. Vn-
de in naturalibus apes sedent super aluearia, & sugunt
quod est in fauis, & dicitur quod si non facerent hoc,
corrumperetur id quod est in fauis, & generaretur ex
eis aranea. Fauus est mel in cæra, dictus quia comeditur
magis quam bibitur. Phagein græce, comedere latine.
Apes sunt uiri iusti, qui sedent super aluearia, idest affli-
gunt & humiliant corpora sua, & sugunt quod est in fa-
uis. Nota quod sicut est in fauo mel & cæra, sic in uita
uiri iusti est mel internæ delectationis, & cæra extero-
ris aduersitatis, quæ defluit & deficit a facie ignis, idest
præsentia diuini amoris. Sedeant obsecro apes super al-
uearia, & sugant quod est in fauis, ne per impatientiam
& cordis amaritudinem corrumpatur mel internæ dul-
cedinis.

cedinis, & generetur aranea ab aere dicta, eo quod in aere fila generet uel gerat. Et significat superbiam cordis, quæ natione cœlestis cœlestium mentes nititur habitare. Prohdolor cum mel corrumpitur, aranea generatur superbix, scilicet ex interna corruptione dulcedinis. Item thus dictum a theos, idest Deo cui adoletur est oratio. Psal. 140. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Nota quod thus ab Arabia sola mittitur, quæ interpretatur sacra, in qua est arbor quæ Libanus dicitur, cortice & folio lauro similis, succum amygdali modo emittens, qui bis in anno colligitur, autumnus scilicet & uere, sed autumnalis collectio paratur inciso cortice in æstatis feruore & profliente spuma, quæ concreta densatur ubi loci natura poscat, hoc est thus candidum. Secunda uindemia præparatur hyeme incisis corticibus, rubrum hoc erit, nec comparatum priori, nouellæ arboris candidius, sed ueteris odoratus. Quicumque dominium illius nemoris Arabici tenent, sacri uocantur. Quicumque loca ista uindemiant uel incidunt, non funeribus intersunt, non congressibus scœminarum polluuntur, Arabia est mensura iusti sacra, in qua debet esse Libanus, quæ interpretatur candidatio, idest munditia uitæ, de qua procedit thus orationis puræ. Vnde Ecclesiast. Quasi Libanus non incisus uaporauit habitationem meam, Libanus significat illos quorum tota uita in oratione consistit. Libanus non incisus debent esse omnes religiosi precipuæ ut eorum mens non sit diuisa in oratione, ut aliud non habeant in ore, & aliud in corde. Quia mens diuisa non impetrat. Laborare ergo debent ut sint integri, & lingua consonet cordi, & tunc uere erit dulcis melodia in auribus Deo Sabahot. Collectio thuris in autumnus significat deuotionem orationis proficuarum, uindemia thuris in uere significat orationem incipientium, nouiter, scilicet conuersorum. Tam illi quam illi inciso cortice gummi emittunt, quia conpuncta eorum corda Deo orationem reddunt. Seli
ælia-

Ecl. 24.

æstatis feruore, isti in hyc me inciduntur, illi candidum, isti rubrum thus emittunt. Proficientes enim in feruore cœlestis desiderij deuotionem candidæ orationis cū lachrymis conpunctionis emittunt. Incipientes uero hyc me propriæ tentationis, frigore dæmoniacæ suggestionis adhuc afflicti dolorosam quasi sanguineam cū amaritudine lachrymarum & suspiriorum emittunt orationem. philosopho. n. contemptus surgit in scandala. Nouellæ arboris thus candidum. l. candor uitæ, debet præcedere, & subsequi arboris ueteris odoratus. s. odor bonæ famæ. Cū incipis, magis debes nitî ad munditiã uitæ, cū proficis, ad odorem bonæ famæ. Quicumq; ergo thus orōnis uoluerit colligere & Deo offerre, caueat ne intersit funeribus rācoris & odij, quia qui fratrem suum odit, homicida est, ne cōgressibus scœminarū polluat, nec et cogitationum malarum. Item myrrha ab amaritudine dicta, est carnis mortificatio, de qua Iudith. La- Ind. 14
uir corpus suum, & unxit se myrrha optima. Confitens enim debet lauare se in confessione, & ungere se carnis mortificatione in peccati satisfactione. Et Daniel. di- Dan. 10.
ctum est. Ex die primo quo posuisti cor tuum ad intelligendum ut affligeres te in conspectu domini Dei tui, exaudita sunt uerba tua. Item rhesina est lachryma arboris, & significat lachrymam emanantem de intimo corde, de qua dominus Isa. 38. Audiui orationem tuam & uidi lachrymas tuas. Item Isa. 16. Inebriabo te lachryma mea Efebon & Eleale. Efebon interpretatur cingulum tristitiæ, uel cogitatio mœroris. Eleale conscensio interpretatur, & significat animas pœnitentium, quæ cingulo tristitiæ & mœroris accinguntur, ut expediti ualeant conscendere ad domū domini. Vnde Isa. 15. Per ascensum enim Luith flens ascēdet, & in uia Oronaim clamorem contritionis leuabunt. Luith interpretatur genæ. Per ascensum ergo Luith idest genarum flens ascendit ad dominum. Oronaim interpretatur foramen mœroris, & significat oculum, per quem egreditur clamor luctus ascendens ad dominum. Vnde Ecclesiastic. Eccl. 3

Nonne

Nonne lachrymæ uiduæ ad maxillam descendunt? De maxilla. n. ascendunt usq; ad cœlum, & dominus exauditor non delectabitur in illis. Animas ergo poenitentium lachryma passionis suæ inebriat, cum clamore ualido, & lachrymis obtulit se Deo patri. Inebriat inquam ut temporalium obliuio ad ea quæ ante sunt se extendant.

Ecccl. 4. Item Amygdalus est eleemosyna. Ecclesiast. Fili eleemosynam pauperis ne defraudes. Bene dicit. Ne defraudes, cum fraus sit in aliena re. iuxta illud. Aliena rapere cõuincitur qui sibi ultra necessaria retinet. Eleemosyna dicitur ab eli quod est Deus, & moys quod est aqua, inde eleemosyna quasi Dei aqua, uel q̄ Eleos græce, misericordia latine. Felix illa domus, beata illa apotheca, in qua reponuntur ista sex, ex quibus procedit pura & uera oratio usque ad aures Dei ascendens, & omne quod quærit, impetrat. Bene ergo dicit Christus. [*Domus mea domus orationis &c.*] In hac domo facit unanimes habitare. idest rationem & sensualitatem, ut sensualitas rationi, & ratio suo superiori, scilicet Deo sit obediens.

Ipse dabit uirtutē (Psal. 47.) ne prospera eleuent, & fortitudinem, ne aduersa dei iiciant, plebi suæ. Vnde Isa. 40. Qui dat lassio uirtutem, & ijs qui non sunt fortitudinē & robur multiplicat. Sequitur. Vos aurem fecistis eam speluncam latronum. Vnde Hier. Nunquid spelunca latronum facta est domus ista in qua inuocatum est nomen meum in oculis meis? Hominis conscientia fit latronum spelunca, cum euenit ei qđ dicit Isa. 13. Requiescent ibi bestię & replebuntur domus eorum draconibus, & habitabunt ibi Struthiones, & pilosi saltabunt ibi, & respondebunt ibi ululæ in æuibus eius, & Sirenæ in delubris uoluptatis. Bestię a uastando dicte sunt, quæ morsu uel unguibus sequunt. Draco serpens maior cunctis animantibus sine pedibus dictus, qui a speluncis transfertur in aerem, concitatur propter eum aer, uim non in dentibus sed in cauda habet. Draco marinus aculeum in brachijs habet a latruncula caudam spectantem. Struthio græce Marinus nomine dicitur, eo qđ animal

in

in similitudinem auis pennas habet, de terra non altius eleuatur, qua fouere negligit, sed proiecta tantummodo pulueris fori animantur. Pilosi qui & incubi. horum forma ab humana efficie incipit, sed in bestialem terminatur, a græcis panes uocantur. Vnde Pagani dixerunt pilosum esse barbatum, rubicunda facie, caprinis pedibus. Ululæ sunt aues nocturnales, dicte ab ululatu uocis quam efferunt, quas uulgo cariones uocant. Sirenæ ut fertur sunt animalia mortifera in mari, quæ a capite usque ad umbilicum figuras humanas habent, extremas uero partes usque ad pedes, uolatiles, dulcissimum melodiæ cantum uel carmen canunt, ita ut per suauitatem uocis auditus hominum a longe nauigantium ad se trahant, & graui somno sopitos dilaniant. Secundum ueritatem meretrices sunt, quæ transeuntes ad se ad egestatem deducunt. Alas & unguas habuisse feruntur, quia amor luxuriæ uolat & uulnerat. Nota qđ in bestijs superbia & rapina, in drachonibus ira & inuidia uenenosa malitia, in Struthionibus hypocritarum fallacia, in pilosis auaritia & simonia, in Ululis detrahtio & adulatio, in sirenis gula & luxuria designatur. Superbi raptores, pauperes, pupillos, & uiduas quasi bestię deuastant. Vnde Ezech. de tali potente superbo loquitur. Tulit unum de leunculis suis, idest filijs, & factus est leo, & dedit prædam capere, homines deuorare, uiduas facere, & ciuitates earum in desertum adducere, & desolata est terra, & plenitudo eius a uoce rugitus illius. Iracundi & inuidi quasi dracones a propriæ conscientię spelunca tracti (non possunt enim continere se) aerem uerbis implent, clamoribus concitant, blasphemijs fœdant, quorum uis malitiæ non tantum in dentibus quo ad blasphemiam, sed maxime est in cauda quoad uindictam & iniuriam, quam inferunt manualem. Item hypocritæ tanquam struthiones habent similitudinem sanctitatis, sed prægrauati amore gloriæ temporalis a terrenis non possunt eleuari. Oua fouere negligit struthio, quia hypocrita filios quos per prædicationem

Exec. 19


Iob. 39.

tionem acquisiuit, in terrenis perituros deserit. Vnde Iob. Penna struthionis similis est pennis Erodij & accipitris, Quando derelinquit in terra oua sua, tu forsitan in puluere calefacies ea. Oua dicta eo quod sint uuida, idest humore plena, Nam humidum est quod exterius humorem habet, uuidum quod interius. Oua sunt nouiter conuersi, qui humorem compunctionis habeat in corde, quos dominus in puluere, idest humilitate penitentiae calefacit, ut producere ualeant fructum boni operis. Prælati hypocrita gloriæ temporali intenti obliuiscitur quod pes carnalis effectus conculet, & bestia agri, idest diabolus conterat subditos suos. Induratur ad filios quasi non sint sui. Mercenarius enim est, & ideo non pertinet ad eum de ouibus quicquam. Item auari & simoniaci hodie saltant & ludunt tanquam pilosi in ecclesia Christi, facie rubicundi, cappati, impinguati, quorum pedes, idest affectus & mores sunt capri, idest foetidi, cuius foetoris eorum conscientiae spelunca testis. Item detractores & adulatores quasi uulæ in nocte, idest absentia illius cui detrahunt, & falsa laude cui adulantur, horrende ululant. Item gulosi & luxuriosi tanquam Sirenæ animam suam dilantant, substantiam deuorant, & quos seduxerunt, in mare æternæ damnationis secum præcipitant. Ecce his omnibus uitijs dominus, idest ecclesia Dei quæ facta est quasi spelunca latronum, & conscientia hominis quæ facta est cauea demonum, repletur a summo usque ad imum. Et ideo dicit Christus. Vos autem fecistis eam speluncam latronum &c. Rogemus ergo &c.

Domi-

DOMINICA. XI. post Trinitatem.

De his qui sanctitatis ostensione alios carpunt.



Vo homines ascendebāt in templum &c.] Luc. Dicitur Ecclesiastici. Tripliciter sol exurrens montes, radios igneos extuillans, & resurgens radijs suis obæcat oculos. Sol dicitur quasi solus appareat, obscurans suis splendoribus cætera sidera. Depingitur autem cum quatuor equis, & secundum illos habet quatuor naturas. Nam quando oritur splendens est, cum ascendit, calens, quando est in meridie, ardens, cum declinat ad occasum tepescens. Sol est Christus, qui habitat lucem inhabitabilem & inaccessibilem. Cuius luci omnis lux tenebræ, cuius iustitiæ omnis sanctorum iustitia comparata est sicut pannus menstruatur. Huius solis quatuor equi sunt quatuor euangelistæ. Matthæus fuit quasi equus splendens, cui attribuitur facies hominis, quia de homine exorsus est scribere. Liber generationis Iesu Christi. Marcus equus calens, cui attribuitur facies Leonis, qui calidæ est nature. Sic enim ait. Vox clamantis in deserto &c. Ioannes ardens, cui facies Aquilæ, eo quod irreuerberatis oculis tanquam aquila super seipsum eleuatus perspexit solem cum ait. In principio erat uerbum. Lucas tepescens, cui facies uituli attribuitur, qui in sacrificio occiditur, quod Lucas præcipue exequitur. Christus fuit sol splendens in sua natiuitate, calens in sua prædicatione, in qua rugit sicut leo, Agite inquit penitentiam &c. Ardens in miraculorum operatione, in quibus apparuit quod uerus esset Deus, tepescens in sua passione, uelut uitulus patri immolatus cecidit in mortem. Iste sol cum peccatori oritur, fit ei splendens in peccati cognitione calens in ipsius dolore, ardens in satisfactionis feruore, tepescens in uitiorum mortificatione.

Ser. Do. S. Ant. de Pad.

E s tione

Luc. 18

Eccl. 43

tritione. De hoc sole dicitur. Tripliciter sol exurens montes. Mons dictus quasi non habens motum. Montes sunt huius seculi superbi. Psal. montes sicut cæra fluxerunt a facie Do. Quod cum ipso exurit tripliciter scilicet contritione, confessione, & operis satisfactione. Hac uisione orabat exuri propheta, dicens. Vre renes meos, & cor meum. Cor uritur contritione, lingua confessione, renes satisfactione. Sequitur. Radios igneos ex suff. Radij solis sunt paupertas, humilitas, patientia, obedientia Christi. Quot exempla, quot salutis uerba nobis dedit, tot radios igneos, quibus accenderemur ipsius amore, nobis ex se suffiauit, de quibus & subditur. Refulgens radijs suis excæcat oculos, quia radijs paupertatis, & humilitatis obscæcantur superbi, ut non uidentes uideant. Est enim tanquam collyrium oculum infirmum perturbans, & quasi excæcans, sed postea clarificans & illuminans. Vnde Ioan. In iudicium ego in hunc mundum ueni, ut qui non uident uideant. Itē ibi dem. Si cæci essetis peccatū non haberetis, quia quæretis collirium quod aufert omne peccatum. In isto sole excensus & exustus fuit ille publicanus obscæcatus ueris pœnitens, de quo euangelium hodiernum loquitur [De homines &c.] Vbi tria sunt consideranda. Primo, Pharisæi fatuitas & arrogātia fugiēda, ibi. [Duo ho. unus Pharisæus &c.] Secundo, Publicani humilitas & pœnitentia imitanda, ibi, [publicanus stans a longe &c.] Tertio Christi sententia approbāda, amē dico uobis, [quia omnis qui se exal.] Quo ad primum nota quod quatuor sunt species tumoris repertæ in Pharisæo. Prima, cum quis bonum quod habet a se habere existimat. Secunda, si datum a Deo pro meritis suis datum putat. Tertia, cum iactat se habere quæ non habet. Quarta, cum despectis cæteris appetit singulariter uideri habere quod habet. Hac peste laborabat Pharisæus qui ideo nō iustificatus descendit, quia merita bonorū sibi singulariter tribuēs publicano se pretulit. Ecce leo mortuus & canis uiuus. Eccl. Melior est canis uiuus leone mortuo, idest humilis publicanus superbo

Ier. 9.

Eccl. 9.

superbo pharisæo. Et nota quod os colli leonis est continuum, & in eo non est annulositas, & in eius ossibus non inuenitur medulla, & ossa leonis præcipue sūt dura magis quā ossa aliorum animalium, & propter hoc quando colliditur unum cū alio, emicat ignis. A simili, in collo superbi nō est annulositas, idest flexibilitas. Vnde Iob. 15. Terendit aduersus Deum manum suam, & contra omnem potentem roboratus est. Cucurrit aduersus eum erecto collo, & pingni ceruice armatus est. Flecte ramos arbora, tenfa laxa uiscera &c. Tolle tumorem quem dedit fatuitas superbe pharisæe. Quid te eleuat cor tuū, & quasi magna cogitans artonitos habes oculos? Quid tu mer contra Deum spiritus tuus ut proferas de ore tuo huiusmodi sermones, [Non sum sicut cæteri hominum raptores, &c.] Quid es ut immaculatus sis & iustus, &c. Iob. 15. Superbus etiam non habet medullam compunctionis & compassionis, ex cuius uerborum & operum collisione egreditur ignis arrogantie & uanz glorie. Vnde Iudicum. Egrediatur ignis de Ranno, & deuoret cedros Libani. Rannus est spinatum genus depressissimum, & nimium molestum figurat superbum spinis diuitiarum & peccatorum obscurum, ex quo procedit ignis superbie deuorans omnes cedros Libani, idest omnia opera quæ facit, scilicet, [Ieiunio bis in sabbato &c.] Grego. ibidem. Quid prodest si tota ciuitas custodiatur, & uinum foramen per quod hostes intrant, relinquatur? Itē cum qui de bonæ uitæ perfectione extollitur, hanc non inchoasse monstratur. Eccl. nolli te extollere in faciendo opere tuo. Omnis enim arrogans humiliabitur &c. Bene ergo de leone mortuo dicitur Pharisæus stans quasi collo inflexibili. Pharisæus diuisus interpretatur se. n. iustum reputans a publicano se separabat, dicens. Non sum sicut cæteri hominum raptores &c. Quid est cæteri hominum nisi omnes præter ipsum? quasi dicit, solus iustus sum, cæteri omnes peccatores. Cum hoc concor. illud Ecclesiastici. Tres species odit an

Iob. 15.

Iudi. 9.

Eccl. 10.

Eccl. 29.

Ec a ma

ma mea, & aggrauor ualde animo illorum. Pauperem superbum, & diuitem mendacem, & senem fatuum & insensatum. Superbus dictus super uadens, Mendax qui mentem alterius fallit, Senex eo quod se nesciat, delirat enim propter nimiam ætatem, uel sensuum diminutionem, eo quod iam per uetustatem desipiat. Physici enim dicunt senum & puerorum ætatem conuenire, In pueris enim sanguinis nondum candidus est in sensibus iam frigidus. Nota quod istæ tres species Deo odibiles in isto phariseo & quolibet superbo reperiuntur phariseus enim pauper est, quia per foramen quod apertum reliquerat in trones intrauerant, & omnia eius bona futati fuerant. Superbus qui supra sed uadens se meliori preculit, superbus pauper est, quia caret diuitijs humilitatis, qua qui caret in summa miseria est. Phariseus fuit diues mendax, Diues cum dicit, [*Ieiuno bis &c.*] Mendax cum dixit, [*Non sum sicut ceteri hominum.*] Hoc ipsum nostri religio si, diuites in sanctitatis apparentia, sed mendaces in mentis elatione dicunt cum. Helia, Zelo zelatus pro domino Deo &c. 3. Reg. Fuit etiam phariseus senex fatuus. Senex, quia seipsum nesciebat, & fatuus, quia sensum perdiderat, & quod loquebatur non intelligebat. Ascenderat enim in templum ut oraret, non ut se laudaret, a laude incepit propria, qui incipere debuerat a laude & exaltatione dominica. Tres igitur, species odit anima mea. Dicitur Eccl. Altissimus creauit de terra medicinam, & uir prudens non abhorrebit illam, Altissimus qui est Christus, de terra. i. de carne sua creauit medicinam, scilicet humanitatis qua sanauit humani generis. Vel de terra creatur medicina, qua per afflictiones corporis sanantur uulnera mentis. Sic enim de carne nostra fit medicina, sicut & serpente theriaca. Caro fuit serpens in culpa, & dabit theriacam in poena. Hanc medicinam, Christi, scilicet humilitatem & carnis afflictionem prudens non abhorrebit, sed superbus mendax & insensatus, abiiciet eam, de quo dicitur. Tres species odit anima mea, pauperem superbum &c. Pauper superbus,

bus est istud corpus miserum, diues mendax, hic mundus: Senex fatuus, diabolus. Corpus a corruendo dictum est, uel quasi cordis pus, id est putredo, uel quod corruptum pereat, uel quod coram positum. Pauper est corpus meum quod nudum, cæcum plorans ingreditur in hoc exilium & nudum & cæcum, & miserum egreditur ad hoc exilium, & urinam non ad æternum exitium, ecessiati famis & frigoris subiectum, infirmitatibus afflictum spurcitijs & immunditijs plenum Vnde ergo pauper, in felix, tibi superbia? Vnde tibi gloria? Si uis superbire, superbias de cloaca stercoreis quam tecum defers. O miser pauper quem te ipsum facis? Quem te iactas? Nonne tu es qui in cauerna lateborosa matricis matris tuæ fuisti de foetido semine procreatus, ibidem nouem mensibus sanguine menstruo, quem si canes comederent, statim in iram uerteretur, fuisti partus? Vnde ergo tibi superbia? Forte de sanguine parentum. Certe si hoc est, de stercore quo fuisti genitus superbis. Forte de diuitijs. De alieno igitur superbis, quia non tuæ sunt, sed tibi accommodate. Tu non est quod tecum ferre non potest. Si strictissimum est mortis foramen per quod pauper & nudus uix transire poteris, peccata que nihil sunt tecum inde deferes. Forte de sapientia & eloquentia gloriaris. Non tibi gloria, sed illi soli qui datus & sapientiam, qui mutos facit loqui & surdos audire. O pauper, O miserum corpus, cum sis in tanta egestate & miseria positum intantum superbis & gloriaris, Quid faceres si diues fore? Benedictus Deus qui humiliavit sicut uulneratum superbum, siccauit mare aquam abyssi uehementis. Percussit draconem, deposuit potentem, dedit tibi pro suauitate foetore, & pro zona funiculum, pro crispanti crine caluitium. Humiliare ergo cum Hieremi. Teneorū. dicete. Ego uir uides paupertatem meam &c. Sequitur. Diuites mendaces. Hic est mundus cum diuitijs. Naum. 2. Et Ninive quasi piscina aquarum & aquæ eius, ipsi uero sugerunt. Sate, sate, & non est qui reuertatur. Diripite argentum, diripite aurum, & non est finis diuitiarum ex omnibus uas-

sis desiderabiles. Niniue interpretatur sponsa, & signi-
 ficat mundum falsa pulchritudine speciosum. Humi-
 aqua, idest diuitiae uel uoluptates sunt sicut piscinae, quae
 in estate siccantur. Adueniente enim mortis feruore de-
 licta & diuitiae exsiccantur. Vnde Ecclesiastici. In fine
 hominis denudatio operum eius. Omnes fugiunt, om-
 nes morti debitum soluunt, quos Niniue meretrix spe-
 ciosa deridet, dicens. State state, diripite argentum,
 diripite aurum. Mundi amatores dimittunt quae se-
 cum ferre non possunt, quorum nullus est qui reuer-
 ratur, quia dies hominis sunt sicut umbra, & uita eius
 quasi nentus, qui transit & non reuertitur. Non est finis
 diuitiarum Niniues, & ideo non erit finis miseriarum
 eius. Ex omnibus uasis desiderabilibus. Vasa idest
 corda mundanorum adeo sunt profunda in cupiditate,
 ut quantalibet sit plenitudo diuitiarum, & satiari non
 possit. Item de mundi mendacio Naum. Vex ciuitas san-
 guinum, uniuersa mendacii dilaceratione plena. Non re-
 cedat a te rapina. Vex culpa & poenae mundo, qui est ci-
 uitas sanguinum, idest peccatorum, in qua nulla ueritas
 sed omne mendacium. Psalm. Diminuta sunt ueritates
 a filiis hominum. Haec est ciuitas plena rapina & praeda-
 rum laceratione. Gregorius. Praesens uita non nisi cum
 lachrymis habetur, & tamen cum lachrymis amatur. De
 cuius mendacio. Hier. Facta est mihi quasi menda-
 cium aquarum infidelium. Aquae infideles sunt diuitiae,
 quae nullam fidem suo possessori seruant, cum uita pro-
 mittunt, sed nihil attendunt, quarum amatores cum eis
 abundant domino consuetur. Gregorius. Despecta co-
 fessio quam prosperitas facit. Sequitur Senem fatuum
 & insensatum. Hic est diabolus, de quo Eccle. 4. Melior
 est puer pauper & sapiens quam senex & stultus.
 Qui nesciuit sibi providere in posterum, sapientiam si-
 bi datam inter angelos non seruauit, quia conditori suo
 subiecti noluit, cuius membra efficiuntur qui iugo obe-
 dientiae pro obedientis usque ad crucem nomine sub-
 iacent. Torrens apostatae angelo similis efficitur,
 quotiens

quotiens tuo superiori contumax obedire contemnis.
 Non hominem, sed Deum contemnis, qui homines su-
 per capita hominum posuit. Vnde Iob. Qui fecit uen-
 tis pondus. Ventus dictus eo quod sit uehemens &
 uolentus. Natura humana ab adolescentia sua prona est
 in malum, & tanquam uentus leuis & uolenta, & ideo
 Deus fecit ei pondus, idest obedientiam praelatorum, ut
 ipsius pondere praegrata inaniter sicut diabolus non
 eleuaretur super se, & sic miserabiliter caderet subrus
 se. Bonum est ergo uiro (ut dicitur Threnorum) cum por-
 tauerit iugum domini ab adolescentia sua. &c. Cum te
 supponis aliis humiliter, tunc te eleuas te mirabiliter.
 Sequitur secundum.

*Publicanus autem stans a longe, nolebat nec oculos ad cae-
 lum leuare, sed percutiebat pectus suum, dicens. Deus propi-
 tius esto mihi peccatori. Dico autem uobis &c.] Vbi sex sunt
 notanda, scilicet*

Propriae iniquitatis recordatio. Primum ibi.
 Mentis & cordis humilitatio. Publicanus.
 Contritio, Confessio, & Satisfactio. stans a longe,
 Ipsi Publicani iustificatio. scilicet propriae ini-
 quitatis conscius. A longe stetit, ipso templi ingressu in-
 dignum se existimans. Phariseus autem credebat se esse
 prope, sed fuit longe. Publicanus econuerso crede-
 bat se esse longe, & erat prope. Fractus est ramus, &
 insertus est oleaster. Quod quarebat Israel, non est con-
 secutus. Electio autem consecuta est. Sta o peccator a
 longe, te indignum reputa, dicens cum Abraham Gene-
 si decimo octauo. Loquar ad dominum meum cum sim
 cinis & cinis. Mentis & cordis humilitas, ibi. Nolebat
 oculos ad caelum &c. Insigne humilitatis solet appare-
 re in oculis. Extollentiam (inquit Ecclesiastes uigesimo
 tertio Ioculorum meorum ne dederis mihi. Impudi-
 cas oculus impudici cordis est nancius, ut ait Augusti-
 nus. Item, in percussione pectoris, tria notanda, per-
 cussionem contritio, per sonum, confessio, per ma-
 num, operis satisfactio. Deus (inquit) propitius, id-

est placatus sis mihi peccatori. Publicanus sicut hu-
 milis non audet appropinquare ut Deus ad eum appro-
 pinquet, non aspicit, ut aspiciatur, peccatus percutit, pec-
 nam de se exigit, ut Deus parcat. Confiteretur, ut Deus
 ignoscat. Ignorat Deus quod ille agnoscit. Attēde & di-
 ligenter inspice in quanta concordia erat secum ille
 pœnitens. Humilitas in eius mente perfulgebat, cui
 oculorum humilitas consonabat, cor de commissis dolo-
 bat, manus percutiebat, lingua resonabat Deus pro-
 pitius esto mihi peccatori. Super hoc concordat illud
 Ecclesiast. 25. In tribus placitum est spiritui meo, que
 sunt probata coram Deo & hominibus, concordia fra-
 trum, amor proximorum, uir & mulier sibi consentien-
 tes. Fratres iunt quinque corporis sensus. De qui-
 bus Genesis. Iuda te laudabunt fratres tui. Qui
 sunt

Ruben.
 Simeon.
 Levi.
 Ysacar.
 Zabulon.

Iudas est princeps, quē quinque corporis sensus, si inter
 eos concordia fuerit, laudant. i. laudabilem faciunt. Rubē
 interpretatur uisio. Ecce sensus uisus. Symeō auditio, ec-
 ce auditus. Levi assumptus, ecce olfactus, per eum enim
 aerem assumimus, per quem uiuimus. Ysachar di-
 uinum memorans, ecce lingua per quam confessione
 criminis & laudum Dei pœnitens debet esse memor.
 Zabulon habitaculum fortitudinis, ecce tactus. Iste-
 rum fratrum concordia coram Deo & hominibus est
 placita. Concordia dicitur a corde uno, concordi-
 re est unius cordis fieri. Sequitur. Amor proximorum
 Proximi sunt affectus mentis, quibus nullum nobis
 propinquius. Inter hos si est amor Dei, & affectan-
 ter ipsum diligunt, tunc beneplacitum est Deo. Sequi-
 tur. Et uir & mulier consentientes. Vir est ratio, &
 mulier, sensualitas, qui si in timore & dilectione
 Dei

Dei consenserint, quicquid petierint fiet eis. Quis
 igitur in pœnitente publicano talis fuit concordia,
 amor & consensus, ideo de eo dicit dominus. [*Amen
 dico uobis, descendit hic iustificatus in domum suam ab illo,*]
 id est comparatione Pharisei. Hic dicit beatus Ber-
 nardus. Publicanus qui se exinanuit & se uas uacuum
 exhibere curauit, ampliorem gratiam retinuit. Ecce
 quanta gratia redemptoris. Publicanus ascenderat
 pollutus, descendit iustificatus. Ascenderat peccator,
 descendit sanctus. Vnde in introitu missæ de Dei m-
 tercordia confusus clamat, dicens. Deus in adiuto-
 rium meum intende, hoc est dicere. [*Propitius esto
 mihi peccatori,*] ut, scilicet peccata dimittas. Domine ad
 adiuuandum me festina, ut gratia infundas, & sic iustifi-
 catus descendam. [*Omnis qui se exaltat, humiliabitur,*]
 & econuerso. Dicitur Eccle. Memoria Iosias in compo-
 sitione odoris facta, opus pigmentari. In omni ore qua-
 si mel indulcabitur eius memoria &c. Iosias interpreta-
 tur in quo est sacrificium, & significat pœnitentem uel
 uirum iustum in quo est sacrificium Deo spiritus con-
 tribularus, cuius uita comparatur operi pigmentarii,
 mellis dulcedini, & organo musicæ. Verus pœnitens tan-
 quam pigmentarius in mortariolo sui cordis desuper
 feriente pilo contritionis, omnes species cogitationū,
 uerborum, & operum contundit, & in tenuissimum pul-
 uerem redigit, & balsamo lachrymarum conficit. Hæc
 est compositio odoris suauissimi, & opus pigmentari
 comparatur mellis dulcedini. Nota & apes accipiunt
 ceram a floribus, & congregant ipsam pedibus ante-
 rioribus, deinde mutant ipsam ad pedes medios,
 deinde ad coxas pedum posteriorum, & post trolans
 cum ipsa, & tunc manifestatur ponderositas in ea.
 Et cum uolat apes non intendit flores diuersos, ne-
 que dimittit unum florem & uadit ad alium, sed colli-
 git ex uno quo indiget & redit ad aluear, & operatur
 & uiuit ex eo quod operatur. Penitens sex habet pedes
 Anteriores sunt amor Dei & proximi, medii oratio
 &

Eccle. 49

& abſtinentia, poſteriores patientia & perfeuerantia. Flores ſanctorū patrum exempla, quibus debet colligere caram. i. mentis & carnis mundiciam quam his ſex pedibus colligit, & aluear propriæ conſcientiæ cum ipſa redit, & incipit operari interius, & de eo quod operatur ſeipſum reficit. Operamini ait Chriſtus, non cibum qui perit, ſed qui permanet in uitam æternam. Opus uiri iuſti eſt mellis dulcedo, ideſt puritas conſcientiæ, honeſtas uitæ, odor bonæ famæ, gaudium de diuina contemplatione. O curioſe, cuius ſunt in multis actus, ualde non dico ad formicam, ſed ad apem, & diſce ſapientiam. Apis non intendit flores diuerſos &c. A ſimili nõ intendas ad diuerſorum uerborum flores, ad diuerſa librorum opuscula, neq; dimittas unum florem & uadat ad alium, ut faciunt ſaſtidioli, qui ſemper uolunt libros reuoluere, ſermones examinant, uerba ponderant, & nunquam ad ſcientiam perueniunt, ſed collige ex uno quo indiges, & reponere in alueari memoriæ tuæ. Dicit Philoſophus. Non conualeſcit planta quæ ſæpe transfertur. Nihil tam utile eſt ut in tranſitu proficit. Item uita uiri iuſti comparatur organo muſicæ, quod eſt uerbum prædicationis dominicæ uel melodia bonæ famæ conſonans ſanctæ uitæ. Ex tali uita procedit memoria odorifera mentes audientium indulcans, in auribus ſua uiter reſonans. De iſtius Ioſiæ uiri pœnitentis humilitate, qui ſe cū publicano humiliavit, dicit dominus. *[Omniſ qui ſe humiliat exaltabitur.]* Humilis dictus quaſi humili acclius. Porta cœli humilis eſt, per quam qui uult intrare neceſſe eſt ut inclinaret ſe. Hoc autem docuit Chriſtus, qui inclinato capite tradidit ſpiritum. Et ideo dicit. Facilius eſt Camelum introire per foramen acus quã diuitem in regnum cœlorum. Ad literam, foramen acus erat quædam porta in Hieruſalem. Camelus autem naturaliter doctus eſt ſe inclinare cum tranſit per locum demiſſum, & ſuper genua ſua ambulare. ergo facilius eſt Camelum per foramen acus intrare &c. quia Camelus facilius poteſt ſe inclinare, quia hoc habet ex natura, quod

quod non habet diues niſi de gratia. Et ad exprimendam nobis hanc inclinationem quædam porta in Hieruſalẽ dicebatur porta uallis, de qua Neemias. Egreſſus ſum per portam uallis nocte, & ante fontem draconis & ad portam ſtercoris, & conſiderabam murum Hieruſalem diſſipatum. Sequitur. Et ad portam uallis redij. Porta uallis eſt noſter ingreſſus in mundum, ad quem ingreſſi mur ad illam intuendam. Fons autem draconis eſt fons lachrymarum. Porta ſtercoris, pœnitentia, per quã tolluntur ſtercora peccatorum. Et tunc conſideratur diſſipatio muri ſpiritualis quæ per peccatum facta eſt. Portæ combuſtæ ſunt ſenſus per peccatum corrupti portæ fontis eſt contemplatio, ad quam tranſitur poſt pœnitentiã peractam. Aquæ ductus eſt anima contemplantis, per quam aquæ ſpiritualium intelligentiarum decurrunt. Iumentum cui non erat locus corpus eſt, cuius grauitas ab alto contemplationis deiicit hominem, quia ut dicitur Sap. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam. Et ideo ad portam uallis eſt redeundum, quia in humilitate eſt perfeuerandum. De qua Eccle. 7. Humilia ualde ſpiritum tuum, quoniam uindicta carnis impij ignis & uermis. Carnis impij, ideſt carnalis. Vnde dominus Ezech. In ira furoris mei ſufflabo te, daboque te in manus hominũ &c. Sequitur. Et eris cibus ignis. Et Iudith. 16. Dabit ignem & uermes in carnes eorum, ut urantur & ſentiant uſque in ſempiternum. Humilia ergo ſpiritum tuum, quia Eccle. 35. Oratio humiliantis ſenubes penetrabit, & donec propinquet non conſolabitur, & non diſcedet donec altiffimus aſpiciat. Et Origen. Plus ualet unus ſanctus orando, quã quingenti peccatores præſtando. Rogemus ergo dominum noſtrum Ieſum Chriſtum &c.

Neem. 2.

Sap. 9.

Ezech. 28.

Domi.

DOMINICA XII. post Trinitatem.

De surdo, & Muto a Christo sanato, Et de Decem iustorum conditionibus, quæ Beatæ Virgini applicari possunt.

Mar. 7. **E**xiens Iesus de finibus Tyri & Sidonis &c.] Mar. Vbi duo consideranda. Primum, Christi egressio mystica siue figurata. Secundum, surdi & surdi curatio miracula siue uirtualis. In prima parte nota quid Tyrus & eius fines, quid Sidon, quid mare Galilee, quid decapolis. Moraliter. A finibus Tyri exeundum, & ad mare Galilee ueniendum est. Hæc est uia uitæ, semita iustitiæ, de qua Is. Semita iusti recta est, rectus callus iusti ad ambulandum. Tyrus angustia: Sidon uenatio tristitiæ interpretatur. Tyrus est mundus, de cuius angustia Eccl. Fili peccasti, non adicias iterum, sed & de peccatis deprecare ut tibi dimittantur. Quasi a facie colubri fuge peccata. Dentes leonis dentes eius interficiet res animas hominum. Quasi romphea bis acuta hominis iniquitas &c. Nota ista tria.

Colubrum. In colubro luxuria.
Dentes leonis. In dentibus leonis, auaritia.
Rompheam. In romphea superbia designatur.

Coluber dictus eo quod colat umbras, uel quod sit lubricosus. Ceruum fugit: Leonem interficit, & significat luxuriam, quæ colit umbras, idest habitat in illis qui sunt umbrati, idest tepidi & otiosi. De facili lubricat in animam nisi caput eius conteratur, ergo principis obsta. Ceruum, idest humilem poenitentem fugit, quia ipse fugit. Fugite (inquit) fornicationem. Sed leonem, idest superbum interficit. Nam ante ruinam luxuriæ exaltatur cor superbiæ, quæ est initium om-

nis peccati. Dentes dicuntur quasi cibos diuidentes. Horum primi dicuntur præcisores, sequenter canini, uel timi molares. Nota quod triplex est auaritia & rapina auarorum. Quidam enim præcidunt, quia non totum, sed partem auferunt. Quidam sunt sicut dentes canini utpote legistæ & decretistæ, qui pro pecunia tanquam canes latrant in causa. Quidam sunt sicut molares, utpote re potentes & usurarij, qui pauperes molunt, sed dentes peccatorum, & molas leonum cõfringet dominus. Itè romphea est gladius ex utraq; parte acutus, quæ uulgo spatam uocant. Hæc est superbia duplici morte interficiens animam. Fuge ergo colubrum luxuriæ, dentes auaritiæ: Romphea superbiæ. Hæc sunt fines Tyri, in quibus est angustia & afflictio spiritus. De quibus in Proverb. Oculi stultorum in finibus terræ. Fines dicti eo quod agri funiculis sunt diuisi. Qui funiculis peccatorum suorum constringuntur, a sorte sanctorum diuidentur. Ne ergo uir iustus membrum Christi eat cum Tyro infelici ad peregrinandum. Unde dicit Is. Ducent eam (scilicet Tyrum) pedes sui ad peregrinandum. In exilio gehennæ. Exeat obsecro de finibus Tyri, cum Iesu Christo, de quo dicitur. [Exiens Iesus de finibus Tyri, &c.] Sequitur. [Venit ad mare Galilee per Sidonem.] De Sidone, uide alibi. Sed Galilæa transmigratio, mare Galilee amaritudo poenitentiae, quarantur in Euangelio de quinque panibus. Sequitur. [Inter medias fines decapolis.] quæ dicitur a decas quod est decem, & polis quæ est ciuitas, inde decapolis ciuitas decem urbium, uel regio. Nota quod istæ decem ciuitates sunt illæ decem uirtutes quas enumerat Sapiens Eccl. **Eccl. 1.** in laude Simonis filii Onie. Simon (inquit) Onie filius sacerdos magnus fuit, qui quasi stella matutina in medio nebulæ, & quasi luna plena in diebus suis lucet, Et quasi sol refulgens sic ille effulsit in templo Dei &c. (Nota quod ex hac auctoritate potest elici sermo in quolibet festo beatæ Mariæ, unius Apostoli, martyris, uel cõfessoris.) Simo audiens tristitiam significat uirum iustum, qui siue comedit siue bibit siue quodcūq; aliud facit

facit in sui cordis tristitia audit illam terribilem tubā; Surgite mortui, & uenite ad iudicium. Hic dicitur filius Onix qui interpretatur mœrens domino. Est enim filius mœroris, in quo solummodo domino placere appetit, ideo bene dicitur sacerdos, idest sacrum dans, seipsum in odorem suauitatis domino offerens. Et attende diligenter, quod uita uiri sancti dicitur esse quasi stella matutina luna, sol, arcus, flos rosarum, lilia, thus redolens uas auri, oliua pullulans, & cypressus. Ecce Decapolis, idest regio decem ciuitatum. De quibus Luc. Et tu esto super decem ciuitates. Vita uiri iusti est quasi stella matutina in medio nebulæ, idest uanitatis mundanæ. Nota quod in nebula latro timetur, diffusa nebula sol clarius micat, cum palpatur nihil inuenitur, cum eleuatur, signum est tempestat, cum cadit, serenitatis, res maior uidetur in nebula, totam terram occupat, sed statim nescitur quo deuenit. Sic in uanitate mundi & pompa seculari, latro, idest diabolus uel peccatum latet, & ideo uir iustus ualde timet, cum ei uisus temporalium arridet. Fugite o iusti, later anguis in herba, later latro in nebula. Discussa nebula, idest sprete mundi gloria & pompa clarius emicat sol gratiæ, & uobis qui timetis Deum oritur sol iustitiæ. Cum palpatur nihil inuenitur. Vnde Psal. Dormierunt somnum suum & nihil inuenerunt omnes uiri diuitiarum in manibus suis. Viri diuitiarum dicuntur, non diuitiæ uirorum, quia serui sunt pecuniæ. Cum eleuatur signum est tempestat, cum te eleuat gloria secularis signum est tuæ dānationis. Augu. Non est euidentius signum æternæ dānationis quam cum temporalia ad nutum, idest uoluntatem succedunt. Cum cadit, signum est serenitatis. i. perfectionis. Si uis perfectus esse uade & c. Res maior uidetur in nebula quæ fit. Est enim sicut uesica, quæ uetō inflata maior uidetur esse quæ fit, sed punctura acus, idest mortis manifestabit quæ paruus homo fit. Item nebula totam terram tetigit. Vnde ab obnubendo, idest operiendo dicitur. Exhalant enim ualles humidæ nebulas. Heu tota terra cooperata est

est nebula, & ideo homines non uident. Psal. 72. Operati sunt iniquitate (quo ad Deum) & impietate. quo ad proximum. Et Iob. Operuit faciem eius crassitudo, id est abundantia temporalium, & de lateribus eius a ruina idest pinguedo, dependet. Modo nebula terram occupat, sed statim nescitur quo deuenit. Vnde Iob. 20. Si ascenderit usque ad cœlum superbia eius, & caput eius nubes tetigerit, quasi sterquilinum in fine perdetur, & qui eum uiderant, dicent ubi est? Gloria ergo peccatoris quasi stercus, sed gloria uiri iusti quasi stella matutina in medio nebulæ: Abraham in Hur Chaldeorum: Loth in medio Sodomorum: Iob frater draconum, & socius strathionum, Daniel in lacu leonum. Sequitur. Quasi luna plena, quæ tunc tota nocte lucet, sic uir iustus omnia genera peccatorum attendit, & omnibus compatitur. Item Quasi sol refulgens. In radijs solis atomi uidentur. Sic in uita uiri iusti defectus nostri apparent. Atomus est puluis tenuissimus in radijs solis apparet. Et quid est quod nos cæci defectus nostros non uidemus, nisi quia claram sanctorum uitam non perspicimus? Hos atomos uidebat Iob. cum dicebat. Respiciam homines & dicam peccavi. Sol enim guttas aquarum ad se trahit, & uir iustus ad Deum modicos conuertit. Sol lucidus est, calidus, & rotundus, & uir iustus lucet proximo, calet Deo, rotundus est in seipso. Hoc est quod dicit Apostolus Sobrie & iuste & pie uiuamus in hoc seculo. Item quasi arcus refulgens inter nebulas gloriæ. Arcus cœlestis prouenit ex reuerberatione solis in nube aquosa. Nubes aquosa est uir iustus compassione proximorum, & humore lachrymarum aquosus. Hic in se ueri solis radios suscipiens, aliis de se tanquam de nube pluuiam doctrinæ infundit. In arcu sunt duo colores, Igneus & Cæruleus. Igneus charitate in Deum, cæruleus compassione in proximum. Iste arcus refulgens inter nebulas gloriæ. Vir enim iustus coram hominibus est nebulosus, idest despectus. Vnde Apoc. Factus est sol niger quasi saccus cilicinus. Sed coram

Cant. 6.

Psa.

ram Deo est gloriosus. Item quasi flos rosarum in diebus uernis. In rosa duo sunt notanda, punctio & delectatio. Spina stimulat, flos rosæ delectat. Sic in uita iusti est spina compunctionis & odor delectationis, & hoc in diebus uernis, quia in prosperitatis tempore gaudet etiam aduersitate. Item quasi lilia in intransitu aquæ. In liliis mentis & corporis mūditiā significatur, de quibus Cant. Descendit dilectus meus in ortum suum ut colligat lilia, ego dilecto meo &c. Ortus dicitur eo quod semper ibi aliquid oriatur. Nam cum alia terra semel in anno aliquid creet, ortus nunquam sine fructu est. Ortus est anima uiri iusti, quæ continue fructificat & nunquam sine fructu est. Ad huc dilectus descendit, cum dei filius apud gratiam infundit, in cuius interiori & exteriori mūditiā requiescit. Ego (dicit anima iusti uiri) sum appropriata dilecto meo & ipse mihi. Vade Psa. Domine hereditatis meæ. Ipse mea hereditas & ego eius. Hæc lilia sunt in transitu aquæ. i. labentis seculi, uir iustus in medio temporalis abundantie retinet munditiā uitæ. Itē quasi thus redolēs in diebus æstatis. Arbor thuris inciditur in æstate, ut præparetur autūnali collectioni, ita uir iustus in præsentī tribulatur, in futuro percipiet fructum uitæ æternæ, de hoc alibi. Item quasi uas auri solidū. Vasis concauitas receptiua infusorum est humilitas cordis uiri iusti, receptiua gratiarum. Tumor enim infusus repellitur. Et bene uir iustus dicitur uas auri solidū. Vas quia humilis, auri, quia clarus & preciosus, solidū quia spes eius immortalitate plena est. Ortus omni lapide præcioso, id est omni genere uirtutum. Item quia si oliua pullulans. Oliua quia misericors, pullulans quia iustus semper uidetur sibi incipiens. Pullulans dicitur quasi polles cum lætitiā. Hilarem enim de rorem diligit Deus. Item sicut cypressus in altum extollens. Cypressus dicitur eo quod caput eius in fortitudine diuini amoris surgit, & in altitudinem contemtionis se extollit. Et beatus ille qui in his decem ciuitatibus

ribus habitabit. Hæc sunt ciuitates refugij, ad quas qui fugerit saluabitur. Si ergo cum Iesu de finibus Tyri exieris, & per Sydonem ad mare Galilee inrer medios fines Decapoleos ueneris, sufficientiam & fiduciam quæ in Deo, est cum apostolo obtinebis. Unde Ecclesiast. Qui implet quasi Philon sapientiam &c. Nota hic quinque flumina, per quæ omnis perfectio uitæ & patris significatur. Vix perfectio in triplici gradu consistit, scilicet incipientibus, proficientibus, & perfectis. Philon oris mutatio, Euphrates fertilis, Tygris sagitta interpretatur. Christus est quasi Philon incipientibus, qui paulo ante loquebatur lingua ægyptiaca, modo loquuntur lingua Chana. i. cōmutata. Quorum facies erat pectus cōbusta, modo uero splendida sicut Philon. Fluius abundat & mutat, eodem modo Christus facit sapientiam abire in incipientibus, ut sapiant quæ Dei sunt, qui prius sapiebant quæ carnis erant. Item est sicut Tygris proficientibus in diebus nouorum. i. seminum, tunc enim Tygris inundat. Tygris autem interpretatur sagitta. Nota quod in sagitta, sunt tria, lignum, ferrum, & penna, quæ recte uolat. Christus ligno suæ passionis, & ferro timoris & penna sui amoris uulnerat corda pœnitentium, qui quotidie proficiunt, qui tanquam bona semina de uirtute in uirtutem quotidie crescunt. Item est sicut Euphrates perfectis, quorum sensus uirtutum fertilitate sunt adimpleri, de quibus Hebræ. Perfectorum solidus est ciuitas, eorum qui per consuetudinem exercitatos habent sensus ad discretionem boni & mali. Item nota quod perfectio patris in duobus consistit, animæ, scilicet glorificatione trinitatis & unitatis uisione. Dicamus ergo. Qui multiplicat quasi Iordanis in tempore messis. Iordanis ex duobus fortibus inundat, & significat geminæ stolæ gloriam inundantem. Tempus messis, æterna est felicitas. Iordanis bene dicitur aquas multiplicare, quia in tempore messis maioribus aquis inundat, & aquas multiplicat, quando alij fluii deficiunt. Sic erit in æterna felicitate. Malorum

Ecol. 24.

Heb. 5.

enim delectatione deficiente, stola super stolam multiplicabitur in beatis. Tunc erit nobis deus, quasi Gyon, qui sua uisione ecclesiam triumphantem sibi assistentem illuminabit, fecundabit, satiabit, & hoc in die uindictæ, de qua quære in prima clausa Euangeliij. Homo quidam fecit cœnam magnam &c. Sequitur.

Adducunt ei surdum & mutum &c. Jusque Lingue eius. Surdus a sordibus humoris, auribus perceptis, est dictus. Mutus eo quod mugiat, quia uox eius non est sermo, sed sermonis mugitus. Vocalem enim spiritum per nates quasi mugiens emittit. In corde hominis, dicente Salomone Prouerbio, est uita hominis & fons caloris mēbra uiuificantis & nutriētis. Cor est quasi rex regens & disponens corporis ciuitatem, de quo Prouerb. Rex qui sedet in solio iudici, dissipat omne malum inuita suo. Solium dictum quasi solidum. Cū rex, idest cor hominis sedet in solio, idest soliditate constantiæ; tunc dissipat omne malum, idest omnem corporis malitiam inuitu suo, idest discretione sua. Hic rex habet quinque speciales ministros, quinque uidelicet sensus, ex quibus duo sunt uiciniores & specialiores ei, aures scilicet & lingua. Per aures audit exteriora, per linguam promittit interiora. Vnde Ruth. 2. ad Booz. Locutus es ad cor ancillæ tuæ, & Isa. 40. Loquimini ad cor Hierusalem. Et Psa. Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. Sed si aures sordibus obturantur, & cordis lingua ligatur, quid rex, qui d cor faciet? Destructum est eius regnum, quia ministri per quos regni negotia, secreti consilia, iura regalia agebantur, sunt destructi. Quid ergo agendum? Vnum solum consilium restat, scilicet ut ad Iesum surdum & mutum ducas, & eum roget ut imponat ei manum. Rex, est hominis spiritus, aures obedientia, lingua confessio. De aure obedientiæ. Job. 42. Auditum auris audiui te. Nunc autem oculus meus uidet te. Idcirco ipse me comprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla & cinere, &c. Et hic notetur quinque scilicet obedientia, cōtemplatio, & cōfessio, satisfactio, uilitatis

litis & infirmitatis recordatio. Obedientia ibi Auditum auris &c. Auditus dictus eo quod hauriat sonum, reuerberat aureas aeras, aude sapiens. Audio, idest auribus percipio. Obediētia, idest obaudiētia. Cum tui prælati uox quæ est aer, (Nihil enim debet habere de terra) reuerberat tuam aurem, non aure, sed auris auditu, idest interiori cordis affectu debes audire, dicens cum Samuele primi Regum Loquere domine quia audit sermo tuus. Contemplatio, ibi. Nunc oculus meus uidet te. Non enim uidebis nisi obediens fueris. Si surdus fueris, cæcus eris. Obedias ergo affectu cordis, & uideas oculo contemplationis. Vnde Ecclesiastici. Posuit dominus oculum ipsorum super corda ipsorum. Deus oculum super cor ponit, cum ex corde obedienti lumen contemplationis infundit. De quo Zachar. 9. Dominus est oculus hominis & omnium tribuum Israel. Dum primus homo obediuit in paradiso, Dominus eius oculus fuit. Vnde Gene. Formatis cunctis animantibus terræ & uolatilibus cæli adduxit ea ad Adam ut uideret, idest eum uidere faceret quid uocaret ea. Sed cum inobediens extitit, non dominus, sed diabolus eius oculus fuit executiens. Vnde Gen. Vidit mulier quod bonum esset lignum ad uescendum & pulchrum oculis &c. Omnes tribus Israel sunt pœnitentes, qui dum ex corde suis prælati sunt obediētes tunc uere sunt Israel, idest Deum uidentes. Item confessio, ibi. Idcirco me reprehendo, idest in confessione arguo. Iste non erat mutus & surdus, qui clare audiebat, & recte se reprehendebat. Vnde cap. 13. dicit. Lacerabo carnes meas dentibus meis. Verba sunt uere pœnitentis. Carnes idest carnalitates lacerabo dentibus, idest reprehensionibus meis, de quibus Cantic. 4. Dentes tui sicut greges tonsarum quæ ascenderunt de lauacro. Grex tonsarum, & congregatio pœnitentiū qui sunt temporalibus tonsi & tentationibus, qui ascenderunt de uirtute in uirtutem de lauacro lachrymarum, quibus super niuem dealbantur. Sint ergo o fratres dentes tui sicut grex tonsarum, idest ita reprehendat

de te, ita poenitentiam age sicut faciunt & illi. Item satisfactio, ibi. Poenitentiam ago. Poenitentia dicta quasi punientia, eo quod ipse homo in se punit poenitendo quod male admisit. Poenitentia nomen sumptum a poena qua anima cruciatur, & caro mortificatur. Irem uilitatis & mortalitatis recordatio, ibi. In fauilla & cinere. Fauilla dicta eo quod per ignem facta sit, namphos graece ignis ac lux latine. In fauilla igitur est nostrae humilitatis recordatio. Heu alta cedrus paradisi conuersa fuit in famillam per ignem diaboli. Vnde Iohel. 1. Ad te domine clamabo, quia ignis comedit speciosa deserti, & damna succendit omnia ligna regionis. In cinere, nostra mortalitas designatur. Vnde Cinises, & in cinerem reuerteris. Qui ergo caret obedientiae affectu & lingua confessionis, uere surdus est & mutus. Surdus a sordibus dicitur. Dicitur Hierem. Threnorum. Sordus eius in pedes eius. Pedes sunt affectus animae, quibus cum sordes uitiorum adherent surda efficitur, dicente Ita. capitu. 28. Omnes mentes repletæ sunt uomitu sordiumque ita ut non esset locus ultra. Vbi uomitus, idest peccati iteratio, ibi sordium abominatio, quæ ita obturat aures cordis, quod ultra non remanet locus obediens. De hoc surdo conquæritur dominus Isa. Quis surdus nisi ad quem nuncios misi? Qui apertas habes aures, nonne audies? Dicitur in naturalibus, quod si aures cerui fuerint eleuatae, audiet acutissime, & statim cognosceret uenatorem qui eum uult interficere. Si uero fuerit demissa nihil audiet, neque interfectorem suum cognosceret. Dicit Isa. 50. Erigit mane, mane erigit mihi aurem ut audiam quasi magistrum. Erige ergo o surde, tanquam ceruus aures, & audi magistrum tuum, & sic cognosces diabolum, uel diaboli uenatoris astutiam, sed si aures depresseris & obedire contempseris, crede mihi quod interficieris. Item sunt quidam muti in confessione mugientes, qui balbutiendo peccata sua confitentur, quæ non agere, sed confiteri erubescunt. Augustinus.

Thre. 1.

Isai. 42.

Augustinus. Erubescencia est maxima pars poenitentiae. Hoc est bona erubescencia, adducens gloriam cum quis de peccato erubescit, & erubescendo in confessione discooperit. Vnde Isa. 23. Erubescit Sidon ait mare, idest uitiorum amaritudo interior. Hæc facit quod homo exterius confitendo erubescit. Vnde Ezechiel. De medio ignis quasi species electri. Electrum fit ex auro & argento. Vnde per electrum confessio quæ procedit de medio contritionis, quæ per ignem notatur. Hoc electrum non habet mutus, de quo dicitur. Adducunt ei surdum & mutum & deprecabantur ut imponat illi manum. Manus dicta eo quod sit totius corporis munus, uel quod munat hominem. Ipsa enim cibum ori ministrat, & omnia operatur. Manus est uerbum incarnatum, quod pater pro maximo munere toti corpori ecclesiae dedit. Munus dicitur a muniendo uel a manendo. Tale ac tantum munus nos ammonet ut patrem qui ipsum dedit super omnia diligamus. Vnde de hoc munere Isa. Quomodo si inferant filii Israel manus in uase mundo in domum domini. Filii Israel, idest fideles, munus, idest fidem uerbi incarnati in uase mundo, idest corde mundo debent inferre in domum domini, idest in sanctam Ecclesiam. Item hæc manus munit ecclesiam. Vnde Isa. 26. Urbis fortitudinis nostræ Sion, Saluator ponetur in ea murus & antemurale. Murus a munitione dictus, eo quod munit interiora urbis. Sion idest ecclesia sancta est urbs fortitudinis nostræ, extra quam non est salis, in qua Saluator noster fuit positus murus & antemurale. Diuinitas est murus. Antemurale est ipsius humanitas. Sic enim muro uerbi incarnati ecclesia munita permanet secura. Item illa manus toti ecclesiae cibum ministrat. Vnde Psalm. Aperis tu manum tuam & imple omne animal benedictione. Cum Christus in cruce manum extendit, & extensam clauo aperiri uoluit, tunc per ipsius foramen misericordiam thesaurum effundens omne animal benedictione repleuit. Animal dictum eo quod animetur spiritu.

Ezec. 4.

Isa. 66.

Psa. 144.

tu, & moueatur. Omne animal significat omnem animam quæ spiritu contritionis animatur, & de uirtute in uirtutem quotidie mouetur. Item, hæc manus omnia operatur, scilicet creationem, recreationem, gratiæ infusionem, æternam beatitudinem. De hac ergo. Deprecabantur eum ut imponeret illi manum. Sequitur.

Et apprehendens eum de turba seorsum &c. Turba dicitur a turbando quia dissona est. A turbulentis cogitationibus & actibus inordinatis sermonibusque incompositis educitur qui sanari meretur. Vnde. Genesi. dicitur quod duo angeli apprehenderunt manum Loth, & aduxerunt eum, posueruntque eum extra ciuitatem. Duo angeli sunt timor, & amor, Dei qui tunc manum Loth apprehendunt cum opera peccatoris refrenant, & educunt a turba cogitationum, & ponunt extra urbem malorum consuetudinem. Sequitur. [*Misit digitos in auram eius.*] Dignati dicitur, quia decenter iuncti existant. Primus dicitur pollex eo quod inter cæteros polleat. Secundus salutans seu iudex & demonstratorius. Tertius medius. Quartus annularis, quia in ipso annulus geritur idem & medicinalis, eo quod trita collyria a medicis ipso colliguntur. Quintus auricularis eo quod aures scalbimus. Nota quod in manu Christi in uerbi incarnati fuerunt isti quinque digiti. Pollex fuit in conceptione, Salutans uel demonstratorius in natiuitate, Medius in prædicatione, Medicus in uirtutum operatione, & Auricularis nunc in hodierno miraculo. Pollex cæteris breuior, qui uirtute præpollet, humilitatem signat filij Dei, qui se abbreviauit in utero uirginis. Vnde Ecclesiastici. de ipso dicitur. Ante pedes curuabit uirtutem suam. In pedibus humanitas. In uirtute diuinitas designatur. Ante pedes ergo humanitatis curuauit, idest humiliavit uirtutem diuinitatis. In natiuitate angelus salutem quali digito denunciauit, dicens. Natus est nobis hodie Saluator. Et hoc uobis signum &c. In prædicatione fuit medius cælorum regnum annuncians. Medius dicitur a modo hoc est a mensura, & ipse secundum uirtutum

capacitatem unicuique uerbum uitæ annunciauit, & mensurabat, qui medicus fuit in miraculorum operatione, de quo Ecclesiastici. 28. Honora medicum propter necessitatem. In aure obedientia. Et ipse obediens usque ad mortem mortem autem crucis. In qua consummauit opus quod dedit illi pater ut faceret. de quo Ecclesiastici *Eccl. 38.* Figulus sedens ad opus suum &c. Figulus iste Christus est qui sedet, idest humiliavit se, ad opus suum, idest humani generis salutem, & pedibus suæ humanitatis conuertit rotam humanæ naturæ quæ currebat ad mortem ut curreret ad uitam, qui in sollicitudine semper positus fuit pro nobis, donec opus suum consummauit. Vnde in fine dixit. Consummatum est. Istis quinque digitis humani generis surditatem sanauit dominus. Sequitur. [*Et exuens tetigit linguam eius.*] Spuere est saliuam ponere, idest e mittere. Saliua a capite descendit, dicta eo quod falsa. Ieiuni hominis saliuam si serpens gustauerit morietur. Saliua dicitur dum est in ore, dum projicitur, sputum. Sputum namque Dei est sapor diuinæ sapientiæ, quæ dicit Ecclesiastici. Ego ex ore altissimi prodij. *Eccl. 24.* Expuens ergo linguam muti ut loquatur tangit, cum omnia dura guttura ad peccata sua confitenda, ad uerba sapientiæ proferenda contactu suæ pietatis informat. Simile habes Isa. 6. Volauit ad me meus de Seraphim, & in manu eius calculus &c. Duo Seraphim filium & spiritum sanctum significant. Filius ad humani generis redemptionem uolauit, ut qui erat in diuinitate Dei, fieret hominis filius, & non duo filijs, sed unus filius. Iste Seraphim ut ibidem præmittit Isaias, sex alas habuit. Quæ sunt illa sex quæ idem propheta enumerat, dicens cap. 9. Vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus, fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Admirabilis fuit in *Hier. 3.* natiuitate. Vnde Hier. Nouum faciet dominus super terram &c. Consiliarius, in prædicatione. Vnde dixit. Si uis perfectus esse &c. Deus, in miraculorum operatione Isa. 35. Deus ipse ueniet, & saluabit nos. Tunc aperietur oculi cæcorum, &c. Fortis, in passione, manibus enim in

cruce ligatis aereas potestates debellauit. Quæ tanta fortitudo potest esse quanta manibus promptum de- uincere inimicum? Pater futuri seculi, in resur- rectione. Resurgens enim a mortuis certam nobis con- tulit spem resurgendi in futuro seculo, in quo no- bis erit pater, quia suscipiet nos suos filios ad seipsum. Vnde Apostolus. Philip. 3. Saluatorem expectamus qui reformabit corpus humanitatis &c. Princeps pacis erit nobis in æterna beatitudine, in qua faciet nos discumbere, & transiens ministrabit nobis. *Ecc. 36.* Super his sex habes concordantiam. Ecclesiastici. ubi lo- quitur ad patrem. Innoua signa, & immuta mirabilia glorifica manum & brachium dextrum, excita furo- rem & effunde iram &c. Innouauit pater signa, & im- mutauit mirabilia in filij sui natiuitate. Signum est, quã- do in hoc quod uidetur aliud intelligitur, dictum quod aliud significet. Primus Adã de terra uirgine factus fuit, in quo signabatur quod secundus Adã de benedicta ter- ra Maria uirgine erat nasciturus. Mirabile fuit quan- do ignis ardebat, & non comburebatur rubus, cum vir- ga Aaron sine flore fructus protulit. Rubus & vir- ga est beata Maria, quæ illæso uirginitatis pudore Dei filium parturinit sine dolore. Bene ergo dicitur inno- ua signa & immuta mira, glorifica manum in prædi- catione, & brachium dextrum, idest filium tuum per quem omnia fecisti, in miraculorum operatione. Vnde dicitur Ioan. 17. Clarifica me pater. Excita furorẽ & ef- funde iram in diabolum in tua passione, extolle in tua resurrectione aduersarium; idest naturam humanam, & sic affliges eius inimicum diabolum. De nullo sic inimi- cus affligitur, sicut cum uidet aduersarium suum in glo- ria sublimatum. Festina tempus, ut cito uenias ad iu- dicitum reddẽs unicuique quod iustum est. Festina tem- pus, ut tuis des pacem domine. Inquit Isa. Dabis pa- cem nobis. Memento finis ut reddatur iniquis secun- dum opera sua. Dicamus. Volauit ad me unus. Sequi- tur. Et in manu eius calculus quem forcipe tulerat de

Isa. 26.

de altari. Calculus est lapillus terræ admixtus, dictus eo quod propter sui breuitatem conculcetur, sed hic po- nitur pro carbone. Calculus est humanitas Chri- sti qui propter sui humilitatem terræ, idest peccatoribus admixtus a Iudæis fuit calcatus, sed nobis fuit ignitus carbo uitia nostra purgans. Hunc habuit in manu, idest potentia diuinitatis suæ, quem forcipe duplicis dilectio- nis tulit de altari gloriosæ uirginis. Nota quod forceps forcipis est fabrorum, forcices sartorum a filo, forcipes medicorum uel tonsorum a pilo. Sed nota quod beata Maria dicitur altare quasi alta ara, eo quod uictimæ ibi ardeant. Beata Maria fuit alta per sublimitatem contem- plationis, & per profunditatem humilitatis, fuit ara, quæ ardens igne diuini amoris se obtulit Deo in odorem suæ uirtutis. Et tetigit os meum &c. hoc est quod dicitur in euã- gelio hodierno. Expuens tetigit linguam eius. Calcu- lo Seraph tangit os Isaiæ, & peccatum eius mundatur, spuo Christo tangit linguam muti, & loquitur. Tan- git os peccatoris calculo suæ humanitatis, & ipsius linguam salua diuinitatis ut peccatum confiteatur, re- cte loquatur, & ab ipso emundet. Sequitur. *[Et suspi- ciens in cælum ingemuit & ait illi, effeta &c.]* Glossa. Nos gemere docuit, & in cælum thesaurum cordis nostri erigere, qui per compunctionem a friuola læticia carnis purgatur. Vnde dicitur. Rugiebam a gemitu cordis mei. *[Et ait illi Effeta]*. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. *[Statim aperta sunt aures eius]* ad obediendum, *[& solutum est uinculum linguæ eius]* ad confi- tendum. Vnde nota quod dicitur. *[Et loquebatur recte.]* Re- cte loquitur qui peccatum & circumstantias peccati cum proposito non relabendi plenariæ confitetur. Item recte loquitur qui quod prædicat, opere attestatur. Vnde su- per hoc *Ecc. 36.* plēdidū in panibus benedicet labia multo- rum. Et testimoniū illius fideles. Qui panē uerbū Dei fide- li ter dispēsat, & testimoniū ueritatis nō occultat, in præ- senti & in futuro benedicetur. O quot sunt hodie splen- didi in uerbis, in factis uero leprosi. Vnde *Exod. 36* Appa-

Ecc. 36.

Exod. 36

Appa-

Apparuit facies Moyſi cornuta. ubi Orige. Quid eſt q̄ ſola facies Moyſi apparuit glorioſa, manus leproſa fuit, pedes inglorioſi quia fecit eum diſcalciari quando uocauit eum de rubo. Hoc poteſt dici de illis prædicatoribus qui gloriam & ſplendorem habent in prædicatione, & immunditiam habent in operatione. Et poſſunt dici diſcalciati & non uere ſponſi eccleſiæ, digni in facie cõſpui, quia mortuo fratre Ieſu Chriſto, nolunt filios ſuſcitare, immo ſi qui ſunt, interficiunt, peruerſo opere. Pf. Eleuauerunt ſtumi. dñe &c. Quia prius debent ſe eleuare, poſtea uocem, & ſic loquentur recte. Rogemus ergo dominum &c.

DOMINICA XIII. poſt Trinitatem,

De temporis gratiæ foelicitate,
ac Dei dilectione.

Luc. 18.



Beati oculi qui uident quæ uos uidetis &c. Luc. Vbi tria ſunt declaranda. Primo q̄ deuoti dominum contemplantes lætantur mentali gaudio, quia beati oculi qui uident, ſcilicet per contemplationem, Chriſtũ Secundo, q̄ dñm & proximum diligentes dilatantur uitali præmio Nam talibus dicitur. Hoc fac & uiues. Tertio, peccatores delinquentes nudantur regali pallio, ſcilicet gratiæ, & etiam necantur letali gladio, ſcilicet peccato, quia descendens ab Hieruſalem ſpoliatur & uulneratur. [*Beati ergo oculi &c. Dico enim uobis quòd multi reges uoluerunt audire quæ auditis, & non audierunt, & uidere quæ uos uidetis, & non uiderunt.*] Et ideo Tob. Beatus ero ſi fuerint reliquiæ ſeminis mei ad uidendum claritatẽ Hieruſalem, id eſt humanitatis Ieſu Chriſti reliquis ſeminis beati Tobix fuerunt Apoſtoli. Semen cui benedixit dominus. De quo Iſa. Semen ſanctum erit id quod ſteterit in ea, id eſt Eccleſia. Hi fuerunt

Tob. 13.

Iſa. 6.

runt ſemen Tobix fide & patientia. Et ideo uidere meruerunt claritatem Hieruſalem. Vnde eis hic dicitur. [*Beati oculi qui uident quæ uos uidetis &c.*] Videbant hominem, & credebant Deum. Beati oculi mundi corde qui uident Ieſum Chriſtum. Vnde Iob. Nunc oculus meus uidet te. Beati oculi quos ſtercus diuitiarum non excecatur, nec lippitudo ſollicitudinum obnubilat, quia ipſi uident Dei filium inuolutum panno, reclinatum in præſepio, fugientem in Aegyptum, ſedentem in aſino, nudum ſuſpenſum in patibulo. Ergo beati oculi qui uident quæ uos uidetis. Talem uiderunt apoſtoli, talem non poſſunt uidere lippi oculi, quia ſupercecidit ignis, & non uiderunt ſolem Chriſtum, quia nube carnis ſe obtexit. Vnde Iob. dicit ipſe. Saccum conſui ſuper cutem meam. Sacco ſcilicet noſtræ naturæ fecit ſibi tunicam Chriſtus, quam ac. id eſt opere ſpiritus ſancti ſubtili, & filo, ſcilicet fide beatæ uirginis conſuit, & ſeipſum induit ſacco aſperitatis. Sequitur. Et carnem meam operui cinere, ſcilicet utilitatis & paupertatis quam aſſumpſit. Hoc lippi, & maledicti oculi uidere non poſſunt. Et facies mea intumuit. Heu facies Chriſti a lapſis & lachrymis fuit tumida. Nota auctoritatem & expoſitionem in Paſſione. Hunc ſaccum & hunc cinerem lippi oculi uidere non poſſunt, & hunc clamorem ſanguinis Chriſti melius clamantem ſanguine Abel aures ſurdæ non audiunt. Vnde & ſubditur: [*Dico autem uobis quòd multi reges & propheta uoluerunt uidere quæ uos uidetis &c.*] In prophetis, prælati eccleſiæ, in regibus, princeps huius ſeculi deſignantur. Tam illi quàm iſti uolunt uidere Chriſtum in cœlo, ſed nolunt uidere ſuſpenſum in patibulo. Volunt gaudere cum Chriſto, ſed in cœlo, & regnare in mundo. Iſti dicunt cum Balaam. Numeri 13. Moriatur anima mea morte iuſtorum. Iſti uolunt uidere gloriam diuinitatis quam uiderunt Apoſtoli, ſed nolunt ſuſtinere ignominiam paſſionis & paupertatem Chriſti quæ ſuſtinuerunt ipſius diſcipuli. Et ideo non uidebunt ipſum

Iob. 42.

sum cum Apostoli, sed uidebunt cum impijs in quem
 conuinxerunt, nec audient sibilum aure tenuis. s. Ve-
 nite benedicti &c. sed audient tonitruum. s. Ite maledicti.
 Job. 26. De quo Job. Quis poterit tonitruum eius intueri? Et ite-
 rum ca. 28. Nunquid tenuisti concutiens extrema terre?
 Dominus extrema terre tenuit cum infirma & abiecta
 elegit ut fortia per ipsa confunderet. Nota pater tenet
 una manu filium, & altera concutiens percutit ipsum.
 Tenet ne in precipitium uadat, & percutit ne insole-
 scat & superbiat. Sic & dominus manu misericordie te-
 net uirum iustum ne in peccatum corruat, percutit ne
 superbiat & insolescat ne paterna gratia se eleuet. Un-
 de Apostolus. 2. Cor. Ne magnitudo reuelationum ex-
 tollat me, datus est mihi stimulus carnis meae angelus
 sathanæ qui me colaphizat. &c. Sequitur. Excussisti im-
 pios ex ea. Hoc erit in iudicio, quæ tunc dominus sicut
 puluis de sacculo excutitur, sic de terra in qua peccave-
 runt, excutiet eos in infernum. Ipsa enim terra impios
 pondere peccatorum ipsorum aggravata excutiet in in-
 fernum, in quo erit fletus oculorum in uanitate uagan-
 tium, & stridor dentium bona pauperum diripientium.
 Talium oculi Iesum non uidebunt in cælo, sed multitu-
 dinem dæmonum in inferno. Tales non audiens melo-
 diam angelorum, sed stridorem dentium in inferno. Bea-
 ti ergo oculi illi qui uidebunt in cordis amaritudine la-
 ciam Christi tumidam alapis & lachrymis, illam spu-
 tis, quia ipsam in quam desiderant angeli prospicere ui-
 debunt in arrijs cælestis. Hierusalem gloriosam. Ad
 quam &c. Sequitur secundum.

Et ecce quidam legisperitus surrexit tentans &c. Nota
 quod hic includitur omnis perfectio patriæ. Dilectio
 dicitur eo quod duos in se legit. Nam dilectio a duo-
 bus incipit, quæ est amor Dei & proximi. In bonis
 tantum accipi solet diligere duos ligare. Dominus de-
 ctus eo quod dominetur cunctæ creaturæ, uel quod do-
 miui præsit, uel quasi dans minas. Deus Hebraice, latine
 dicitur timor, græce theos, quia theoteo dicitur uidere,

eo quod cuncta uideat. Theo quoque dicitur curro,
 quia cuncta percurrit. Dilectio Deum & proximum
 ligat. Hæc est linea de qua dominus in Job trigesimo-
 octauo. Quis terendit super eam lineam? Super quo
 bases illius solidatæ sunt? Deus terendit lineam dile-
 ctionis suæ super animam, ut ipsa se extendat usque ad
 dilectionem proximi. Super quo nisi super Iesu Christo
 bases, id est animæ puræ intentiones, quibus tota fa-
 brica uirtutum innititur, sunt solidatæ? Basis omnis
 intentionis nisi in Christo sit solidata, totius operis
 fabrica minatur ruina, & ruina illa erit magna. [Di-
 liges ergo dominum Deum tuum] Nota isto duo, domi-
 num & Deum. Dominum quia dominatur cunctæ crea-
 turæ, Deum quia cuncta uidet, & percurrit. De quo Job. I I.
 Excelsior cælo est, & facies profundior inferno &c. No-
 ta cæli dicuntur angeli, dæmones infernus, terra iusti
 homines, mare peccatores. Nec angeli igitur eius altitu-
 dinem attingunt & dæmonum astutias longe subtilius
 quæ putant iudicat, & iustorum longanimitatē paciētia eius
 superat, & ubiq; facta peccatiū præsentia eius occupat.
 Vel homo cæli est contēplatione, infernus tērationum
 caligine, terra dū fructificat, mare dū mutabilitate agi-
 tatur. Sed contēplatio hois in Deo deficit, & si se in ten-
 tationibus discutit, subtiliora Dei iudicia timet & ope-
 ra eius retributio in fine superat, & quantumcunque
 mens fluctuet inquirendo distributionem futuram, non
 cognoscit. Item habet latitudinem amando, longitudi-
 nem tolerando, altitudinem intellectus superando, pro-
 funditatem motus cogitationis illicitos iudicando.
 Subuertit cælum, dum contēplationem hominis de-
 struit, infernum dum pauidum in tērationibus ad de-
 teriora tandem cadere permittit, terram dum fru-
 ctum boni operis per aduersa intendit, mare dum no-
 stram titubationem terrore iudicij confundit. Cælum
 & infernus simul coarctantur, cum eandem mentem
 & contēplatio subleuat, & tēratio. Terra & mare si-
 mul coarctantur cū eandē mentem & certa fides de xtes-
 nis

nis roborat, & aliquantula mutabilitate aura dubietatis uersat. Talis ac tantus diligendus est. [*Diliges ergo dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c.*] Tuum, & ideo plus diligendus est. Plus enim nostra quam aliena diligimus. Dignus enim a te diligi, qui cum sit dominus Deus tuus factus est tibi seruiens, ut tu eius fieres, & ei seruire non erubesceres. *Isai. 43.* Seruire (inquit) me fecistis in peccatis uestris. Triginta tribus annis Deus tuus factus est seruus tuus, propter peccata tua, ut te a diaboli seruitute liberaret. [*Diliges ergo dominum Deum tuum.*] In primo opere cum non esses, te tibi dedit. In secundo opere cum male esses, te tibi dedit, te tibi reddidit. Datus ergo & redditus te debes, & bis debes, & te totum debes. Diliges ergo dominum Deum tuum ex toto corde tuo, qui totum dixit. Non tibi partem de te dimisit, sed totum sibi te offerre precepit. Se enim toto emit totum te, ut solus te totum possideret. Diliges ergo dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua. Noli ergo cum Anania & Saphira tibi de te facere partem, ne totus cum illis intereas. Diliges ergo ex toto non ex parte. Deus enim non habet partes, sed ubique totus est, & ideo non uult partem in tuo qui totus est in suo. Si partem de te reseruas tibi, tuus es non eius. Vis totum habere, da illi tuum, & ipse dabit tibi suum, & sic nihil habebis de te, quia habebis eum totum cum toto te. [*Diliges ergo dominum Deum tuum &c.*] Nota ista quatuor, cor, animam, uires, mentem. Situs cordis est in medio pectoris in homine declinans modicum ad sinistram. Nam recedit ad distinctionem quae est inter duas mamillas modicum, & declinat ad mamillam sinistram, & est in parte superioris pectoris, & non est magnum, nec eius forma est longa, sed declinat modicum ad rotunditatem, & eius extremitas est stricta & acuta. O homo tui cordis dispositio & forma informat te qualiter debeas diligere dominum Deum tuum. Cor tuum est situm in medio pectoris tui inter duas mamillas. In duabus mamillis duplex memoria, incarnationis, & passionis, designatur

signatur, ex quibus quasi mamillis anima nutritur. In dextera mamilla, memoria incarnationis. In sinistra, passionis intelligitur. Inter has mamillas esse situm cor tuum, ut quicquid cogites, quicquid tecum pertractes totum ad paupertatem & humilitatem incarnationis, & amaritudinem dominicae passionis referas. Vnde sponsa Cant. Fasciculus myrrhae dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur. Anima Christi dilecti filij patris, sponsa, facit sibi fasciculum myrrhae ex tota uita dilecti sui. Recolitur enim qualiter praesepio reclinatus &c. Nota processum uitae & passionis. Ex his omnibus in unum collectis & uinculo dilectionis & deuotionis fortiter colligatis, facit sibi fasciculum myrrhae, id est amaritudinis & doloris, & ponit inter ubera ubi est situs cordis. Super cor sponsae talis debet esse fasciculos myrrhae. Et nota quod sicut cor modicum declinat ad sinistram mamillam, sic compassio, & deuotio cordis debet declinare ad amaritudinem dominicae passionis. Vnde Magdalena prius super pedes domini, in quibus ipsius passio designatur, lachrymas & unguentum effudit. Super pedes domini flet qui ei compatitur patienti. Ungit eos, qui gratias agit pro beneficio passionis, utrumque enim passioni Iesu Christi debemus, dolorem, scilicet & deuotionem. Et sicut cor tuum est in superiori parte pectoris, sic ipsius cogitatio & uoluntas sit in superiori gloria. Vbi est thesaurus tuus Iesus Christus in urna aurea, ibi ergo & cor tuum debet esse. Et sicut cor tuum non est magnum, nec eius forma magna, sed declinat modicum ad rotunditatem, sic nec tu sis magnus elatione, longus cupiditate. sed rotunde & perfecte uiuas. Quod enim rotundum est, diminutione caret. Etiam sicut extremitas cordis est stricta & acuta, stricta quia oportet te transire per strictissimum foramen, per quod aliquid tecum non poteris deferre praeter peccata tua, quae non sunt substantia. Acuta, quia timor iudicis te perforabit, horror poenae stimulat. Dum ergo habes cor in tua potestata

Cant. I

restare, Dilige dominū Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua. Anima est substantia incorporalis intellectualis rationalis inuisibilis habens ignotam originem nil terrenum in se mixtum. Anima dicta quasi anemos quod græce dicitur uentus & motus, eo quod semper sit in motu proprio & corpora moueat, uel componitur ex anemo, quod græce tribuo dicitur, eo quod tribuat uitam corporibus. uel ab ana. i. sursum, & hæma sanguis. Diliges ergo dominum Deum tuum ex tota anima tua, ut motum tuum, cognitionem tuam, uitam tuam, ad ipsius dilectionem referas. Item ex omnibus uiribus tuis. Nota quod sunt tres uirtutes animæ, scilicet rationalis, concupiscibilis, irascibilis. Rationali bona a malis discernimus. Irascibili mala detestamur. Concupiscibili ipsa bona desideramus. Has uires amiserunt: hæminati, de quibus Iob uigesimo primo. Dulcis fuit glareis Cocyti &c. Prudentia humana trahit rationalem, uoluptas carnis concupiscibilem, uana gloria irascibilem. Isti sunt tres amici Iob, scilicet Eliphath Themanites, Baldath Suites, & Sophar Naamathites. Vide Iob. & alibi. Eliphath contemptus domini: Themanites auster interpretatur, & significat prudentiam humanam, quæ de austro calido, idest mundi cupiditate provenit, quia filij huius seculi prudentiores sunt. &c. Hæc sapientiam domini contemnit, ideo oppressa contemnitur. Isa. 33. Cum fatigatus desideris contemnere contemneris. Baldath sola uetustas: Suites loquens interpretatur, & significat carnis uoluptatem, quæ a primis parentibus incepit, & per successionem generationum pellem filiorum ueterem facit & uetustam. Hoc patrimonium uetus Adam nobis dimisit, hæc uetustas a loquela serpentis orta fuit. Psal. dicit poenitens. A uoce gemitus mei, idest suggestione uoluptatis, quæ est causa mei gemitus, adhæsit os meum, idest ratio uel uirtus mea, carni, idest carnalitati meæ. Sophar interpretatur dissipatio speculæ: Naamathites, decor, & significat uanam gloriam quæ ex uano religionis decore oritur, quæ

Iob 2.

quæ speculæ contemplationis & totius boni operis dissipat. Receperunt (inquit) mercedem suam. Istis tribus tres animæ uirtutes distribuuntur. Et ideo necesse est ut beatus Iob qui interpretatur dolens, idest poenitens, qui dolet, dolore careat. Ideo dicitur Iob. Verbosa amici mei non audias, nec eis acquiescat, ut ex omnibus uerbis suis dominum Deum suum diligat. [Et ex omni mente tua.] Mens est pars animæ quædam per quam omnis ratio intelligentiaque percipitur. Mens uocata eo quod emineat in anima, uel quod meminit. Mens enim est non anima, sed quod excedit in anima, pars animæ præstantior aqua procedit intelligentia. Unde & ipse homo secundum mentem Dei imago dicitur. Ita autem hæc omnia admixta sunt & adiuncta animæ ut una res sit. Pro efficiens enim causarum diuersa nomina sortita est anima. Dum uiuificat corpus, anima est, dum uult, animus, dum scit, mens est dum rectum iudicat, ratio est, dum spirat, spiritus est, dum aliquid sentit, sensus est. Diliges ergo dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota mente tua, ut quicquid meministi, scis, & intelligis, ad dilectionem Dei referas. Sequitur. [Et proximum tuum sicut teipsum.] De hoc quære in prima clausula Euangelij. Homo quidam induebatur purpura & bysso. Super hoc concordat illud Iob. 5. Visitans speciem tuam non peccabis. Quære hoc in prima clausula, In principio creauit. Sequitur. [Hoc fac & uiues.] Vbi tria, scilicet doctrina, uita, & gloria intelliguntur. Hoc, ecce doctrina. Fac, ecce uita. Et uiues, ecce gloria. O homo hoc quod audis in prædicatione, fac in operatione. Cum splendet (ut dicit Iob. 29.) lucerna super caput tuum laua butyro pedes tuos. Cum ergo lucerna, scilicet prædicationis splendet super mentem peccatoris, butyro concupiscitionis emanantis de pinguedine dilectionis, abluit sordes pedum, idest affectum cordis, & sic pertra. idest Christus effundit riuulos olei, idest abundantiam gratiam spiritus sancti, qua illuminat in presentibus, & in futuro uiuet in gloria. Hoc est quod audis. [Diliges dominum Deum tuum &c.] Quibus quæ per concordat illa quatuor quæ ponuntur in principio Iob. Vir

Iob. 31.

Iob. 8.

erat in terra Hus, nomine Iob, & erat uir ille simplex & rectus ac timens Deum, & recedens a malo. In terra Hus idest consilij, habitat uir iustus, qui domini consilia obseruat, ut ipsius præcepta. Hic est simplex in cordis puritate, rectus in animæ affectione, Deum timens in uirum naturalium ordinata exæquatione, Recedens a malo in mentis soliditate. Hoc fac ut sis simplex, id est sine plica fraudis, non tuam sed Dei laudem quærens, dicens cum Iob. Si uidi solem cum fulget, & lunam incedentem clare &c. Sol in splendore est bonum opus in manifestatione, Luna incedens clare, est fama quæ lucens in nocte huius mundi vel vitæ ex bono opere vires accipit, Et non est lætatum in abscondito eius. Sunt enim qui suis præconijs extollunt se apud se & gaudent. Et osculatus sum manum meam ore meo. Manus operatio, osculatio est. Manum ergo suam ore suo osculatur qui laudat quod facit. Quæ iniquitas est via &c. Quia auctoris sui gratiam negare conuincitur, quisquis sibi tribuit quod operatur. Hoc fac scilicet ut solem boni operis, & lunam famæ lucentis non videas, tunc tamen gaudeas, & quod dicis nõ laudes, sed totum creatori tuo attribuas. Itē hoc fac ut iustus sis. Vnde dicit Baldath. Suites. Iob. Tu si diluculo confurrexeris, & ad Deum omnipotentem fueris deprecatus, si mundus & rectus inceseris, statim euigilabit ad te, & pacatum reddet habitaculum iustitiæ tuæ, intantum ut priora tua sint pauca. Si diluculo, idest cordis contritione confurrexeris, idest simul mente & corpore surrexeris, & ad Deum omnipotentem in tui criminis & eius laudis confessione, fueris deprecatus, si mundus & rectus pœnitentiæ satisfactione inceseris, statim euigilabit ad te, scilicet in diluculo contritionis, & peccatum reddet habitaculum iustitiæ tuæ in tui criminis confessione. Qui enim se iuste iudicando accusat, uel accusando iudicat in confessione, pacatum possidet habitaculum sui corporis in mentis tranquillitate, intantum ut priora tua fuerint parua &c.

&c. Ecce quod pœnitentia in præsentem gratiam augmenrat, & in nouissimo gloriam accumulat. Hoc ergo fac ut sis timens Deum, ut dicas cum Iob. Semper Iob. 31. quasi tumentes super me fluctus timui Deum, & pondus eius sustinere non potui. Cum fluctus de super eminent, nulla tunc cura rerum temporalium nauigantibus, nulla carnis delectatio ad mentem reducitur. Ea quoque ex nauis proijciuntur pro quibus longa nauigia sumpserunt. Quasi ergo tumentes fluctus super se Deum meruit, qui dum veram vitam desiderat omnia despicit, qui hæc possidens portat. Vel tumentes fluctus extremam tempestatem dicit, quando commotis omnibus elementis superius iudex ueniens finem omnium apportat, quam sancti quotidie expauescunt. Et pondus eius sustinere non potui, quia qui extremi iudicij aduentum mente intenta considerat, perfecto uidet quod tantus pavor imminet quantum non solum ratio timet uidere, sed etiam nunc præuidere pertimescit. [Hoc igitur fac & uir] . Item hoc fac ut a malo recedas. Vnde Sophar Naamathites dicit Iob. 11. Si iniquitatem etiam manus tua abstulerit & a te & non permanserit in tabernaculo tuo iniustitia, tunc eleuare poteris faciem tuam absque macula, & eris stabilis (&c. usque.) Non erit qui exterreat. Gregorius. Iniquitas in manu est, culpa in opere. Iniustitia in tabernaculo, est iniquitas in mente. Mens enim tabernaculum uocatur, in quo apud nos ascondimur, cum foris in opere non uidemur. Leuare autem faciem, est in Deum, animum per studium orationis attollere. Quam faciem macula inquinat, si reatus sui cōsciētiā accusat. Et eris stabilis, & non timebis, quia tanto minus ad iudicium trepidat quanto in bonis actibus solidus stat. Miseriæ quoque obliuisceris. Mala uitæ præsentis tanto durius animus sentit, quanto magis pensare bonum quod sequitur negligit. At si in ijs quæ permanent oculum cordis ligat, nihil esse conspicit quicquid ad finem ten-

dit. Et quasi meridianus fulgor in uespere, hoc est uirtutis renouatio in tentatione. Et cum te consumptum putaueris &c. Sæpe nanque animam tot tentamenta obsident ut ad lapsum desperationis inclinent, sed caliginem nostram conditor inspicit, & subtracti luminis radios infundit, & tunc habet fiduciam proposita ubi spe diuinæ misericordiæ. Et defossus securus dormias. Defossi securi dormiunt qui dum sua intima uigilanter penetrant, a laboriosis se huius mundi oneribus sub quietis otio occultant. Requiesces, & non erit qui exterreat. Qui enim in æternitatis desiderio figitur, dum nil est in mundo quod appetat, nihil est quod de mundo pertimescat. Hoc fac, & uiues uita gratiæ in presenti & uita gloriæ in futuro, Sequitur tertium.

Homo quidam descēdebat ab Hierusalem in Hiericho &c.] Homo iste Adam intelligitur in humano genere quia beatitudine cœlestis Hierusalem præuaricationis prolapione, ad miseras & ad defectum huius uitæ mutabilis & erroneæ descendit, cum intumescere coepit. Per hoc etiam incidit in latrones, idest in potestatem diaboli, & angelorum noctis qui se transfigurant in angelos lucis, sed perseverare non possunt. In quos non incidere nisi eis cœlestis mandati immemor se fecisset obnoxium. Moraliter. [*Homo quidam &c.*] Dicit Deus ad Iob. Iudica mihi si noiti in qua uia habitat lux, & tenebrarum quis sit locus. Iustitia nomine lucis, Iniquitas, per tenebras designatur. In Hierusalem habitat lux. Hiericho locus est tenebrarum. Quicumque ergo ab Hierusalem in Hierico descendit, a luce Christi in tenebras iniquitatis deuenit. Vnde [*Homo quidam descendebat ab Hierusalem in Hierico, &c.*] Nota hic quid,

Homo quidam,

Sacerdos,

Leuita,

Samaritanus,

Oleum

Vinum,

Iu.

Iumentum.

Stabulum.

Stabularius.

Duo denarij significant.

Iste homo est quilibet uir iustus, qui dum pœnitentiæ operibus intēdit, dum in dulcedine contēplationis se suspendit, dicens cum Iob. Suspendium elegit anima mea *Iob. 7.* procul dubio Hierusalem habitat. Tunc uere est Iob. idest uir simplex, rectus ac timens Deum, & recedens a malo habens septem filios & tres filias. Septem filij uiri iusti sunt septem beatitudines, de quibus Matth. *Matth. 5.* Beati pauperes spiritu. Hæc beatitudo habet duas partes, rerum, scilicet abdicationem, & spiritus contritionem, ut etiam bonus se inutilem & cæteris reputer inferiorem. Pauperes spiritu ad nulla alta se erigunt, sed ea quæ timoris & veræ humilitatis sunt, excolunt. Vnde Iob. Commuto faciem meam, *Iob. 21.* & dolore torqueor. Verebar omnia opera mea, sciens quod non parceres delinquenti. Faciem suam commutat, qui non alta quæ prius sapiebat, sed uilia & humilia de se recogitat, & sic pro antea actis dolore torquetur. Pauper spiritu opera sua ueretur, timens desidiā & fraudem. Desidiā facit minor amor Dei, fraudem proprius amor sui, dum pro bene actis tacita humani cordis gratia, vel fauoris aura, vel quælibet rex exterior desideratur. Sed beatus qui excutit manus suas ab omni munere. Nota quod munus ab ore, est gloria per fauorem. A corde, est expectata gratia a cogitatione. A manu, per dationem. Contra hæc est timor habendus, qui munit, sciens quod non parceret delinquenti. Item beati mites, quoniam ipsi &c. Mitis est quem mentis asperitas vel amaritudo non afficit, sed simplicitas fidei ad omnem iniuriam sustinendam instruit patienter. Vnde Mitis dicitur quasi mutus, illatæ iniuriæ non respondens. Vnde Iob. 31. Si expaui ad multitudinem inimicam,

Gg 3 miam,

Iob. 16.

miam, & despectio propinquorum terruit me, & non magis tacui, nec egr' effus sum ostium quasi dicat turbatis erga me extrinsecus aliis, ipse in me inturbabilis mansi, & despectio propinquorum sunt despici metunt & ij coguntur ostium egredi, qui pullati contumeliis dum de se quæ nesciebantur aperiunt, tanquam per oris ostium egrediuntur. Qui non timet despici, per linguam foras non exit. Item. Beati qui lugent. Iob. Facies mea intumuit a fletu, & palpebræ meæ caligauerunt. Et cap. 30. Merens incedebam. Ibi Grego. Viri sanctus eleuatus rebus & honoribus mœrens incedebat, quia etsi hunc prælatū hominibus gloria potestatis ostēdebat, interius tamen mœrore suo sacrificium domino contriti cordis offerebat. Item Beati qui esuriunt & si iusti. De qua Iob. 29. Iustitia indutus sum, & uestiuit me &c. Ille iustitia sicut uestimento induitur, qui se mundum bono opere induit uel protegit, & nullam partem actionis suæ immundam peccato relinquit. Iustorum indumentum diadema dicitur, quia per hæc non in terrenis & infimis, sed sursum remunerati concupiscunt. Item Beati misericordes &c. Iob. 31. Si negaui quod uolebant, pauperibus, & oculos uidue expectare fecit, &c. usque Calefactus est. Item. Beati mundo corde, Iob. 31. Si securus est oculus meus cor meum, & si in manibus meis adhæsit macula, seram & alius comedat &c. Si deceptum est cor meum super muliere &c. q. d. nec uidere uolui quæ concupiscerem, nec uidendo secutus sum quæ concupiui, nec adhæsit macula in manibus, culpa, scilicet in actionibus nostris, quia si qua illicita aliquando cogitauis, peruenire illa usque ad opera non permisit. Sequitur Ignis usque ad perditionē deuorans &c. quia non tantum usque ad inquinationem ignis luxuriæ maculat, sed usque ad perditionem deuorat, & omnia eradicat genimina, idest animæ bonas operationes, quia si luxuriæ malo non resistitur, etiā illa pereunt bona quæ uidebantur. Item. Beati pacifici. Iob. 31. Si contempsi subire iudicium cum seruo meo

&

& ancilla mea cum disceptarent aduersum me &c. usque Formauit me in uulua intus. Grego. Ad iudicium famulis æqualis ueniet, quia iudicium eius qui super omnia est metuit. Quia sub uero domino famulum se conspicit, ideo per cordis altitudinem se super famulos non extollit. Qui iudicari cum seruis ancillisque non renuit, liquide indicat quod contra nullum proximum tumidus fuit. Potentibus uiris magna est uirtus humilitatis considera æqualitas conditionis. Istæ septem beatitudines sunt septem filii uiri iusti, quorum gloria nobilis potens & clara efficitur. Tres filia, tres sunt parte pœnitentiæ. de quibus satis habes in diuersis. Ecce quanta lux, quanta gloria est in Hierusalem, id est uitæ sanctitate. Sed quantæ tenebræ, quanta miseria, cum ab Hierusalem descendit in Hiericho, quæ interpretatur luna uel odor, & figurat temporalium defectiuam prosperitatem, de qua dicitur. Filii huius seculi prudentiores &c. Ab Hierusalem descendit in Hiericho, qui a luce paupertatis in tenebras diuitiarum cadit. Exemplum dicitur quod lupus uidens lunam in puteo, quia credidit esse caseum, consilio uulpus in puteum descendit, & nihil inuenit, ibique remansit, quem cum rustici ibidem inuenissent lapidibus obruerunt. Sic aliquis religiosus uidens in puteo mundanæ prosperitatis lunam clare incedentem credit stultus consilio uulpis, idest concupiscentiæ carnalis transitorium & mutabile bonum esse uerum & perdurabile, qui deceptus descendit ab Hierusalem in Hiericho, idest ab altitudine contemplationes in puteum cupiditatis, & sic incidit in latrones qui eum spoliant, & plagas imponunt, & semiuiuo relicto abeunt. Latrones sunt quinque corporis sensus, de quibus Iob. Simul uenerunt latrones Iob. 11. & fecerunt sibi uiam per me. Latro a latendo dicitur, quia corporis sensus dum sub specie necessitatis latitant insidias ponunt uoluptatis, qui simul ut facilius decipiant, ueniunt, & per animam miseram uiam latam faciunt quæ ducit ad mortem, quibus nostri cor-

Gg 4 poris

Iob. 19.

poris tabernaculum in gyro est obsessum, ut anima inde cum uoluerit exire, in ipsos incidat, qui ipsam spoliant gratuitis, & uulnerant in naturalibus. Vnde Iob. Semitam (inquit) meam circumsepsit & transire non possum, & in calle meo tenebras posuit. Spoliavit me gloria mea & abstulit coronam de capite meo &c. Animæ miseræ tunc semita est circumsepta cum corporis sensibus est dedita, bona quæ agenda sunt, uidet, implere non potest. Tunc uero tenebræ ponuntur in calle, cum nec quæ agenda sunt præualeat discernere, gloria spoliatur, cum spiritus sancti gratia denudatur, & corona auferatur cum pura mentis intentione priuatur. Et sic destructa perit, & est quasi arbor sine radice humilitatis auulsa uento diabolicæ suggestionis de terra æternæ stabilitatis cui non remanet spes diuinæ misericordiationis. Ecce in quantam miseriam deuenit qui ab Hierusalem in Hiericho descendit. Et ideo debes dolere & plangere cum Iob capitulo tertio. Peccat dies in qua natus sum &c. Sequitur. [*Accidit autem ut sacerdos quidam descenderet eadem uia &c.*] Similiter & leuita &c. In sacerdote amor dominantis, in leuita hypocrisis designatur. De his duobus simile. Iudicum nono ubi legitur, quod Abimilech pugnabat contra turrim oppidi Thebes capiendam, & appropinquans ostio ignem supponere nitentur, & ecce mulier una fragmen molæ desuper iaciens illisit capiti illius &c. Abimelech interpretatur pater meus rex, & significat illum qui quasi pater & rex aliis uult præesse. Turris est altitudo dignitatis. Ad quam expugnandum accedit, sed ut ipsam facilius apprehendere possit, ignem, idest marchas auri & argenti, de quo propheta. Ignis in domo impii, supponit ostio, idest illis qui ostium ecclesiæ uidentur esse ut per ipsos tali igne adustos in turrim ualeat ascendere. Vel ostio, idest impiorum curiæ ostiariis & notariis, qui sunt pessimi emungentes, qui sanguinem pauperum emungunt, bursas euacuant, & suis nepotibus, & forte filiis

filiis distribuunt, impetrantes petitiones recipiunt, & pro eis auri & argenti pondera percipiunt. Infelix Abimelech qui præesse desiderat, non ut prodesse ualeat, iter arripit non cauens fallaciam hostium, frigus alpiū, calorem italicum, non discrimina Tusciæ, non Latrones Romæ attendit, tamen ad ostium supponit ignem, exoneratur auro, oneratur plumbo in pitatio suspenso. Et quid huic infelici ascendere cupienti eueniat uideamus. Et ecce mulier &c. Mulier ista caro est, fragmen molæ quo confringitur cerebrum est ambitionis sollicitudo qua eius mens dispergitur in presenti, & postmodum ipse dissipabitur percussione districti iudicii. Vnde Iob. Fugiat arma ferrea, & irruet in arcum æreum. Arma ferrea sunt necessitates uitæ præsentis, quæ dure premunt. Aerea, poenitentia uel patria æterna, quæ quia ab iniquæ non attenditur, iuste arcui qui ex insidiis percutit comparatur. Quia ergo metuit præsentis necessitates, per auaritiam multa rapit, æterni iudicii se percussione opponit. Homo præpositus aliis nocens, fulgurans dicitur, quia contra bonos quasi ex luce gloriæ extollitur, & bonorum uita cruciatur. Sequitur. Iudicum. Qui uocauit cito armigerum suum & ait ad eum. Euagina gladium tuum & percutite me, ne forte dicatur quod a foemina interfectus sim &c. Armiger qui arma gerit, & ipsis non pugnat, est hypocrisis, per quam infelix Abimelech magis uult perire quam per mulierem, idest opera carnalia. Vnde de utroque dicitur Iob. Cum fuerit tempus struthio in altum alas erigit. Struthio autem cuius penna est similis pennis Ero dii & accipitris, Hypocritam significat, qui de pluma alienæ sanctitatis magnificat sibi fimbrias. Hic alas habet pressas, scilicet cogitationes, quas cum tempus fuerit, eleuat in altum, quia opportunitate comperta ea superbiendo manifestat. Nunc autem quia se sanctum simulat, quoniam in seipso stringit quæ cogitat, quasi alas in corpore plicat. Ecce iam habes quis sit sacerdos sacras auri & argenti marcas quasi hostias offeres diis, de quibus

Iob. 20.

Iudic. 9.

Iob. 39.

bus in Psal. Omnes dii gentium dæmonia. Quis etiam sit leuita eius minister. Sacerdos ergo & leuita uulnerum, spoliatum, semiuiuum uidentes & contemnentes pertranseunt. Super hoc Iob ibidem. Struthio quando derelinquit oua sua &c. Struthio est hypocrita altitudinem temporalium appetens, qui oua, idest filios quos genuerat derelinquit, & omnino non curat, ne aut exhortationis sollicitudine, aut disciplinæ custodia destitutos prauorum operum exempla peruertant, aut bestia agri conterat. Ager mundus, bestia diabolus, qui huius mundi campis insidians animam ab Hierusalem in Hierico descendente spolians & uulnerans cotidie morte humana fauciat. Et est sensus. Si diabolus in hoc mundo sæuiens deditos in bonam conuersationem rapiat, hypocrita non curat. Vnde additur. Induratur ad filios &c. quem enim charitatis gratia nõ infundit, proximum suum, etiam si ipse hunc Deo genuit, extraneum recipit. Vnde bene præmittitur. Derelinquit oua sua in terra. Hoc est nullum exemplum cœlestis uitæ filijs præbet. Sed quia eos cura superna non deserit, ideo sequitur. Tu forsitan in puluere calefacies, ea quasi dicat, ut ego qui illa in puluere calefacio, quia scilicet paruulorum animas in medio præcantium qui sunt ut puluis quem proijcit uentus a facie terræ, positos amoris mei igne succendo. Vnde bene sequitur in Euangelio. [Samaritanus autem quidam iter faciens uenit secus eum, & uidens eum] misericordia motus est &c. Samaritanus qui interpretatur custos, sancti spiritus gratiam significat. de qua Iob. Quis mihi tribuat ut sim iuxta menses pristinos secundum dies quibus Deus custodiebat me? Quando splendebat lucerna eius super caput meum, & ad lumen eius ambulabam in tenebris. Sicut fui in diebus adolescentiæ meæ quando secreto Deus erat in tabernaculo meo, quando erat omnipotens mecum, & in circuitu meo pueri mei. Anima ab Hierusalem in Hierico descendens, & in latrones incidens, uidens se exspoliatam & uulneratam, & considerans baptismi innocentiam,

Iob. 29.

tiã, contemplationis dulcedinem, uitæ puritatem pristinam suspirans, & plangens, dicit. Quis mihi tribuat ut sim &c. idest uitæ perfectionem, secundum dies &c. idest consciencie claritatem exẽpli illuminatione. Quibus Deus custodiebat introitum meum ad conscientiam, exitum ad proximi famam. Quando splendebat lucerna, idest gratia eius super caput, idest mentem meam. Ad cuius lumen ambulabam per semitam iustitię. In tenebris, idest falsis fratribus. Heu quis mihi tribuat ut sim sicut fui in diebus adolescentiæ meæ, idest innocentie baptismalis & puræ uitæ. Quando secreto Deus erat. Plangitur simulatio, quando Deus est in publico, non in secreto, in tabernaculo meo, ut intus proficerem secreto. Postquam uero a secreto exij, in latrones incidi: Dum enim eram in secreto omnipotens erat mecum, & in circuitu meo pueri mei, idest sensus corporis mei pure & fideliter ministrantes. Sed heu infelix, cum ab Hierusalem descendit, a secreto exij, pueri mei, facti sunt latrones mihi, qui me spoliant & uulnerant. Sed sanctus spiritus, qui orat, idest orare fecit gemitibus inenarrabilibus, qui est pater pauperum, dator munerum, lumen cordium, quid animæ uulneratæ faciat, audiamus. [Alligauit uulnera eius infundens uinum & oleum.] In oleo quod illuminat, peccati significatur cognitio. In uino, quod inebriat, lachrymarum compunctio, quæ animam inebriat, ut temporalium obliuiscatur. Ebrietas etiam lachrymas prouocat. Super his duobus Iob 38. dicit dominus. Per quam uiam spargitur lux, diuiditur æstus super terram? Via est spiritus sancti gratia, per quam lux, idest peccati cognitio spargitur, & tunc æstus, idest ardor contritionis diuiditur super terram, idest impium peccatorem facit diuidere corpus peccati: ut ipsum & eius circumstantias membratim diuidat, & sic dat cursum uehementissimo imbri, idest compunctiõni lachrymarum, quorum uehementia culpæ & uerecundiæ frangit obstacula, & tunc dat uiam sonanti tonitruo, idest aperit uiam confessioni, quæ tanquam tonitruum

1. Reg. 7. tonitruum dæmones exterreret. Vnde primi Reg. Intro-
nuit dominus fragore magno super Philistæos &c. In to-
nitruo & gladio cōfessionis, Philistijm, id est dæmones
exterriti cæduntur a filijs Israel, id est uere pœnitenti-
bus. Bene ergo dicitur infundens oleum & ui. & al. &c.
Gratia sancti spiritus, uulnera animæ alligat, cum sp̄
uenit stolam gloriæ pœnitenti repromittit. [*Et impo-
nens eum super iumentum.*] Iumentum dictum quasi iu-
uamentum, est obedientia quæ dicit, Vt iumentum
factus sum apud te &c. Dum enim alienæ uoluntati ani-
ma supponitur, tunc adiuta superfertur. Dum enim
portat, portatur. Stabulum est fœtor propriæ ini-
quitate. Stabularius spiritus contritionis. Duo de-
narij sunt duo genera compunctionis, scilicet pro com-
misso & omisso. Pœnitens enim debet lugere quia
commisit prohibita, & dimisit agere sibi præcepta.
Anima peccato sauciata sed spiritus sancti emplastro cu-
rata, super iumentum obedientiæ ducitur ab stabulum i. fœ-
toris iniquitatis propriæ, ut ibi sedeat cū Iob de quo Iob
2. dicitur. Testa saniam radebat fœrens in sterquilinio.
Testa uobaculum ab argilla excoacta sumpsit quæ de
mollis sic efficitur testa. Vnde testa quasi rosta est dicta,
& significat asperitatem pœnitentiæ quæ pœnitens sedes
in sterquilinio, id est humilians se in sui peccati fœtore,
debet radere suorum peccatorum saniam. Sanies dicta
eo quod ex sanguine nascitur. Excitato enim calore uul-
neris insaniam uertitur. Sanies est sanguinis putredo.
Putredinem enim culpæ debet radere asperitate pœni-
tentiæ. Et nota quod nullus potest reuerti in Hierusa-
lem, nisi super iumentum obedienciæ imponatur. Vnde
dominus sedes super asinum ingressus est in Hierusalem.
Neem. 2. De hoc iumento Neemiæ. Et inuentum (uel iumentum)
non erat mecum, nisi animal cui sede bā. Corpus nostrum
quod debet esse quasi iumentum humile obediens & abie-
ctum, cui suspendere debet anima, in hoc mundo non
debet habere locum, quia locus hominis est super omnia.
Vnde in Psalm. Constituisti eum super omnia. &c.

Nota

Nota etiam quod dicitur in naturalibus quod quando
iumentum est in luxuria si tonderentur eius crines man-
suescit. Et ita corpori nostro debemus facere, quia quā-
do temporalium abundantia lasciuiare & carnis petulan-
tia uoluerit luxuriare, tunc debemus ipsum deturpare,
& ei quasi stulto caput tondere. Vnde Iob. de Iob. Ton-
so capite corruens in terram adorauit &c. Scabioso &
gravi infirmitate prægrauato solemus tondere caput.
Huic corpori scabioso & infirmo deliciarum & diuitia-
rum crines debemus tondere, ut tanquam animal man-
suetum ad ciuitatem Hierusalem ualeat nos deportare.
Amen.

DOMINICA XIII. post Trinitatem.
De decem leprosis & de his quæ neces-
saria sunt ad salutem conse-
quendam.



Vmiret Iesus per Hierusalem transibat per Luc. 17.
mediam Samariam & Galileam &c.] Luc.
Dicitur Iob uigesimoquarto. Radix
mea aperta est secus aquas, & ros mo-
rabitur in messione mea.

In radice, puræ mentis cogitatio.

In aquis, gratiæ infusio.

In rore, gloriæ beatitudo.

In messione, animæ a corpore separatio designatur.

Cum ergo puræ mentis cogitatio per deuotionem
aperitur, cœlestis gratiæ aqua infunditur. Vnde Apo-
calyp. Ego sto ad ostium &c. Ecce radix aperta. Intra-
bo ad il. &c. Ecce secus aquas. Vnde Cant. 5. sponsus sp̄
sæ dicit. Aperi mihi soror mea, quia caput meum ple-
num est rore & cincinnati mei guttis noctis, quasi dicat.
O anima si radicem tuæ mentis mihi aperueris ex capi-
te meæ diuinitatis infundam tibi rorem cœlestis gratiæ,
qui te refrigerabit in nocte tribulationis. Et bene dicitur

guttas.

guttas. Gratia enim in præsenti est quasi gutta respectu æterni præmii. Gutta est quæ stat, stilla uero quæ cadit. Gutta dicta quasi glutinosa. Ille habet guttam qui ut gratiam recipit non amittit. Ille uero stillam, qui ad tempus credit, & in tempore tentationis recedit. Item **Iob. 14.** super hoc Iob. Lignum habet spem. Si præcisum fuerit rursus uirescit, & rami eius pullulant. Si senuerit in terra radix eius, & in puluere emortuus fuerit truncus eius ad odorem aquæ germinabit &c. Lignum dictum eo quod incensum conuertatur in lumen, & significat uirum iustum, qui dum igne amoris succenditur, in lumen boni exempli conuertitur. Hic si securi peccati mortalis fuerit, præcisus, non debet desperare de Dei misericordia quæ est maior quàm miseria, sed habere pebet spem quod rursus uirescet per poenitentiam, & rami, idest opera eius pullulabunt. Et si radix, idest intentio cordis eius senuerit in terra, idest in terrenis, & truncus, idest opus illius emortuum fuerit in puluere, idest in uanitate mundi, tamen si ad dominum se conuertit, ad odorem aquæ, idest sancti spiritus gratiã germinabit, scilicet in confessione, & faciet comam, id operis satisfactionem. Bene ergo dicitur radix mea &c. Sequitur. Et ros morabitur in messione mea. Messio accipitur cum perfectæ animæ corporibus subtractæ redeunt uelut maturæ segetes a terra, dum ad cœlestia horrea demigrant, & tunc ros moratur in messione, quia suauitas æternæ uisionis sociat animas electorum ad eius roris suauitatem percipiendam. Per mediam Samariam: & Galilæam transeuntes debemus ire cum Iesu Christo. Vnde dicitur in euangelio hodierno. *Dum transiret &c.* Vbi per tria Christus nobis ostendit figuratim transeundi modum de præsenti patria ad gloriam. Nam primo ostenditur exemplaris processus, per quem homo transit ad gloriam, quia *[per mediam Samariam & Galilæam]* iuit Iesus in Hierusalem. Secundo uirtualis accessus, per quem peccator consequitur ueniã, quia *intrans in castellum [occurrerunt ei decem uiri leprosi qui*

cla-

clamabant miserere nobis.] Tertio, Samaritani filialis regressus Christo dans gratiam & gloriam, ibi. *[Vnus autem ut uidit &c.]*

Quo ad primum, dico quod quicumque uult ire in Hierusalem necesse habet prius per mediam Sama. & Galilæam transire. Samaria custodia: Galilæa transmigratio: Hierusalem uisio pacis interpretatur. Qui præcepta custodit, ad uirtutes transit, ut sic in Hierusalem ire possit. Beatus Iob per Samariam transierat. Vnde dicit Iob. Si ambulabam in uanitate, & festinabat in dolo pes meus, appendat me in statera iusta, & sciat Deus simplicitatem meam. Scire Dei, dicitur scire nos facere. Statera nomine mediator Dei & hominis designatur, in quo æqua lance merita nostra pensantur & in cuius præceptis agnoscimus, quia in nostra uitaminus habemus. Et est sensus siqua unquam leuiter, siqua perniciose perpetravi, appareat mediator, ut in eius uita cognoscam, an ego ueraciter simplex fuerim. Item per mediam Galilæam transibat, cum dixit Iob. 31. Librum scribat ipse qui iudicat, ut in humero meo portem illum, & circumdem illum quasi coronam mihi. Per singulos gradus meos pronuntiabo illum, & quasi principi offeram eum. Pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio. Qui ueniens ad nostram redemptionem nouum testamentum condidit. Erit quandoque auctor iudicii qui nunc est conditor libri, ut tunc districtus exigat quod nunc mansuetus iubet. Librum in humero portare est sacram scripturam operando perficere. Prius autem describitur in humero portari, & post sicut corona circumdari, quia sacri eloquii mandata si bene portantur in opere, postmodum nobis uictoriæ coronam exhibent in retributione. Per singulos gradus &c. Incrementa uirtutum uocat gradus, quoniam per ipsa ascenditur ut ad cœlestia obtinenda ueniatur. Et quasi per singulos gradus librū pronuntiat, quia percepisse se eius scientiam, non per uerbis tantummodo, sed per opera demonstrat. Et quasi principi

Iob. 13.

principio offeram eum, quod offerimus manu tenemus. Venienti ergo ad iudicium librum offerre, est uerba preceptorum eius in actione tenuisse. Nota super his tribus uerbis. Iob dicit Heliphath Themanites. Si reuersus fueris ad omnipotentem, edificaberis &c. quasi dicat. O peccator, si a te in quo est subuersio, ad Deum, a quo est edificatio, reuersus fueris, uere edificaberis. Destruere prius edificium tuum in te, & ipse edificabit super te suum. Vnde Isa. 44. Qui dico profundo, desolare, & flumina tua arefaciam. Qui dico Hierusalem edificaberis, & templo fundaberis. Profundum dictum quasi pro cala fundo est abyssi cogitationum malarum, quæ si fuerint desolatæ, & flumina concupiscentiarum quæ fluunt per carnalem sensum, fuerint arefacta, tunc populus, id est mens fundabitur in Sapphiris, id est uitæ æternæ desiderijs, & Hierusalem, id est cælestis conuersatio edificabitur cum propugnaculis, scilicet paupertatis, obedientiæ, & humilitatis. Vnde Isa. 54. Fundabo te in Sapphiris, & ponam iaspidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides sculptos. - Iaspis uiridis est coloris, & dicitur fugare phantasias, & significat paupertatem, quæ in uiridi fide hominem conseruat, & phantasias, id est diuitias quæ homines deludunt, fugat. Fides enim spernit temporalia, quæ qui diligit, fidem abiicit. Si edificium nostræ conuersationis edificatur cum propugnaculis paupertatis, non sunt timendæ sagittæ antiqui hostis. Portæ sunt quinque corporis sensus, quos dominus tunc in lapides sculptos ponit, eum oculi lachrymarum effusione, manus elemosynarum largitione pedes infirmorum uisitatione sculptuntur. Et tunc dum talem sculpturam cælat Deus in portis sensuum, iniquitatem terræ, id est corporis nostri aufert prout dicitur Zac. Et hoc in die uisitat, id est illuminatione unitatis qua unitur homo exterior cum interiori in seruitio Dei. Sequitur Iob dabit pro terra silicem, quasi dicat, qui firmiter pro preceptis suis precepta custodit, ad insuperabilem uirtutum constantiam transmigrabit. Silex est durus lapis, dictus est quod

quod exiliat, ab eo ignis, & significat uirtutis constantiam, ex qua procedit ignis illuminans & incendens proximum ad amorem diuinum. De quo silice Iob. 8. Ad silicem extendit manum suam, scilicet qui ad uirtutum constantiam opera sua mittit. Prover. penult. Manu suam misit ad fortia. Sic & subuertit in seipso motes. i. cordis superbiæ a radicibus. i. intimis cogitationibus, & excedit riuos, scilicet compunctionis, in petris. i. duritia cordis sui. Et tunc oculo illuminatæ mentis uident omne preciosum, in cuius comparatione omnia uilescunt. De quo precioso sequitur, Et pro silice torrete aureos. Ecce Hierosolyma, & preciosum omne quod uidet oculus illius qui per Samariam & Galileam prius transijt. Super hoc dicitur Iob. 39. ubi ab ipso loquitur dominus. Nunquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila &c. Aquila ab acumine oculorum dicta est, quia irreuerberato uisu, solem inspicit. Vnde de ea dicitur in naturalibus quod est ualde acuti uisus, & cogit filios suos aspicere solem antequam habeant alas completas. Et propter hoc percutit ipsos & uertit eos ad aspectum solis, & si oculus alicuius lachrymetur ante alium, interficiet illum, & cibabit alium. Item dicitur quod ponit tria oua, & eijcit tertium. Etiam eam uiderunt quidam habentem tres pullos, quos si habuerit, tertium a nido eijcit, quoniam grauiter cibabat eos. Dicitur etiam quod collocat Amethystum lapidem preciosum in nido cum pullis, ut ab ipso uirtute serpentes arceantur. In aquila subtilis sanctorum intelligentia & sublimis eorum contemplatio figuratur, qui ad aspectum ueri solis, ad lucem sapientiæ, filios, id est opera sua uertit, ut si aliquid adulterinum, si quid a genere suo extraneum latet solis splendore appareat. Omnis enim iniquitas arguitur a lumine, & opera tenebrarum manifestantur in luce. Vnde si uiderint aliquod opus suum non recte solem aspicere, & eius radijs confundi & lachrymari, statim ipsum interficiunt. Grauius radius ostendit quis sit uerus Dei filius, uerum opus

solem recte aspicit, in tribulatione non deficit pro amissione temporalium non plangit. Cum autem plangit interfici debet, & ex ipso bonum opus cibari. Cum enim in te mala tua interficis, tunc bonum opus reficis, & unde malum deficit, inde bonum uigorescit. Et nota quod tria oua uel tres filij aquilę, sunt tres amores uiri iusti, scilicet amor Dei, proximi, & sui, quem tertium omnino a nido suę conscientię debet expellere. Priuatus enim amor sui ualde impedit amorem Dei & proximi, & ideo omnino abiiciendus est quem filium Iob. 13. A nido suo eiecerat, cum dixit. Lacerabo carnes meas dentibus meis. Dentes dicuntur quasi cibos diuidentes, & significant sensus interiores, qui singula inquirunt, & quę cogitant quasi mandunt & comminuunt & ad uentrem memorię transmittunt. His dentibus sancti si qua carnalia deprehendunt in se, uehementer in seipsis insequuntur, & a nido proprię conscientię eiiciunt. Item nota quod Amethystus est precipuus lapis preciosus colore uiolaceus, flammam euibrat, aureas notulas & purpureas præterdit, & significat uitam Christi, quę fuit uiolacea paupertate & humilitate, flammam euibrans aureas in prædicatione, & miraculorum operatione, notulasque purpureas præterdens in sua passione. Hunc Amethystum uir iustus debet collocare in nido suę conscientię, ut a pullis suorum operum arceantur serpentes, id est suggestiones diabolonum. Dicamus ergo. Nūquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila. Grego. Ad præceptum Dei eleuatur aquila, cum iussionibus diuinis obtemperans in supernis suspenditur fidelium uita. In supernis nidum ponit, quia habitationem mentis suis in abiectione & infima conuersatione non constituit. In petris manet. In sacro eloquio cum singulari numero petra nominatur, Christus accipitur, cum plurali, sancti uiri exprimentur. Vnde Petrus. Nos tanquam uiui lapides. Aquila igitur in petris manere dicitur, quia in dictis antiquorum & fortium pa-

1. Pet.

patrum mentis statione collocatur. Possunt etiam petraę cęlestes potestates intelligi, quia uelut petraę in arduis sitę ab immotu immobiles, qui non arbores alienę sunt. Dum ergo sanctus perennem angelorum gloriam præstolatur, estque in hoc mundo hospes, illa appetendo quę aspicit, iam in sublimibus figitur. Qui sunt prærupti filices, nisi illi fortissimi angelorum chori? Prærupti enim sunt, quia pars eorum cecidit, pars remansit, qui integri quidem stant per qualitatem meriti, sed qualitate præmij, prærupti sunt. Cordi enim peccatorum hominum ualde inaccessa est charitas angelorum. Sed quisquis ita contemplatione rapitur ut intentionem suam iam choris angelorum interferat, nihil ei sufficit nisi eum qui super angelos est uidere ualeat. Sequitur. Inde contemplatur escam &c. id est ex illis angelicis choris tendit oculum mentis ad gloriam supernę maiestatis, quę non uisa adhuc esurit, quę tandem uisa satiat. Sed quia carne grauari Deum sicuti est uidere non possumus, sequitur. Oculi eius. d. quasi dicat. Sancti intentiones animę fortiter tendunt, sed necdum propinquius aspiciunt, eius claritatis magnitudinem penetrare non possunt. Beata ergo illa aquila quę rostrum ponit in torrente aureo Hierusalem cęlestis, de quo Psal. Inebriabuntur ab ubertate do. & tor. Vnde Genesis. 43. Fratres Ioseph biberunt, & inebriati sunt cum eo. Nota quod ebrius mutat mentem & linguam, & mens beatorum torrente aureo inebriabitur & mirabitur, quia fides eorum & spes euacuabitur, & tunc complebitur illud præceptum. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde, quod modo non completur. Lingua eorū immutabitur. Vnde Non loquatur os meum opera hominum. Dabis ergo pro terra silicę, & pro silice aurum. Ecce habes quę qui uult in Hierusalem ire, & de torrente aureo cęlestis beatitudinis potare, prius necesse est ut transeat per Samariam & Galilęam, possideat terram & silicem. Et quia dum ad Samariam uenimus, & ab ipsa ad Galilęam

H h 2 lzam

læam transimus, hostes, scilicet malignos spiritus infidiantes habemus, quos per Dei gratiam uincimus, ut in Hierusalem uenire possimus, Ideo sequitur. Iob. 22. Eritque omnipotens contra hostes tuos & argentū coaceruabitur tibi quasi dicat dum malignos spiritus a te repulerit, claritatem conscientię coaceruauerit, tunc super omnipotentem delitijs afflues, idest in amore illius lucidę conscientię epulis satiaberis. De quo Pro. 20. Prouerbior. Secura mens quasi iuge conuiuium. Sequitur. Et eleuabis ad dominum faciem tuam, hoc est cor ad sublimia inuestiganda attolles. Ideo uir iustus dicit. Inclina domine &c.

Et cum ingrederetur quoddam castellum &c. curreunt ei decem uiri leprosi &c.] Allegorice, Mundus castellum est, in quem cum Christus est ingressus, occurrerunt ei decem uiri leprosi, per quos humanum genus intelligimus, quia contra decolagum peccauerat, quod nec Deum nec proximum diligebat, & ideo lepra infelicitatis & iniquitatis respersum erat. Ideo clamabat.

Iesu pceptor, miserere nostri. Salutē uocauit, & misericordiam postulauit genus humanum, & dominus utrunque fecit. Sanguine enim redemptionis, & aqua baptismi id mundauit ab omni lepra infelicitatis & iniquitatis. Moraliter. Isti decē leprosi omnes peccatores significant, qui quinque leprę generibus, & in quinque locis resperguntur. Leuit. Quinque genera leprę, & quinque loca ponuntur, scilicet lepra coloris candidi, lucidi, obscuri, rufi, & pallidi. Item lepra in capite, in barba, in corporis cute, in ueste, & in domo. Quicumque (ut ibidem dicitur) huiusmodi lepra erat macularus, & arbitrium sacerdotis separatus, habebat uestimenta dissuta, caput nudum, os ueste contectum, contaminatum, ac sordidum, clamabat omni tempore qui leprosus erat & immundus habitabatque extra castra. Quid ista significant, uideamus. Candida lepra est hypocrisis & simulatio religionis. Lucida, ambitio transitorię dignitatis, Obscu-

ra

ra est immunditia fornicationis. Rufa rapina & usura. Pallida, inuidia alienę felicitatis. De prima Iob. 26. Simulatores & callidi prouocant iram Dei. Simulator dicitur a simulacro, gestat enim imaginem eius qui non est ipse. Simulacra a similitudine dicta. Hypochrita est quasi simulacrum similitudine sanctitatis alterius præ tendens. Huic simulacro honor impenditur, quia aliquid diuinitatis ibi esse creditur. Sed ut dicit Iob. 15. Cōgregatio hypochritę sterilis, quia per hoc quod hypochrita agit, fructum recipere in æterna retributione non appetit. Sterile dictū eo quod stat quasi aridum. Si enim bona non sit intentio, opus quod bonum uidetur petit. Candore leprę totum inficitur quod humana opinione rectum cernitur & non recta intētionē agit. De secunda dicit Baldath Suites Iob. Nonne lux impij extinguetur, nec splendet flamma ignis eius? Lux obtenebrescet in tabernaculo illius, & lucerna quę super eum est, extinguitur? Lux impij extinguitur, quia fugitiuę uitę prosperitas cum ipsa terminatur. Nec splendet flamma ignis eius. Ignem dicit feruorem temporalium desideriorum, cuius flamma est decor uel potestas exterior, quę Dei interiori eius ardore procedit, sed non splendet, quia in die exitus omnis exterior de cor subtrahitur. Lux obtenebrescit in tabernaculo illius. Aliquando tristitiam, tenebras, & lucem, gaudium accipimus. Lux ergo in tabernaculo impij obtenebrescit, quia in eius conscientia gaudium quod de temporalibus fuerat, deficit. Et lucerna quę super eum est, extinguetur. Lucerna lucis testa est. Lumen uero in testa gaudiū in carne. Lucerna ergo quę super eum est, extinguetur, quia cum malorum suorum retributio impium sequitur, in eius mente gaudium carnis dissipatur. Bene autem non quę apud eum, sed quę super eum est dicitur, quia iniquorum mentem gaudia terrena possident. De tertia Iob. Oculus adulterij obseruat Iob. 24. caliginem, dicens. Non me uidebit oculus, & operiet uultum suum. Adulter dicitur alterius thorum ui-

H h 3 lans

lans uel alienum uterum terens. Immunditia fornicationis caligans oculum rationis, semper quærit caliginosam opportunitatem loci, & eo securus committit quo se uideri non metuit. Vnde Ecclesiast. Homini fornicario omnis panis dulcis &c. Nota, Vultus humani cordis est similitudo Dei, quem peruersus operit ut cognosci a districto iudice nequeat, quum uitam suam malis actibus confundit. De quarta Iob. 24. Alii terminos transtulerunt, diripuerunt greges, & pauerunt eos. A sinum pupillorum abegerunt, & abstulerunt pro pigore, bouem uiduæ &c. Istos diuina patientia tolerat, ad pœnitentiam expectat. Ipsi autem thesaurizant sibi iram in die iræ, de quorum successu Iob. 21. Quare impii uiuunt, subleuati sunt, confortatique diuitiis? consilium eorum longe sit a me. De quinta Iob. Virum stultum interficit iracundia, & paruulum occidit inuidia. Paruulus est qui appetit terrena, magnus qui æterna. Paruulus ergo occiditur, quia nullus hac peste moritur, nisi qui hæc terrena appetit. Greg. Qui liuoris peste carere desiderat, hæreditatem illam diligit, quam coheres mentis non angustat, quæ in omnibus una est & singulis tota. Item lepra in capite est immunditia in cogitatione. Lepra in barba est iniquitas in manifestatione. Lepra in cute est inhonestas in conuersatione. Lepra in ueste est diffensio in fide Christi, uel imprudentia in uirtutum operatione uel executione. Lepra in domo est discordia in congregatione. De prima Iob. Caput aspidum suget & occidet eum lingua uiperæ. Aspides paruus serpens, est latens tentatio dæmonum, cuius caput, id est initium in corde nascitur, quo capto post uolentus trahitur. Vipera proxilioris corporis est, & sic nascitur ut uolent exeat. Caput itaque aspidis peccator surgit, & oc. e. li. vi. cum initium suggestionis occultæ liber suscipit, & uolentis se postmodum temporibus deuictus tradit. De secunda Iob. Tetendit aduersus Deum manum suam, & contra omnipotentem roboratus est. Cucurrit aduersus eum erecto collo, & pingui ceruice armatus

armatus est. Operuit &c. Contra eam manum tendere est in operatione praua despectis eius iudiciis perseverare. Et contra omnipotentem roboratur qui prosperitati in mala sua actione permittitur. Qui erecto collo aduersus eum currit, dum quæ creatori displicet audacia perpetrat. Cucurrit, id est in malo opere obstaculum de aduersitate non habuit, & pingui ceruice armatus est. Ceruix est opulenta superbia affluentibus rebus quasi crinibus fulta. Operuit faciem eius crassitudo, quia desiderata rerum terrenarum abundantia oculos mentis præmit. Et de lateribus eius aruina dependet. Latera diuitum sunt qui eis adhærent. Aruina de latere dependet, quia quisquis inique potestati adhæret, ipse quoque de eius potentia, uel de eius pinguedine tumet. De tertia Iob. 41. de diabolo. Sternat sibi aurum quasi lutum, feruescere faciet quasi ollam profundum mare. Aurum sanctitatis claritatem, lutum carnalium uoluptatum sordem significat. Multos enim qui, inter sanctam ecclesiam fulgore iustitiæ uidebantur splendere, diabolus contagio miseræ uoluptatis & sordis inhonestæ conuersationis subiicit, & sic sibi aurum quasi lutum sternit. Facit etiam profundum mare, id est cor peccatoris supposito igne suggestionis quasi ollam feruescere, & ex se spumam inhonestæ conuersationis eicere. Item de quarta quæ est lepra in ueste, Iob. Sordibus intinges me, & abominabuntur me uestimenta mea. Intelligentur schismatici, hæretici, & simoniaci, qui uestem Christi inficere uolunt, quia uestis Iesu Christi inconsutilis & desuper contexta per totum est fidei ipsius ecclesiæ unitas, quam diuidere uolunt hæretici & falsi Christiani. Hi sunt tres amici Iob, scilicet Eliphath, Baldath, & Sophar, qui beatum Iob uerbis afflixerunt, & contumeliis affecerunt. Eliphath interpretatur contemptus Dei, & significat hæreticos, qui Christi ecclesiæ obedire contemnunt. Baldath sola uetustas, & significat falsos Christianos, qui dierum malorum sunt iuuetati. Sophar dissipatio speculæ

Leuit. 14

læ, & significat simoniacos, qui ecclesiasticæ dignitatis speculum dissipant, dum ipsam pecunia emunt. Item de lepra domus Leuiti. Si sacerdos inuenerit creuisse leprâ, iubebit erui lapides in quibus lepra est, & proiici eos extra ciuitatem in loco immundo, domum autem ipsam radi intrinsecus per circuitum, & spargi puluerem rasuræ extra urbem &c. Lepra in domo est discordia in congregatione, quàm si sacerdos, idest prælatus creuisse uidere, statim iubebit lapides, idest congregationis fratres, in quibus est lepra discordiæ & modicum fermenti, extra congregationem proiici, ne candido socio, comes scabiolus se ualeat confricare, & modicum fermenti rotam massam corrumpat, & parum ueni totum balsamum intoxicet. Domum autem, idest congregationem ipsam, ne aliquæ reliquæ illius lepræ remaneant, radere, idest diligenter inuestigare debet, & si quas inuenerit, extra proicere, & leprosis lapidibus in congregationis fabrica novos lapides debet substituere, ut in unitate spiritus & morum concordia domino ualeant deseruire. Quicumque homini lepræ quinque partiro genere fuerit maculatus, si a domino uult ueniam impetrare, oportet eum supradicta quinque agere, scilicet ut habeat uestimenta dissuta idest ut de nullis meritis suis confidat, de nullo opere suo præsumat. Vel uestimenta dissuta sunt membra corporis asperitate poenitentiae afflictæ. Caput nudum, idest quicquid per corporis sensus peccauit denudans. Os ueste contactum, idest ut spiritus habeat uerecundiam de eo quod commisit. Contaminatum & sordidum se clamabit, immundum scilicet se reputas. Et solus a tumultu secularium & malarum cogitationum habitabit extra castra, idest collegio sanctorum indignum se reputabit. Quicumque ista quinque non habet, non est uere poenitens. Sed cum uult uere poenitere, debet habere uestimenta dissuta, idest de nullo opere præsumat, caput in confessione denudet, coram Deo & angelis erus, quia talia commisit, erubescat. Et non tantum se immundum & sordidum clamabit,

clamabit, sed etiam si hoc ipsum alii ei improperauerint, humiliter debet sustinere, quod si aliter facit, probat se non uere poenitere. Nota, publice poenitentes aliquando solent pro foribus ecclesiæ nudum stare, & in ipsam ecclesiam fideles introeuntes humiliter post clamare ut pro eis orent. Tales possunt secure dicere. Iesu præceptor miserere nostri. Nota ista tria. Iesus, salus interpretatur, qui uult salutem præcepta custodia, & sic misericordiam inueniet. Et nota quod inter Iesum & miserere ponitur præceptor, quia ubi præceptorum custodia, ibi a dextris & a sinistris salus, & misericordia conseruantem conseruantia. Vnde Eccle. *Eccle. 15.* Si uolueris mandata conseruare, conseruabunt te. Sequitur. *[Quos, ut uidit, dixit. Ite, ostendite uos sacerdotibus.]* Nozentur ista tria.

In ite, cordis contritio.

In ostendite, oris confessio.

In sacerdotibus, operis satisfactio.

Item dicit filius prodigus. Surgam, & ibo ad patrem *Luc. 15,* &c. Et attēde quod prius dixit, Surgam, & post, ibo, quia nisi resurrexeris a corpore, ire non poteris contritione. Surgam, quia me iacere cognoui. Ibo, quia longe recessi. Ad patrem, qui sub principe porcorum miserabili egestate torpesco. Peccaui in cælum. i. coram angelis sanctisque animabus, in quibus sedes Dei, & coram te. i. in ipso conscientiarum cōclauis, quæ tui solius penetrat oculi. De ostende, dicit spōsus Cant. Ostende mihi faciem tuam &c. Facies dicta eo quod notitiā faciat hominis. Et ideo bene designatur in ipsa cōfessio, quæ hominem facit notum Deo, nouit uiam iustorum. Iustus (inquit) in principio accusator est sui. Ostende ergo faciem tuam si uis ut ostendā tibi faciem meam. Facies tua decora, quæ est confessio uerecunda. Pulchra est permixtio confessionis & ruboris. Vnde Hester. Vultum roseo colore perfusa ingressa *Hest. 15* cuncta per ordinem ostia sterit coram rege. Hester est anima poenitens, cuius uultus in cōfessione debet perfundi, roseo colore uerecundiæ. Verecundia dicta

Hier. 3.

eo quod uere timeat. Qui uere iudicia Dei timet, sine dubio uerecundiam, quæ gloriam adducit, in confessione habet. Qui uero non erubescit, non timet. Frons (inquit Hier.) mulieres meretricis facta est tibi, noluit erubescere. Sed Hester tristem a timore attractum habebat animum, quia poenitentia stritticia teritur in contritione, & timore contrahitur in confessione, in qua habet gratos ac intentos oculos, lachrimarum scilicet perfusione. Et sic ingreditur per ordinem cuncta ostia, enumerando scilicet prout commisit peccata cuncta, quæ nobis claudunt tanquam ostia uitæ æternæ introitum, sed stetit sic ingressa coram rege, scilicet Christo Iesu, coram quo stare non poteris nisi prius per ordinem cuncta ostia reseraueris, & tunc poteris ei faciem tuam ostendere. Et quæ sit facies ista exponit. Sonet uox tua in auribus &c. Melodiam confessionis delectatur audire spiritus auribus pietatis. Et nota quod uox est aeris ad linguam percussio, sic dicta eo quod uoluntatem animi annunciet. Ibi est uera confessio, ubi fit percussio, idest peccatorum reprehensio, quæ annunciat omne quod intus latet. Bene igitur dicit, [*Ostendite uos.*] per uos non per alios, peccasti enim per te, ideo per te, debeste ostendere. Sequitur. [*Sacerdotibus.*] A quibus poenitentia iniungitur, ideo per ipsos satisfactio figuratur. Per hoc uerbum aperte habes quod peccatores sacerdotibus se debent ostendere, quibus auctoritas ligandi, & soluendi est tradita. Sequitur. [*Et dum irent, mundati sunt.*] Ecce quanta De misericordia, quæ in sola contritione animam mundat a peccatis ita tamen quod firmum propositum habeat confitendi. Super his tribus Iob. ubi ad suos amicos loquitur dominus. Sumite inquit uobis septem tauros, & septem arietes, & ite ad seruum meum Iob, & offerre pro uobis holocaustum. In tauro & ariete cornu & cornua superbiæ designantur, quæ quando quis in seipso interficit, omnia uicia quæ per septenarium designantur, animæ expelluntur. In euangelio dicitur Ite, in Iob ite, ibi ostendite, & hic offerre, ibi sacerdotibus, &

Iob. 42.

& hic ad seruum meum Iob. Sequitur tertium.

Vnus autem ex illis, ut uidit quia mundatus est, regressus est, cum magna uoce magnificans Deum.] Nota quod hic alienigena tria fecit, rediit in faciem cecidit, gratias egit. Ille reuertitur, qui nihil uirtutis sibi attribuit, bona quæ agit, de misericordia intelligit. Vnde Samaritanus, idest custos cognominatur, qui illa bona quæ accipit Deo attribuit, ut cum Psalmista possit dicere. Fortitudinem meam ad te, idest tibi attribuendo custodiam. Vis quod accipis custodire, non tibi sed domino tribue. Si uero tuum tibi attribuis, furti reus conuinceris. Et si tibi non tribuis, alienum tuum facis. Vnde Iob. 38. dicit dominus ad ipsum. Nunquid mittes fulgura & ibunt, & reuertentia dicent tibi assumus. Fulgura de nubibus exeunt sic mira opera ex sanctis predicatoribus ostenduntur. Vadunt fulgura, cum predicatorum miraculis coruscant, reuertentia uero dicunt assumus, cum non sibi sed Dei uirtutibus tribuunt quicquid se fortiter egisse cognoscunt. Vel mittuntur & uadunt cum a secreto contemplationis ad publicam operationis exeunt, reuertuntur & dicunt Deo assumus, quia post opera exteriora ad contemplationem recurrunt. Item in faciem cadit, qui de perpetratis malis erubescit. Ibi enim capit homo, ubi confunditur. Qui in faciem cadit, uidet quo cadit, sed non qui retrorsum cadit. Bene ergo in faciem cadunt qui humiliant se in uisibilibus istis, ubi uident quid sequatur eos, ut ad inuisibilia erigantur. Mali retrorsum cadunt in inuisibilibus ubi non uident quid eos sequatur. Super hoc duplici casu in Iob habemus. De primo Iob. 1. Scidit uestimenta sua, & tonso capite corruit in terram. uestimenta sunt opera, quæ nos tegunt ne nudi erubescamus, quæ dum culpa flere facit, districtius quasi irata manu uindicamus. Tunc enim omnis elatio & superfluitas cogitationum ab animo cadit, quod est tonso capite cadere. idest repressis præsumptionis cogitationibus quæ infirmus sit in se sentire. Difficile est magna agere, & de magnis apud se fiduciam non habere. De secundo Iob. Mōs
cadens

Iob. 14.

cadens defluit, & saxum transfertur de loco suo. Lapidem excauant aquæ, & alluione paulatim terra consumitur. Nota quod duo sunt genera tentationum, unum quod per euentum repentinum agitatur, aliud quod paulatim in mentem uenit, & leuibus suggestionibus animam inficit. Et est sensus, sicut hæc uisibilia modo cito ruunt, modo paulisper infusa aquarum mollitiæ consumuntur, ita aliquis in alio constitutus ut mons, uel subito tentationibus deicitur, ut Dauid cum Bersabee uidit, uel longa ac lenta consumitur, ut Salomon qui immoderato usu & assiduitate mulierum ad hoc usque perductus est ut templum idolis fabricaret, qui prius templum Deo construxerat. Saxum. i. mens iusti fertur de loco, idest de iustitia ad culpam nimio impulsu, & lapides. i. fortitudinem mentis excauant aquæ, idest assidua blandimenta libidinis. Alluio est inundatio aquarum ab alluo quod est inundo. Item pro emundatione sui Samaritanus gratias egit, pro qua re & ipsum dominus comendauit cum dixit. [*Nonne de eorum mundati sunt, & nouem ubi sunt? &c.*] Ingratos quasi ignotos ubi sunt requirit. In quo instruimur pro beneficiis collatis domino gratias referre. Si enim Iob in flagellis gratias agens nomen domini benedixit, quantas gratias Deo agere debemus de tot beneficiis collatis? Nam quia Ezechias domino post uictoriam gratiarum canticum non cecinit, ideo in infirmitatem cecidit. Legimus quoque Mariam sororem Moyse, Delboram, & Iudith pro hostium uictoria domino canticum cecinisse. In quo docemur cantica laudis, & actionem gratiarum Deo bonorum omnium reddere largitori. Et nota ista tria, scilicet Unus, [*Samaritanus, & Alienigena.*] In uno, unitatis notatur concordia. In Samaritano, humilitatis custodia. In alienigena, paupertatis sufficiens indigentia. His tribus respondent tria uerba, surge, uade, fides tua te saluum fecit. [*Surge,*] quia unus. Vade quia Samaritanus. [*Fides tua te saluum fecit,*] quia Alienigena. Qui in unitate uinit, ad boni operis surgit rectitudinem. Qui humilitatis custodia se munit, ubique securus uadit. Qui in hoc

hoc mundo tanquam alienigena paupertatis caractere se insignit, fides Iesu Christi qui pauper & hospes fuit, ipsum saluum facit. Huic tertiæ particulæ concordat tertia particula epistolæ. Fructus autem spiritus caritas. Quem Augustinus uocat uotum ad perfruendum Deum propter ipsum, & se proximum propter Deum. Gaudium, idest puritas conscientie. Pax quæ est tranquillitas & libertas a pacto dicta, patientia &c. Nota quod patientiæ uirtus tribus modis exercetur. Quædam enim sustinemus a Deo ut flagella, quædam ab aduersario ut tentamenta, quædam a proximo, ut persecutiones, damna, contumelias. Contra quos omnes modos uigilare debemus, ne ad excessum murmurationis contra flagella opificis prouamur ne ad consensum delicti seducamur, ne ad mali perturbationem protrahamur, ne hoc agentes retribuere nobis presentia bona requiramus. Longanimitas, spectationis. Bonitas, idest dulcedo animi. Benignitas, idest largitas rerum. Benignus quia ad faciendum bene est positus, uel bene ignitus, est dictus. Mansuetudo etiã nulli iniuriam irrogat. Mansuetus dictus manu assuetus. Fides, qua ueraciter credimus illud quod nequaquam uidere ualemus. Modestia, quæ mensuram in diis uel factis seruat. Continentia, quæ ab illicitis abstinet. Castitas, quæ recte utitur licito. Beata arbor quæ tales fructus parturit. Beata anima illa quæ eos comedit. Quos habere non poteris, nisi cum Samaritano & alienigena ad dominum redieris, ante faciem eius cecideris, gratias egeris, & sic audire mereberis, Surge, uade in pace, quia fides tua &c.

Domini-

DOMINICA XV. post Trinitatem.
De seruitio uni Deo impendendo, &
Abstinencia, a nimia tempora-
lium sollicitudine.

Matth. 6 **N**emo potest duobus dominis seruire. [Matth. 6. 24.] Vbi tria declaranda. Primo Christus uē dicat sibi nostrum totale seruitium, & ideo ipsi est famulandum singulariter, quia [Nemo potest duobus dominis seruire.] Secundo, restringit nostrum mentale studium, quia de ipso sperandum est fideliter ibi, [Ne solliciti sitis &c.] Tertio, iubet nos tantum querere regale solium, ubi est uiuendum perēniter, ibi, [Primum querite regnum Dei &c.]

Tob. 6. Legitur Tob. quod dixit angelus Raphael ad Tobiam. Exentera piscem, & cor eius, & fel, & iecur, reponeti bi. Sunt enim necessaria ad medicamenta. Moraliter. Piscis est Christus, qui dixit Petro. *Matth. 17.* Vade ad mare & mitte hamum, & eum piscem qui primus ascenderit, tolle, & aperto eius ore inuenies staterem, illum sumēda eis pro me & pro te, Piscis est Christus, in hoc mari magno & spatioſo moratus, qui primus ascendit, idest morti pro redemptione nostra se obrulit, ut illud quod in ore eius. i. in confessione fuerat inuentū, pro Petro, & pro dño daretur. Et bene illud preciū, sed diuisum, quia p̄ Petro quasi pro peccatore datū, pro Christo autē, ut pro iusto. Deus enim peccatū non fecit. Stater habet duo didrachmata, ut ostenderetur similitudo carnis dum eodem precio dominus & seruus liberantur. Vel stater in ore Christi est misericordia & iustitia. Misericordia cū dixit. Venite ad me omnes qui laboratis &c. Iustitia cum dicit. Ite maledicti in ignem &c. Hunc ergo piscem extentera, idest uitam ipsius Christi confidera, & inuenies cor, fel, iecur. Corde sapimus, felle irascimur, iecore amamus. In corde, sapientia. In felle amaritudo, In iecore, Christi amor designatur. Sapore sapientia

sapientia quæ attingit a fine usque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter, condi insipiditatem tuā, amaritudinem passionis commisce dulcedini tuę, ipſius amorem superpone omni amori, qui sine ipsius amore, nō amor, sed dolor dicendus est. Hæc sunt medicamenta animę tuę utilia, quæ si tibi reposueris, non diaboli sed Dei, non carnis, sed spiritus, non mundi, sed cœli seruus eris. Sapientia Christi frangit dominium diaboli. Vnde *Iob.* Prudentia ipsius percussit superbum. Prudentia, nō uirtute percussus est antiquus hostis, quia dum audacter inuasit Christum, in quo nihil competebat sibi iure, hominē quē quasi iuste tenebat, amittit. Ipſius amaritudo passionis subijcit appetitum carnis. Vnde. Memoria crucifixi uitia crucifigit. Item, ipſius amoris theriaca diuitiarum uenenum expellit. Vnde *Tob.* Fumus eius, idest deuotio amoris eius, & extricat omne genus dæmoniorum, idest diuitiarum, quæ homines tanquam dæmones decerpunt, & affligunt. Omnes istius mundi diuites sunt quasi dæmoniaci huc atq; illuc discurrentes, non uero, sed falso domino seruiētes. De quibus præſens Euangelium dicit. [Nemo potest duobus dominis seruire &c.] Nota quod anima duas habet partes, scilicet rationem & sensualitatem, quæ sunt quasi duo domini. De dominio rationis dicit *Ysaac Gen. 27.* Dominū tuū illū constitui, & oēs fratres eius seruituti illius subiugauit. Quod tunc fit, cum propria uoluntas & corporis sensus dominio rationis subiugantur. Vnde iterum *Gen. de Iuda.* Ligans ad uineam pullum suum, ad uitem asinam suam. Iudas est pœnitens uinea ratio, uitis compunctio, asina sensualitas, pullus ipsius motus. Iudas ergo asinam ad uitem, & pullum ad uineam ligat, cum pœnitens sensualitatem cordis compunctio subijcit, ipsius motum iugo rationis premit. Item de hoc *Gen. 37.* dixit *Ioseph.* Putabam nos ligare manipulos &c. *Ioseph* est uir iustus, cuius manipulus est ratio, quæ cum surgit per despectum temporalium, & stat immobilis in alto contemplationis, tunc

*Iob. 26.**Tob. 6.**Gen. 49.*

ma-

manipuli, idest sensus carnis ipsius subiiciuntur ratio
 nis ditioni. Vnde Genesis. 27. Esto dominus fratrum
 tuorum, & incuruentur ante te filij matris tuæ, idest
 carnalium Desideriorum, quæ humiliabunt se. De do-
 Deut. 28. mino sensualitatis dixit Moyses Deuter. Ego quod nõ
 seruiers domino Deo tuo in gaudio cordis & lætitia
 propter rerum omnium abundantiam, seruiers inimico
 tuo, & ponet iugum ferreum super ceruicem tuam. Eo
 quod Adam noluit seruire superiori suo, ideo inferius
 eius noluit seruire ei, immo ipso seruit inimico suo, id
 est diabolo, uel carni suæ, quia non est efficacior hostia
 ad nocendum. Cuius iugum ferreum, idest effrænali-
 tas uel carnalitas, impositum est super ceruicem ratio-
 nis. Vnde Ecclesiastici Graue iugum super filios Adam,
 idest originale peccatum, idest fomes peccati, idest con-
 cupiscentia, quæ (ut dicit Augustinus) non est permit-
 tenda regnare. Sunt etiam eius desideria, quæ sunt car-
 nales concupiscentiæ, quæ sunt arma diaboli, quæ ueniunt
 ex languore naturæ. Languor enim iste tyrannus est qui
 mouet mala desideria. Vis audire quam graue sit iugum
 super filios Adam? Audi quod scriptum est in Ecclesia-
 sticis dogmatibus. Firmissime tene, & nullatenus dubi-
 tes, omnem hominem qui per concubitum uiri & mu-
 lieris concipitur, cum originali peccato nasci, impieta-
 ti subditum, mortique subiectum, qua nullus liberatur
 nisi per fidem mediatoris Dei & hominum. Nemo po-
 test ergo duobus &c. Super his Tob. Dedit (inquit) do-
 minus gratiam Tobia in conspectu Salmanasar Regis,
 & dedit ei potestatem quocunque uellet ire, habens li-
 bertatem quæcunque facere uoluisset. Salmanasar in-
 terpretatur pacificans angustiatos, & significat ratione,
 quæ cum regnat, mentem angustiatam pacificat, consci-
 entiam clarificat, cor indulcat, aspera mollificat, graua
 alleuiat. Cui si homo seruit, gratiam inuenit, liber
 fit, habens potestatem ire quocunque, & facere quæ-
 cunq; uelit. O libera seruitus, & serua libertas, non
 timor seruum, non amor liberum, sed potius timor
 libe-

berum, & amor seruum facit. Iusto non est lex posita,
 quia ipse sibi est lex. Habet enim charitatem, uiuit secū
 dū ratione, & ideo uadit quo uult, & facit quod uult. Er-
 go (inquit David Psal.) seruus tuus & filius ancillæ tuæ
 Nota seruus & filius, quia enim seruus, ideo filius. O
 suauis timor qui de seruo facis filium, o benigne & ue-
 rax amor qui de filio facis seruum. Filius (inquit) ancil-
 læ tuæ. Ergo o homo si uis libertate frui, collum tuum
 inferre in torques eius, & pedes tuos in compedes eius,
 Non est gaudium super gaudium libertatis, quam nõ
 potes assequi, nisi collum elationis inclines in torquē
 humilitatis, & pedes carnalis affectus in compedes mor-
 tificationis, & tunc poteris dicere. Ego seruus tuus
 &c. Item dicitur Tobia. i. quod mortuo, Salmanasar re-
 ge Sennacherib regnauit pro eo, qui cum filios Israe-
 l exosos haberet in conspectu suo. iussit Tobiam occidi,
 & tulit omnem substantiam eius. Tobias uero cū filio
 suo, & uxore fugiens nudus lateat, quia multi diligebāt
 illum. Sennacherib interpretatur tollens deserta, & si-
 gnificat sensualitatem, idest carnis concupiscentiā, quæ
 ab hominis mente tollit desertum pœnitentiæ. Hic nõ
 regnat cum moritur ratio. Egressus enim uirtu-
 nis ingressum uitij operatur. Concupiscentia exosos
 habet filios Israel, idest pœniteres, qui carnem suam
 crucifigunt cum concupiscentijs & uitijs. Vnde
 Exodi. Oderant Aegyptij filios Israel. Hęc per suos
 satellites, idest corporis sensus nititur spiritum inter-
 ficere, & ei omnem substantiam auferre, idest uirtutes,
 quæ bene dicuntur substantia, quia faciunt hominem
 subsistere ne cadat ab æternis, quas ut conseruare ua-
 leat, necesse est ut fugiens cum filio & uxore nudus
 lateat. Vis carnis concupiscentiam euadere? Fuge.
 Fuge (inquit) fornicationem. Dicitur Genesis. 39.
 Ioseph, relicto in manu domine pallio fugit. Dimisit pal-
 lium ne amittere Deū. Dicitur in naturalibus quod
 Castor animal habet testiculos medicinales ad paraly-
 sim tollendam cuius rei gratia uenatores eū insequuntur,
 Ser. Do. S. Ant. de Pad. Ii qui

Ps. 115.

Exod. 1

qui perpendens hoc, abscindit illos, & insequentibus se
 proiecit illos. Vnde dicitur Castor, quia castrat seipsum
 Stultus autem homo econuerso facit, qui pro glandu-
 lis suis uilissimis, idest fugacissima luxuria, se tradit dia-
 bolo. Ideo dicitur Ecclesiastici. Quasi a facie colubri fu-
 ge peccata. Item nudus est qui nil sibi, sed totum Deum ac-
 tribuit, qui se inrer folia ficuum cum Adam non abscō-
 dit, qui pallio suæ excusationis, & al terius inculpationis
 se non cooperit, qui ita nudum sicut egressus est de ute-
 ro matris suæ se cognoscit. Item ille latet, qui patienter
 iniuriam sustinet, qui inter aduersa non murmurat, qui
 in prosperis non exultat, qui a tumultu secularium cogi-
 tationum in conclau conscientie quietus residet.
 Vxor & filius Tobix sunt bona uoluntas & bonum
 opus, quæ quocunque imus nobiscum de ferre debemus,
 Vnde Matt. Accipe, puerum, idest operis puritatem, &
 matrem eius, idest bonam uoluntatem, quæ ipsum par-
 turit, & fuge in Aegyptum, idest recognosce te peccatore
 miserum & exulem, uel considera tenebras peccatorum
 tuorum & exilium tuum, & esto ibi usque dum di-
 cam tibi, idest usque ad illud tempus dum dicam tibi,
 Surge, propera amica mea, & ueni. Iam hyems transijt,
 &c. Si uis ergo properare, oportet Sennacherib fugere,
 rationi non sensualitati se ruire. Nemo ergo potest duo-
 bus dominis seruire. Sequitur. [*Aut unum odio habe-
 bit, & alterum diliget, aut unum sustinebit, & alterum
 contemnet.*] Nota ista qua tuor, diliget, sustinebit
 odiet, & contemnet. Si diligis uitam, odis uitam. Si
 sustines superiorem contemnis inferiorem, & econ-
 uerso. Dilige te qualem te Deus fecit, talem enim di-
 lexit te, odit te qualem tu fecisti te. Sustine suum supe-
 rius, contemne tuum inferius. Ad hoc dilige te ad quod
 te dilexit qui se pro te tradidit. In hoc odi te, in
 quo odisti quod Deus non fecit, qui dilexit te. Hoc
 est quod dixit Tobias a filio suo. Omnibus diebus
 uitæ tuæ semper in mente habeto Deum, & caue
 ne aliquando peccato consentias, & præmittas præ-
 cepta

cepta Dei nostri. Tobie. 4. O uerbum dulcius super mel
 & fauum. Semper in mente habeto Deum. Omnes om-
 ni beato beator, omni felici felicior, quæ habes Deum
 Quid tibi deest? quid tibi accrescere potest? omnia ha-
 bes, quia illum habes qui omnia facit, qui solus te im-
 pler, sine quo omne quod est nihil est. Sæper ergo in me
 te habeto Deum. Ecce quale testamentum Tobias con-
 didit filio suo qualem, ei possessionem dimisit. Semper
 (inquit) in mente &c. Job Non app rehenderetur aurum
 in commutatione eius. Quomodo ergo te habere po-
 tero o Deus? Quid ego ut te habeam dare debeo? Da
 (inquit) te mihi, & ego dabo tibi me. Da mentem,
 & habebis me in mente. Habe omnia tua tibi, tantum
 da mihi mentem. Plenus sum tuis uerbis, non indi-
 geo tuis factis, tantum da mentem mihi. Nota quod di-
 cit semper. Vis Deum semper habere in mente? habe
 semper te coram te. Vbi oculus, ibi rationes, habe sem-
 per oculus in te. Tria pono, mentem, oculum, & t.
 Deus est in mente, Mens in oculo, Oculus in te. Si er-
 go uides te habes Deum in te. Vis semper habere Deum
 in mente? habeto te talem, qualem te fecit. Noli ire
 ad quendam alium. Noli te facere alium ab illo quem
 ipse fecit, & sic semper Deum in mente habebis. Se-
 quitur. [*Non potestis Deo seruire & mammonæ.*] Glos.
 Mammona Syra lingua diuitiæ, quibus seruire, Deum
 negare est. Non dicit habere, quod fieri licet, ut nec be-
 ne dispenset, sed seruire, quod est auari. Dicitur hoc
 nomen Māmona, nomen esse dæmonis qui præest diui-
 tijs non quod in eius ditione sint, sed quod eis utitur ad
 decipiendum irretiendo plagis diuitiarum. Maledicta
 mammona heu quot religiosos excæcauit? quot claustra
 les infatuauit? quot seculares in infernum præcipitauit
 Hoc est stercus hirundinum quod excæcauit oculos To-
 bix uide alibi. Sequitur secundum

*Dico uobis ne solliciti sitis anime uestræ quid manducetis
 &c.*] Hic ponuntur tria notabilia.

Volatilia. Lilia.

Ii 2 Fce q um

Fœnum. Dicit ergo ne solliciti sitis, quia hoc est diuitijs seruire, animæ, idest animalitati uestræ, cui hæc sunt necessaria, scilicet uictus & uestitus, ubi Glosa. In sudore uultus operatur panis, sed labor exercendus est, sollicitudo tollenda, quæ mentem perturbat dū timet ne aut possessa dispereant, aut elaborata non cōtingant. Nonne anima plus est quàm esca? Anima hic ponitur pro uita, quæ cibo sustentatur, ac si diceret, qui dedit maiora, idest uitam & corpus dabit & minora, id est uictum & uestes. In his promissis ueritatis nemo dubitet, sit homo quod debet esse, mox ei addentur omnia propter quæ sunt facta. Sollicitudo mentem perturbat, perturbatam distrahit, distractam diuidit, diuisam diabolus rapit, & sic animam interficit. Vnde super historiam Danielis dicitur quod Cyrus uolens capere ciuitatem Babylonix diuisit Euphratem longe a ciuitate per plures riuos, & alueum qui influebat in ciuitatem. uadabilem fecit, & per ipsum ingressi sunt hostes in ciuitatem sub muro, & interfectus est Balthazar. Ciuitas est anima. Euphrates, hominis mens. Alueus, gratia spiritus sancti. Diabolus ergo uolens animam nostram capere, prius mentem diuidit diuersis sollicitudinibus, quibusdam sub propriæ uecessitatis specie, quibusdam sub fraternæ charitatis prætextu, & dum sic in diuersa diuidit, siccatur alueus compunctionis, quo siccato ciuitas capitur, & ratio interficitur. Dico igitur uobis solliciti sitis. Sequitur. [*Respicite uolatilia &c. usque. Et pater ue. ca. pascit ea.*] Volatilia sunt sancti penna contemplationis in aere suspensi, qui ita a mundo sunt remoti, ut iam in terris nihil agant, nihil laborent sed sola contemplatione iam in cælis degant. Super hoc habes concor. de Tobia & Anna, qui fuerunt quasi duo uolatilia. De Tobia dicitur. Tob. Tobias ex tribu & ciuitate Neptalim, quæ est in superioribus Galilææ supra Naason post uia quæ ducit ad occidentem in sinistro habes ciuitatem Sephet. Tobias interpretatur bonus domino, Neptalim latitudo, Galilæa rota, Naason augurium,

Tob. I.

rium, Sephet lucens uel pulchritudo. Tobias est quilibet iustus, qui bonum quod in se habet non suum sed domini credit esse, dicens cum Psal. Bonitatem fecisti cum seruo tuo domine & Isa. 26. Omnia opera nostra operatus es nobis domine. Iste bonus domino, dicitur esse de tribu & ciuitate. Neptalim. Est enim filius, & ciuis latitudinis, idest charitatis. Psal. Latum mandatum tuum nimis. Christus testamentum condidit filijs suis, Hoc est (inquit) præceptum meum, ut diligatis inuicem &c. quod iustus tanquã filius iure hereditario possidet, & in ipso quasi in ciuitate habitat semper. In hæreditate inquit domini morabor, quia hæreditas mea præclara est mihi. Et ubi est hæc ciuitas? In superioribus inquit Galilææ, supra Naason. Respice uolatile ad superiora uolans. Ego (inquit Christus Ioã. 8.) de superius sum, uos autem de deorsum estis. Quasi rotam circuitis. Rota dicta eo quod ruat. De uitio in uitium & uos ruitis. Ciuitas uero uiri iusti boni domino non inferioribus, sed in superioribus est galilææ, quia mundi rotam superiora quærit, & inferiora relinquit. Huiusmodi ciuitas est supra Naason, quæ superiora auguratur, idest cælestia contemplatur. Ecce quàm egregiè concordant historia cū euāgelio. Augurium dicitur quasi auigarrum uel auigerium, cum quis attendit aues quid garriant uel gerant, Auis dicta ab a quod est sine, & uia, quasi sine uia quia uiam rectam non habent. Vir enim contemplatiuus cum ad superiora uolat, uiam rectam non habet. Contemplatio non est in arbitrio contemplantis, sed in dispositione creatoris, qui cui uult, quando uult, & quomodo uult dulcedinem contemplationis infundit. Vnde Hier. Scio domine, quia non est hominis uia eius, nec uiri ut ambulet & dirigat gressus suos. Et nota quod quædam aues, habent longos pedes, & uolant extensis pedibus ad posterius. Et sunt quædam quæ habent pedes curtos & crura curta, & cum uolant constringunt eos ad uentrem, ut non prohibeant eas uolare, & a uolatu eas breuitas

Hier. 10.

seu curtitas pedum non prohibet. Duo sunt modi contemplatiuorum. Sunt enim quidam qui aliorum curam gerunt, & ipsis se impendunt, & sunt quidam alii qui nec aliorum nec sui curam gerunt, sed a suis necessariis se subtrahunt. Illi longos, isti curtos habent pedes. Illi dum orationi intendunt, in contemplatione uolant, pedes, idest affectus quibus proximi necessitatem sustentant, ad posterius extendunt, ne eorum uolatus impediatur. O frater, cum seruis fratri extende pedes tuos ante te, impende ei te rotum, cum uero intendis Deo, extende ad posterius pedes, ut liber sit tuus uolatus. Posteriorum oblitus, seruitii & beneficii quod impendisti uel impensurus es, imaginationes in oratione depone. Ibi solent enim occurrere, & animum contemplantis impedire ualde. Isti uero qui curtos habent pedes, qui nec alius nec sibi intendunt, pedes ad uentrem, idest affectus breues & curtos ad mentem constringunt, se ad se recoiligunt, ut mens in uno collecta facilius possit auolare, & irreuerberato lumine, in aureo solis splendore mentis oculum figere. Et sic bene dicitur Tobias ex tribu & ciuitate Neptalim, quæ est &c. Sequitur. Post uiam quæ ducit ad occi. in sin. ha. ciui. Sephet. Iustus retro relinquit uiam spatiosamque ducit ad occidentem, idest ad mortem. Vnde Psal. Fiant uie illorum tenebræ, & nulus &c. Pec catorum uia in præsentis est tenebrosa mentis cecitate, lubricosa iniquitatis perpetracione. In morte uero angelus malus erit persequens, & impellens quousque præcipitet in abissum ignis ardentis. Vir iustus habet in sinistro ciuitatem Sephet. idest literæ uel pulchritudinis, quia scientiam falsi nominis sinistram & falsam deputat, & mundanam philosophiam & pulchritudinem damnat. Respice ergo uolatilia. Itæ de Anna, quæ ut eodem libro capitulo tertio dicitur, perrexit in superius cubiculum domus suæ, & tribus diebus & tribus noctibus non manducauit nec bibit, sed in oratione persistens cum lachymis deprecabatur dominum. Ecce Anna quæ interpretatur gratia, quæ si auis pennata ascendit

dit ad superiora, sic uir iustus in superiori cœnaculo mentis suæ orat. Vnde Christus, in monte, Daniel in cœnaculo orat. Heliseus & Helias habent cœnacula, & Christus in cœnaculo pascha celebrat. Tribus diebus &c. In prosperitate & aduersitate ad sanctam trinitatem uir iustus preces porrigit. Nota ordinem uerborum. In cœnaculum superius primo porrexit, non comedit nec bibit, in oratione persistit, lachrymas fudit. Qui uult uolare, debet hoc ordine procedere. Prius enim a terrenis debet animum eleuare, deinde corpus affligere, & in oratione persistere, & lachrymas fundere. Oratio enim ut dicit Glossa, Deum lenit, lachryma cogit, hæc ungit, illa pungit. Respice ergo uolatilia cœli, & attende quam congrue concordet historia præsentis dominicæ introitus. Miserere mei domine &c. Legitur in eodem libro ca. 3. quod Tobias & Anna clamauerunt ad dominum misericordiam postulantes. Tobias sic orare cœpit cum lachrymis, dicens. Iustus es domine, & omnia iudicia tua uera sunt, & omnes uia tuæ misericordia ueritas & iudicium. Et nunc domine memor esto mei. &c. Et nunc domine secundum uoluntatem tuam fac mecum misericordiam. Anna sic. Benedictum est nomen tuum Deus patrum nostrorum, qui cum iratus fueris, misericordiam facis &c. Benedictum nomen tuum in secula. Bene ergo uterque illorum dicit in Introitu. Miserere mei &c. Quomodo autem istis se inuocantibus fuerit suavis & mitis & copiosus in misericordia, patet cum subditur. In illo tempore exauditæ sunt preces amborum, & missus angelus ut &c. Reuertamur ergo ad materiam & dicamus. [Respici-te uolatilia &c.] Nota ista tria. Primo serere. Secundo metere. Tertio, congregare. Dicit Iob. 4. Vidi eos qui operantur iniquitatem, & seminant dolores, & metunt eos flante Deo perisse, & spiritu ire eius esse consumptos. Dolores seminat qui peruersè agit. Metit qui in eis prosperatur. De hoc Osee. Arastis impietatem, in iniquitate mesuistis, comedistis frugem mendacii. Impietatem arat qui in corde machinatur. In iniquitate metit, qui

exequitur opere, quod machinatus fuit in corde. Fruges mendacii comedit, quod corde perpetrata malitia, excusatione prærendit, & de impietate impunitatem sibi permittit. Arauit serpens impietatem, mesluit Eua in iniquitate, comedit mendacii frugem Adam, dicens. Mulier quam dedisti mihi &c. Arat diabolus in sua suggestione. Merit caro in delectatione. Spiritus comedit cum ratio sensualitati consentit. Sequitur. Et eos flante Deo perisse. Cum flamus, aerem ab exteriori trahimus intro, & intus extra reddimus Deus ergo in retributione flare dicitur, qui ab exterioribus causis iudicii consilium incipit, & ab interno consilio exterius sententiam emittit, id est a malis nostris quæ extra uidet, iudicium intus ponit, & ab interno conceptu exterius damnationem facit. O stulti & cæci, quos excæcauit stercus hircinæ, mamonæ dæmonum. [*Respicite uolatilia celi*] cælestia contemplaria, [*quoniam non serunt*] impietatem &c. [*Ideo pater cælestis pascit ea.*] Compunctione lachrymarum, amaritudine gemituum, desiderio æternorum, id est pascit ea dum eis imprimat paupertatem & humilitatem incarnationis suæ, dolorem suæ passionis, gaudium resurrectionis. Pascit ea dulcedine contemplationis, & cælestis uisionis suauitate. Vnde Ioan. Per me si quis introierit, saluabitur. Per me. i. per latus meum læcea apertum, si quis fide passioni & cõpassionis introierit, saluabitur. Sicut colubæ in foramine petreæ a facie accipitris ipsam rapere machinantis. Et sic ingredietur ad circumspectionem, ad discussionem & examinationem sui, & egredietur ad cõsiderandam, cõculcandam, cõtendendam, & fugiendam uanitatem mundi. Vita uiri iusti semper est in his duobus, Cùm ingreditur non inuenit nisi plangendum, cùm egreditur, non inuenit nisi fugiendum. Ingressus est tristitia. Vnde poenitens in Psal. Totæ die contristatus ingredierbar. Quare miseri non contristamur? Certe quia non ingredimur ad cõsiderandam malitiam & miseriam nostram. O si ingrediaris ad te, non inuenias nisi dolorem & tribulationem. Tunc riuus cessaret, lætitia, locum non haberet, mœror & angustia omnem delectationem

tionem sopiret. Ideo Sara filia Raguelis ad se ingressa dicens Tob. Tu scis dñe quia nunquam concupiui uirum, & mundam seruauim animam meam. Item egressus uiri iusti est fuga. Vnde Pla. Elongauim fugiens & mansi in solitudine. Qui igitur sic ingredietur, & egredietur, pascua inueniet. scilicet in latere Christi, dolore sui contemptu mundi. De primo. Deliciae meae cum filio hominis. scilicet pendentes in crucis patibulo &c. O anima his frui delitiis, his delectare. Vnde Isa. 60. Tunc uidebis. scilicet Dei filium pendente in patibulo, & tunc delitiis afflues, lachrymis te perfundes, & mirabitur cor tuum patris benignitatem, qui unigenitum pendente uidebat & non eum deponebat. O pater quomodo te continere potuisti? Quomodo celos non dirupisti? de solio tuo quomodo non descendisti, & tuum filium non liberaisti? In hac admiratione dilatabitur cor tuum ad diligendum patrem, qui dedit filium. Item in dolore cordis & contemptu mundi inueniet pascua. Vnde Iob. 39. de Onagro, id est penitente. Circumspicit motes pasce suæ, quæ sunt altæ contemplationes, internæ reflectiones, quas cum circumspicit dolore & planctu se afficit, & uirentia quæque perquirat. id est despectis transitoria in æternum mansura desiderat. Arentia quippe sunt omnia, quæ temporaliter condita uenturo fine a iocunditate præsentis uitæ quasi æstiuo sole siccantur. Viridia autem uocata quæ nulla temporalitate siccantur Sequitur. *Quis autem uestrum cogitans potest adire &c.* Superius de esca, hic de uestimento. Illi ergo curam tegendi corporis relinquit qui illud ad hanc mensuram fecit peruenire Exhortationem de indumento satis congrue confirmat exemplo. [*Cõsiderate inquit lilia agri quomodo &c.*] Ibi Glos. Quæ purpura regum, quæ pictura texturum potest floribus comparari? Item color dicitur operimentum florum sicut dicimus operuit istum rubor. Salomō qui præ aliis floruit in omni gloria, non fuit coopertus sicut unus ex istis floribus, Non enim potuit se cooperire niueo colore, quemadmodum cooperitur liliū, uel roseo sicut rosa, & sic de aliis. Moraliter. Nota. In liliis tria sunt, scilicet Medicina,

Medicina, Candor, Odor. Primo medicina est radice; candor & odor in flore, & significant pœnitentes spiritu pauperes, membra sua cum uitiis & concupiscentiis crucifigentes qui habent humilitatē in corde, reprimētem tumorem superbiæ. Candorem castitatis & sanctimonix, Odorem bonæ famæ. Isti dicuntur lilia agri, nō deserti, nō horti. In agro duo notantur, soliditas sanctitatis & perfectio charitatis. Ager est mundus, in quo florem permanere quam difficile tā gloriosum est. Florent in deserto eremite qui ab humana cauēt frequentia Florent in horto clauso claustrales, quibus humana cauē custodia. Sed gloriosius est pœnitenti florere in agro. i. in mūdo, ubi facile perit gemina gratia floris. s. spes bonæ conuersationis, & odor bonæ opinionis. Vnde se esse florē campi Christus gloriatur Cant. dicens. Ego flos cāpi, & liliū cōualliū. Sic & beata Maria eius mater quæ in mundo florē non perdidit, pōt gloriari, cū tñ nec reclusa nec monialis fuerit, gloriosius reputans florere in mundo quā in horto uel deserto. Licet ut dicit Augu. hoc tērare periculosus sit, posse tñ felicius. In agro em̄ uel cāpo certamina solent fieri, & in mundo est pugna continua quā ingerunt caro, mundus, dæmonia, in qua soliditatis est necessaria, quæ omnibus periculis debet permanere inconcussa. Quodcunque certamen in cāpū uult exire, prius experiatur posse, an in tā crudeli agone ualeat consistere. Melius est in horto uel deserto florere quā in agro marcescere, longe melius illic stare quā hic succumbere. In eo etiam q̄ lilia agri dicuntur, perfectio charitatis ostenditur, nā se exponunt quasi cuilibet capere uolenti. Omni (inquit dominus) petenti te tribue. tribue. s. bonam uoluntatem si non habes facultatē, sed tribuere utrunque perfectius. [Considerate ergo lilia agri quomodo crescunt, non laborant neque nēt.] Nota ista tria. Ideo iusti crescunt de uirtute in uirtutem, quia non laborant, neque nent, quod est torquere. i. stare. Non laborant ut Aegypti in lateribus id est carnis uoluptatibus, neque nēt. i. diuersa sua cogitationum torquent in tempo-

tēporalibus. Vis crescere, Noli in te laborare, nec in mūdo uiuere, & sic eris pauper. Vnde Iacob. Gene. Crescere me fecit Deus in terra paupertatis meæ. i. in humilitate cordis. Iustus crescit cum in se decrescit. Tūc enim in illo Deus crescit. Vnde Io. baptista. Io. 3. Illum oportet crescere, me autem minui. Vnde. Isa. 60. Erit minimus in mille, & paruulus. in gentem fortissimam. Quod sit cum humilis in oculis suis, in perfectione mentis & operis sublimatur. Psal. Accedet homo ad cor altum. Altum dicitur superius & inferius, ut altum cœlum, altum mare. Cum ergo accedis ad cor altum, id est mentis profunditatem, scilicet humilitatē, tunc Deus in te exaltatur quia facit te exaltari super omnia, in quibus est uanitas & afflictio spiritus. Considerate ergo temporales temporis fugitiui amatores, qui laboratis & onerati estis, qui fila infinita torquetis, quomodo lilia agri crescunt Sequitur.] *Dico uobis quod nec Salomon &c.*] Qui sapientes huius seculi significat, qui in omni gloria sua friuola & transitoria, in omni scientia sua inflatiua, qui in omni eloquentia sua deceptoria non sunt cooperti sicut unus ex istis Christi pauperibus. Isti enim sunt cooperti candore munditiæ, illi rubigine carnalis concupiscentiæ. Istos paupertas & nuditas cooperit, illos abundantia discooperit. Cooperti sunt iniquitate &c. Discooperiti uirtute. Hic uestiuntur, ut alibi denudentur. Vnde subditur de eis. Si fœnum quod hodie est & cras in clibanum &c. Fœnum dictum eo quod flammam mittit, quæ dicitur græce Phos, & significat carnales, quos hodie, id est in hac præsenti uita Deus sic temporalibus uestit, id est uestiri permittit, & cras, id est futuro in clibanum ignis ardentis mittet. Qui ex seipsis nutriunt flammam sese comburentem. Vnde Isa. 50. Omnes uos accendentes ignem &c. Nota ista duo hodie & cras, hodie peccator est, & cras non erit. Hodie uestitur & cras in clibanum mittetur. Vnde. i. Macchab. A uerbis uiri peccatoris ne timueris. Sequitur. Hodie extollitur, & cras non inuenietur, hodie peccator uestitur, & cras in clibanum mittitur.

Gene. 43

Psal. 63

2. Tim. 2

1. Mac. 2

Isai. 9. mittitur. Vnde Isa. Vestimētum mixtum sanguine erit in combustionē & cibus ignis. Anima quæ uestimentū diuitiarū cum sanguine carnalium uoluptatum sibi induit, æterni ignis cibus erit. Si ergo fœnum &c. quasi dicat, si carnalibus ignis æterni filiis Deus ad malum eorum superflua tribuit, quanto magis nobis fidelibus necessaria præstabit? *Nolite ergo solliciti esse dicentes. Quid manducabimus?* Notetur hic Glossa si uis. Sollicitudo si milem facit gentili, id est infideli. Scit enim pater qui bonis filiis uiscera non claudit. Dum patrem audis ne dubites. Dat enim nisi infelicitas nostra hoc auertat. Rogemus ergo &c.

DOMINICA XVI. post Trinitatem.
De filio uiduæ a mortuis excitatur.

Luc. 7.

Ibat Iesus in ciuitatem quæ uocatur Naim &c.
Luc. Vbi duo signabimus, scilicet in Christo affectum clementiæ. per admirabilis, quem probat portæ ciuitatis a propinquatio, ibi, *[Ibat Iesus.]* Sequitur. *[Misericordia motus.]* Secundo affectum potentiæ insuperabilis quem probat filii suscitatio. Ibat ergo hæc euangelium breuiter comprehendit. Cum (inquit) Verbum caro factum gentilem populum per portam fidei ad ciuitatē Hierusalem induceret, ecce populus Iudaicus iunior propter perfidiam defunctus effertur, quem mater ecclesia quasi proprium possidens, multis populorum turbis circumseptis pio affectu plorat, & ad uitam piis reuocare laborat lachrymis. Quod etiam interim in paucis Iudæorum conuersis, & tandem in plenitudine imperat. Loculus quo effertur, est corpus humanum. Portatores, mali mores, qui ipsum corpus ad mortem trahunt. Sed Iesus loculum tangit, cum fragilem naturam in ligno erigit crucis, tunc stant funeris portatores, quia non ualent sicut prius ad mortem trahere, tunc loquitur

tur Iesus, cum monita salutis infundit, quo uerbo auditore languidus ad uitam erigitur, & bonis actibus matri redditur. Considera & attende diligenter quam egregie concordat historia Iudith cum Euangelio. ubi tria sunt notabilia.

Ciuitas Naim.

Filius uiduæ.

Defunctus in ea.

Ciuitas Bethulæ.

Populus in ea afflictus, & quasi mortuus

Iudith ipsa uidua.

Similiter in historia Iudith præsentis dominicæ ponuntur tria specialia. Deus misericordia motus super lachrymis uiduæ resuscitat eius filium, & lachrymis etiam uiduæ Iudith liberat ab hostium obsidione Bethulæ populum. Quid omnia ista moraliter, uideamus. Ciuitas Naim, & ciuitas Bethulæ idem significant. Naim motus uel commotio fluctus, aut fluctuans. Bethulia interpretatur domus dolens, uel domus parturientis in tempore, & significat corpus nostrum, in quo est motio priorum motuum, parturitio gemituum & lachrymarum. De his quatuor differamus. Nota quod in unoquoque nostrum nihil aliud agitur cum ad peccatum quisque dilabitur, quam in paradiso actum est in illis tribus, scilicet serpente, muliere, & uiro. Nam primo fit suggestio, siue per cogitationem, siue per sensus corporis, quæ suggestio cum facta fuerit, quasi iam mulieri persuasum erit. Sed aliquando ratio uiriliter commotam cupiditatem refrenat & compescit, quod fit cum non labimur in peccatum, sed cum aliqua luctatione coronamur. Si autem ratio consentiat, & quod libido faciendum esse comonuerat, decernat, ab omni uita beata tanquam a paradiso expellitur. Homini autem peccatum imputatur, etsi non sequatur factum, quando rea tenetur in consensu cōscientia. Itē de fluctu malarū cogitationum dicit Isa. Impii quasi mare feruens, quod quiescere nō pōt, & redūdāt fluctus eius &c. Cor impij quasi mare feruens tumet superbia, fer-

Isa. 57.

bet

Ps. 114.

uet luxuria, & sic fluctus malarum cogitationum redundant in conculcationem & luctū. Duo mala huiusmodi cogitationes faciunt, conculcant gratiam, & afferunt peccati immunditiam. Item de dolore tribulationum. Psal. Tribulationem & dolorem inueni. Adā eiectus de paradiso, spinas doloris in mēte inuenit, tribulos tribulationis in corpore. Spinās (inquit) & tribulos germinabit tibi Spinā a pungendo dictā, eo quod sint acutæ ut spicæ. Tribulus dicitur a tribulo tribulas: Spinæ doloris pungunt animam, tribuli tribulationum pungunt & tribulāt corpus, & ideo parturit lachrymas & gemitus. Ecce ciuitas Naym. En ciuitas Bethulæ in qua filius unicus morit, & populus affligit. Et filius & populus, hīs animā signāt, q̄ hostiū inuisibiliū rētatione & impugnatione affligit, quibus cū cōsentit, in ipso corpore miserabiliter morit. Dicamus ergo. [*Ecce defunctus effertur filius unicus matris suæ.*] Defunctus dicitur qui compleuit uitæ officia uel uitam finiuit, quia defuncti est ab officio cessare uel finire. Defunctus qui coram multis extra portam effertur, significat criminaliter peccantē, & peccatum non cubiculo cordis regētem, sed indicio corporis uel locutionis quasi per ostia alis sūq̄ ciuitatis pro palantē Porta qua defunctus effertur, est aliquis de sensibus quo quis de peccato in peccatum corruit, & maxime uisus. Porta dicta quia per eam potest portari uel exportari aliquid. Per oculos exportatur anima, ad uidendas mulieres, & falsas delectationes regionis istius, & per ipsos importatur mors ad occidendum uirtutes ipsius. Et nota quod ciuitas Naym, idest corpus nostrum, quatuor habet portas, scilicet orientalem, meridionalē, occidentalem, aquilonarem, per quas anima defuncta effertur. Ne uero efferatur, hæ portæ sunt obfirmandæ, & custodimus muniendæ. Vnde dominus Moyfi Numeri. 2. Singuli per turmas signa atque uexilla & domos cognationum suarum castra metabūtur filij Israel per gyrum tabernaculi foederis. Ad orientem Iudas figet tentoria Ysachar & Zabulon. Ad meridianam plagam Ruben

ben & Symeon & Gadir. Ad occidentalem Effraim & Manasses & Benjamin. Ad Aquilonis partē, Dan, Aser, & Neptalim. Tabernaculum est corpus. Vnde. 2. Petri. Iustum arbitror quamdiu sumus in hoc tabernaculo suscitare uos in commonitionem, certus quod uelox est depositio tabernaculi. i. corporis mei. Quatuor portæ ciuitatis uel quatuor partes huius tabernaculi sunt, uisus, auditus, gustus, & tactus. In oriente, uisus, designatur, quia sicut oriens mundum, sic oculi totum corpus illuminant. Ad quorum custodiam debent poni Iudas, Ysachar, & Zabulon Iudas qui in ingressu maris rubri primus meruit principatum, de cuius tribu fuit David, & Christus, regalis animi significat dignitatem, qui omnem in honesti & illiciti motus reprimat discursum. Ysachar qui merces interpretatur, mercedem æternæ retributionis significat. Zabulon, habitaculum fortitudinis, significat propositum perseverantiæ finalis. De his tribus. Deuter. Latere Zabulon in exitu tuo & Ysachar in tabernaculis. Qui usque ad sui exitus finem in domino perseverat, uere tunc exultat, quia ad æternæ mercedis brauium transmigrat. Si hæc tria animi scilicet dignitas regalis, expectatio æternæ mercedis, & stabilitas perseverantiæ finalis, in unum conueniunt. oculos ab omni uisu illicito defendunt. Animi regalitas in honesta uidere fastidit, expectatio mercedis inuisibilis oculum a uisibilibus subtrahit, propositum perseverantiæ a peccatis, claudit contagionem, quæ cum intrat per oculum, effoeminat animæ propositum. In meridie, auditus designatur. Meridies dictus quasi medidies, idest medius dies, uel quia tunc dies est purior. Meritum enim purum est. Auditus est quasi medius inter uisum & gustum. A longius uideo quàm audio, & magis a remotis audio quàm gusto. Gustare est quasi in positiuo, audire in comparatiuo, uidere in superlatiuo. In auditu igitur debet figere tentoria Ruben, Simeon, & Gad. de Ruben Deuter. Viuat Ruben & non moriatur, & sit parus in numero. In quo humilitas designatur. Esto inquit

2. Pet. 1.

Deut. 33.

Deut. 33

quit ut paruus in oculis tuis. Paruus est magnus in numeris. Symeon interpretatur audiens mærore uel tristitiam. Gad accinctus. Nota quod tria sunt quæ deprauant audium nostrum, scilicet uerba elationis, detractionis & adulationis. Contra uerba superbix sis paruus, idest humilis patiens. Optimum (inquit Phariseus) uincendi genus est patientia. Contra detractores sis audiens mærore uel tristitiam. Vnde Prouerb. Ventus Aquilo dissipat pluuias, & facies tristis linguam detrahentem. Contra adulatorem sis accinctus propriæ iniquitatis recordatione, plus tuæ conscientix credens quam alterius linguæ. In occidente, gustus designatur. Occidens dictus, eo quod diem faciat occidere. Abscondit enim lumen mundo, & tenebras superinducit. Nota quod tribus modis peccamus in lingua, scilicet adulatione, detractione, cibi & potus ultra necessitatem assumptione. Præsentem adulamur, absentem detrahimus, Gulæ uoluptati seruimus. Es ideo occidit nobis sol iustitiæ, & ueniunt super nos tenebræ ignorantix. In hac parte debent figere tentoria Effraim qui interpretatur crescens, Manasses qui interpretatur oblitus, Benjamin, idest filius doloris. Cum aliquem tua laude crescere & attolli cupis, in teipso decrescis. Audi quid Ioseph dixit Genesis. 41. cum ei natus fuit Effraim. Crescere ne fecit Deus in terra paupertatis meæ. Paupertatis inquit, non adulationis. Vis crescere? Deo non homini, creatori non creature, omnem laudem, omnem gloriam redde. Vis a detractione cauere? sis Manasses, idest oblitus omnem cordis rancorem & emulationem dum loqueris de homine absente, nisi in bonum loquaris. Omnem hominem absentem quem non uere & pure diligis, obsecro te frater mi obliuiscere dum loqueris, ut dicere possis illud Genesis quod dixit Ioseph quando Manasses natus est ei, Obliuisci fecit me dominus omnium laborum meorum. Magnus est labor uitam alterius lingua detractionis lædere, malum alienum suum facere, pondus alterius sibi superponere. Sub lingua eius (inquit Psal-

mistis) labor &c. Vnde Hieremias. Extenderunt linguam suam quasi arcum mendacii, & non ueritatis. Nota quod dicit, Extenderunt. Dicitur in naturalibus quod serpens ex astutia extendit linguam in qua habet duo additamenta. Primo mordet dente, deinde uulnere facto illa duo additamenta infigit, & tunc defluit quædam ueneni humiditas in uulnus, & inuenenat hominem. Serpens dictus eo quod serpit, detractorem significat, qui in occulto submurmurat. In huius lingua sunt duo additamenta. Aut enim de eo quem non diligit, mala prædicat, aut si timet quod ei non credatur, ironice laudat. Bonus est (inquit) si tali uitio careat. Dum mordet uitam lingua detractionis, uenenum confundit per uersæ mentis. Item contra gloriæ uoluptatem sis Benjamin, idest filius doloris & amaritudinis, idest passionis Iesu Christi. Vnde Booz Ruth. 2. In lingue buccellam tuam in aceto. In Aquilone significatur tactus. Aquilo dictus est quasi aquas ligans. Iniquitas ligat manus ne extendas eas ad bonos actus. In hac parte debent figere tentoria, Dan qui iudicium interpretatur, Aser, qui diuitiæ, & Neptalim, qui latitudo interpretatur. Notandum quod in tactu manuum peccamus tribus modis, scilicet inhonestæ & turpia tangendo, aliena auferendo, nostra pauperibus non elargiendo. Contra primum fac iudicium de teipso. Contra secundum, sis contentus eo quod iuste habes. Magnæ enim diuitiæ sunt læta paupertas, & sibi sufficere quod habet. Contra tertium, dilata teipsum, extende manum pauperi, ut suscipias duplicia de manu domini. Si talibus seris & custodibus portæ nostri corporis fuerint obfirmatæ, defunctus non effertur per portas ciuitatis Naim. Audi de filio defuncto, audi & de populo Bethulix afflicto. Dicitur Iudith. Dum Holofernes circuiret per girum reperit quod fons qui influebat a parte australi extra ciuitatem dirigeretur, & incidi præcepit aquæductum. Holofernes interpretatur infirmans uitulum saginarum, & significat diabolum, qui huius mundi saginatum

tum uitulum, idest peccatorem temporalibus inebriat. qui infirmatur febre acura luxuriæ, scabie auaritiæ uertigine superbiæ. Diabolus circuit per gyrum querens quem deuoret, & tunc reperit quod fons &c. Fons est spiritus sancti gratia, aquæ ductus mentis deuotio, pars australis fides Christi. Deus (inquit) ab austro ueniet. Ciuitas est anima. Fons ergo gratiæ per dictum aquæ deuotionis influit ab austro dominicæ incarnationis in ciuitatem animæ fidelis, Diabolus uero cum hic reperit mundi sollicitudinem, ductum mentis incidit, & sic anima quæ prius solebat haurire aquas in gaudio de fontibus Saluatoris, siti arida, gratia uacua, in confinio mortis est posita. Vnde hoc iusto Dei iudicio & suo merito sibi considerans euenisset clamat cum populo Bethuliæ, in introitu Missæ. Iustus es domine & cætera. Vnde super hoc Iudith. 7. Factus est fletus & ululatus magnus in ecclesia, magna omnibus, & per multas horas omnes una uoce clamauerunt ad Deum, dicentes Peccauimus domine cum Patribus nostris &c. Ideo Apostolus in Epistola dicit. Obsecro uos ne deficiatis in tribulationibus &c. Hoc enim intendebat Holofernes, idest diabolus, cum populum Bethuliæ tribulabat, ut in tribulationibus deficientes traderent eis ciuitatem. Sequitur secundum.

Et hæc uidua erat, & turba ciuitatis multa illa &c. Julque Dedit illum matri suæ. In Glossa. Prius mouetur, ecce exemplum imitandæ pietatis. Postea suscitatur, in hoc fides astruitur mirandæ potestatis. Super his duobus habes concor. Hester. De primo sic. Cum Assuerus uidisset Hester reginam stantem, placuit eius oculis, & extendit contra eam uirgam auream quam tenebat manu, quod erat signum clementiæ quæ accedens osculata est summitatem uirgæ eius &c. Assuerus interpretatur beatitudo, & significat Iesum qui est beatitudo sanctorum. Hic cum uidet Hester quæ interpretatur abscondita, & significat animam quæ debet abscondi a facie diaboli in fossato latere Christi

Hi

stantem non titubantem in aduersis, non inclinatum terrenis desiderijs, non sedentem in ocio corporis, non iacentem in lecto uoluptatis, tunc placet oculis eius. O bone Iesu beatus qui placet oculis tuis, infelix qui placet oculis suis. Vis placere Deo? Displice tibi. Vnde. Ezech. Displcebunt sibi met super milis quæ fecerant in abominationibus suis &c. Et tunc cum David dicere poteris Psal. Misericordia tua domine ante oculos meos est, & complacui in ueritate tua. Nota quod misericordia domini consistit in duobus, scilicet in incarnatione & passione. Misericordia ergo, idest in carnatio & passio ut oculos nostræ superbiæ humiliet, eam ante mentis nostræ oculos debemus habere. Vnde Prouerb. 3. Ne effluant hæc ab oculis tuis. Et Exod. Erit quasi signum & quasi appensum quid ob recordationem: Sequitur in Psal. Et complacui in ueritate tua. In ueritate tua humiliasti me, quasi dicas, cum ueritatis, idest filij tui humilitatem considero, me ipsum humilio, & sic tibi complacibo. In ueritate tua, idest in cōpletionem promissorum tuorum. Antequam enim dominus promissa sua compleuisset, homo deformatus erat unde sibi complacere non poterat. Sed postquam reformatus est per incarnationem filij Dei, per quam domini promissa impleta sunt, habet in quo sibi complacere. Et quia Iesus Christus hanc reformationem fecit, ideo dicit Ecclesiastici. 24. Ego quasi cypressus in monte Sio. Dicitur in naturalibus quod folium cypressi expellit morpheum, quæ est species lepræ. Sic Christus maculam corruptionis quæ resultabat in speculo nostro, abstulit, ideo audire meruit pro se & suis baptizatis, hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui &c. Bene ergo dicitur quod Hester placuit in oculis Assueri. Sequitur. Et extendit contra eam uirgam auream, Virga aurea est crux passionis, per quam acquisiuit potestatem. Vnde & dixit. Data est mihi potestas in coelo & in terra. Hæc uirgam tunc contra animam extendit, cum accedit, & locum tangit. Ecce concordantia, locus est hominis con-

K k 2 scientia,

Eph. 3.

Hest. 5

Ezech. 6.

Psal. 25.

Exod. 13.

Psal. 25.

scientia, quam cum dominus aurea uirga suæ passionis tangit, idest sui sanguinis ei signa imprimit, suæ ei passionis memoriam infigit, tunc surgit anima confidens de misericordia, & osculatur summitatem uirgæ, quæ est charitas, de qua Apostolus in hodierna epistola. Scire etiam supereminentem scientiæ charitatem Christi, idest quæ supereminet omnem scientiam, & plene sciri nõ potest charitas Christi qua nõs usque in finem dilexit. Fuit enim super omnem scientiam hominũ Deus homo factus, iustus pro impijs mortuus est. Summitatẽ ergo uirgæ anima osculatur, cũ charitati Christi inseparabiliter adiungitur, & tunc potest dicere. Quis me se parabit a charitate Christi? Sequitur. [*Hi autem qui portabant steterunt.*] Nota quod peccator a quatuor elementis, unde constant, portatur. A terra portatur, quando terrena solum cogitat. Psal. Oculos suos statuerunt declinare in terram. Ab aqua portatur, quando luxuriam cogitat, Vnde Genesis dixit Iacob Ruben extensus sicut aqua ne crescas, quare ascendisti, cubile patris tui, & maculasti stratum eius? Dicitur quod dormierat cum Bale, concubina patris sui. Ab ære portat, quãdo omnia pro laude humana facit. Aer plus habet uanitatis quã cætera elementa. Et ideo significat uanã gloriam, quæ tenue & per lucidum est mendacium. Vnde Psal. Mendaces filij hominum in stateris, ut decipiant &c. O peccator quem te ipsum facis? quare te alium hominibus uendis quã trutina in statera ueritatis appendit? Præpondera ergo te secretius, & non te maiorem nobis uendas quã libera æquitatis te appendit. Ab igne portatur, quando ira succenditur. Vnde Psal. Sicut cætera quæ fluit auferentur, supercecidit ignis & non uiderunt solem. Cum ignis iræ in cor peccatoris a Diabolo cadit, tunc sicut cæra in uerba blasphemiarum liquefit, tunc sibi ipsi ipse aufertur, & extra se portatur. Ista quatuor portant animam ad sepeliendum in inferno, sed domino tangente manu suæ misericordiarum & uirga aurea passionis conscientiam peccatoris,

ris, quatuor supradicta coercentur, & mens ad se reuersa Deo uocanti ad uitam occurrit, & responderet obediendo saluatori. Vnde sequitur. [*Adolescens tibi dico surge.*] Nota ista quatuor.

Surge.

Resedit.

Cœpit loqui.

Dedit illum matri suæ.

Hic est rectus ordo redeundi ad uitam. Peccator primo debet surgere a peccato per ipsius abhominationem & detestationem. Secundo debet sedere, idest se humiliare in cordis contritione. Tertio loqui in confessione, & sic dominus restituet eum matri suæ, idest sancti spiritus gratiæ. Super his quatuor habes conector. Hester. De primo sic, scilicet peccati abhominatio- Hester. 13 ne. Nosti domine qui habes omnem scientiam, quia odi uigloriam inimicorum, & detestari cubile incircuncisorum &c. usque, Pannum menstruatæ. Sic anima quæ surgere uult a peccato, debet odire gloriam mundanorum, & detestari cubile incircuncisorum, idest uitiorum, & abhominari uitium superbix & gloriæ transitorix, & illud detestari quasi pannum menstruatæ. Item de secundo, scilicet cordis humilitate contriti. Hester decimoquarto. Confugit ad dominum pauens periculum quod imminebat. Cunque deposuisset uestes regias fletibus &c. deprecabatur dominum Deum Israel. Sic anima pauens periculum mortis eterne quod imminet peccatoribus, debet ad domini misericordiam confugere, & uestes temporalis gloriæ exure, & fletum & luctum suscipere, & pro unguentis uarijs idest delectationibus carnis, cinere, idest memoria fragilitatis, & stercore, idest recordatione propriæ iniquitatis debet caput mæris aspergere, & corpus suum humiliare, & omnia loca in quibus fuit delectata, criminalizatione replere, ut quot in se habuit delectamenta tot de se inueniat holocausta. Item de confessione dicit Mardocheus. Hester decimo tertio. Domine Deus rex e

audi deprecationem meam, & propitius esto forti & fuculo meo, & conuerte luctum in gaudium. Et He-ster. 14. Domine mi rex, qui noster rex es, solus adiua me solitariam &c. Mardocheus interpretatur amara contritio, ex qua procedit uera confessio ueniam impetrans, & luctum poenitentiae conuertens in gaudium gloriae. Et tamquam iter dominus restituit poenitentem gratia, dicitur He. 1. Homo quem rex honorate cupit, debet indui uestibus regis, & imponi super equum qui de sella &c.

Heff. 6.

Nota, quid uestes regiae

Equus de sella regis

Diadema regni

Primus de regis & principibus.

Exec. 16.

significent, uideamus. Vestes dictae eo quod statum praeparant. Rex est Christus, cuius uestes sunt uirtutes, quibus animam induit ad se conuersam. Vnde Ezech. Laui te aqua, & m. san. t. ex te, & v. r. o. & uestiui te discoloribus &c. Sanguis dictus, quod suavis sit, & significat immunditiam luxuriae, quae suavis est homini, & postea os eius implebitur calculo, id est carbone ignito gehenna. Hunc sanguinem emundat & lauat dominus ab anima aqua compunctionis, & ungit oleo paternae consolationis, & uestit discoloribus, id est uariis uirtutibus, & calceat hyacinto, id est aeternorum desiderio, ut calcet super serpentes & scorpiones, & cingit bysso castitatis, & induit subtiibus, id est simplicitate purae intentionis & mentis, & ornatur ornamento honestatis. Anima his uestibus induta super equum, qui de sella regis, est potest ponere. Equus est corpus, sella a sedendo dicta, quasi sedda, est humilitas uel paupertas Christi, in qua ipse sedit cum in cruce se humiliavit. Corpus ergo quod in humilitate & paupertate uiuit, bene dicitur esse de sella regis. Super hunc anima ponitur cum caro spiritui subiicitur, & tunc diadema regis, id est charitatis Dei & proximi coronatur. Et primum de regis principibus &c. Nota quod Deus tres principes homini ut ip-

sum custodiant, constituit, scilicet rationem, intellectum, & memoriam, quorum primus, scilicet ratio, equum debet tenere, ne corpus huc atque illuc discurrat, & per plateas ciuitatis, id est concordiam fraternitatis ipsum debet ducere ne oberraret, dicendo. O Charissimi, sic honoratur quem rex Iesus Christus honorare uoluerit. Quicumque ergo tali honore cupit honorari, necesse est ut primo surgat secundo resideat, tertio loqui incipiat. Et sic cum honore restituetur matri, suae, id est sancti spiritus gratiae, ut postea sit particeps cum honore aeternae gloriae. Huic secundae clausulae concordat secunda particula epistolae. In charitate radicati & fundati ut possitis comprehendere &c. Nota quod ista quatuor concordant illis quatuor supradictis, scilicet Surge, resedit &c. Cum aliquis a peccati surgit angustia, tunc est in mentis latitudine. Psal. Eduxit me in latitudinem &c. Ioannis. de Lazaro suscitato dixit Christus. Soluite eum & sinite abire. Cum quis a peccati foetore surgit, liber abit. Item, in contriti cordis humilitate, est longitudo respiciens praeteritum, praesens, & futurum. Praeteritum ut defleat, Praesens, ut suam miseriam attendat. Futurum, ut sibi caueat. Item in confessione est sublimitas. Sublime dicitur excelsum, quasi supra limen. In limine est ingressus & egressus, in quo significatur uitae nostrae introitus & exitus. In introitu, est miseria. In exitu, angustia. Confessio uero in sublime, id est supra limen posuit latronem, quia ipsum a miseria & angustia liberauit. Vnde audire meruit Hodie mecum eris in paradiso, in quo nulla angustia & miseria, sed omnis gloria erit & laetitia. Item in conuersi peccatoris mentis eius resurrectione est profundum diuinae misericordiae. O profundum diuinae clementiae procul a fundo humanae intelligentiae, quia misericordiae eis non est numerus. Cum omnia Deus (ut dicitur Sapien.) disposuerit numero, pondere, & mensura, suam misericordiam his legibus & terminis noluit includi, im-

Eph. 3.

Psal. 17.

Ioan. 11.

Sap. 11.

mo omnia ipsa inclusit, ipsa circumdedit, ubiq; est misericordia eius etiam in inferno, quia non tantum puniit quantum culpa delinquentis excidit. Misericordia domini (inquit) plena est terra, & nos omnes misericordie eius accepimus. Misericordia domini sum id quod sum, sine qua nihil sum. O domine, si tua subtrahas misericordiam, cado in æternam miseriam. Misericordia tua cœli & terræ est columna, quam si subtraxeris, omnia subuertuntur. Ista quatuor possunt concordari in Euangelio, sed ordine retrogrado. [*Accipit inquit omnes timor.*] Ecce profundum timoris. [*Et magnificabant Deum.*] ecce sublimitas deuotionis. [*Dicentes, quia magnus propheta surrexit in nobis.*] Ecce longitudo temporis acceptabilis. A longe enim idest a sinu patris surrexit, & uenit in plenitudine temporis. [*Et quia deus uisitauit plebem suam.*] ecce latitudo charitatis, qua insignire dignatus est mundum. Tu autem, qui ad instar adolescentis uiduæ, per peccatum mortuus es, ut resurgere ualeas fac, ut habes in Iudith, ibi enim nota, quod descendit in domum suam, & abstulit a se uiduitatis suæ cilicium, & exiit se uestimentis &c. Iudith interpretatur confitens, & significat animam fidelem, quæ confusionem criminis & laudis debet Deo confiteri. Hæc in domum suam descendit, cum ad propriam conscientiam rediens recogitat mala sua in amaritudine animæ suæ. Vnde angelus ad Agar. Gen. Reuertere ad dominam tuam, & humiliare sub manu eius. Agar interpretatur uultur. Hæc est anima, quæ cum egreditur per sensus corporis ad opera carnis, tunc est quasi uultur insidians cadaueribus. Huic dicit angelus, idest gratia sancti spiritus. Reuertere ad dominam tuam intra conscientiam tuam, & sub manu rationis humiliare in amaritudine penitentia. Et abstulit a se cilicium. In cilicio fœtor peccati designatur, quem tunc anima a se aufert cum in propriam conscientiam descendens meditatatur quod commiserit & omiserit. Vnde Psal. Meditatus sum nocte cum corde meo, & exercitabar, & scopebam spiritum

tum meum. Nota ista tria, meditari, exercitari, scopare. Peccator in nocte peccati existens, debet meditari corde suo quod commisit, quid amisit, & quod sibi acquisiuit. Commisit animæ suæ mortem. Amisit gloriam. Acquisiuit gehennam. Et pro his debet se exercitare in contritione & amaritudine cordis, & scopare, idest mundare fœtorem cordis peccati in confessione oris. Et exiit se uestimento uiduitatis. Vestimentum est quod usque ad uestigium prætenditur. Vidua dicta quasi sola & diuisa sit, nec circa consortiū ui conjugale uitam custodiat. Vestimentum uiduitatis est peccatum mortale, quo cum induitur, a uero sponso uidua efficitur, quod tunc exiit cum ipsum & ipsius circumstantias in confessione depōnit. Vnde dominus Baruch. Exue te Hierusalem stola luctus & uexationis tuæ, & indue te decore & honore, quæ a Deo tibi sempiterna est gloria &c. Stola luctus & uexationis est peccatum mortale, in quo est luctus & uexatio. Luctus dicitur eo quod sit humano cordi quasi uulnus uel ulcus, cui sanando consolationes adhibentur. Sicut enim uulnus uel ulcus corpus, sic peccatum uexat animam, cui dicitur. Hierusalem exue te in confessione stola luctus & uexationis tuæ, & indue te decore uirtutum & honore gloriæ, quæ est puritas conscientia, ut ad sempiternam gloriam ualeas peruenire. Et lauit corpus suum, idest opera carnis lachrymis penitentia. Vnde dominus Moyse Exo. Vade ad populum & sanctifica illum hodie & cras, lauentque uestimenta sua, & sint parati in diem tertium. Primus dies est contritio, secundus, confessio, tertius, satisfactio. Hodie ergo & cras, id est in contritione & confessione debemus nos sanctificare, & lachrymis uestimenta, idest opera carnalia lauare, & sic erimus parati in diem tertium, idest ad satisfactionem peragendam. Et unxit se myrrha optima, idest carnis mortificatione, ut occidat uermes concupiscentia. Vnde Ioan. Venit Nicodemus ferens mixturam myrrhæ & aloes quasi libras centum. Acceperunt autem corpus Iesu, & ligauerunt eum.

Baruch.

Exo. 19.

Ioan. 61.

eum lintheis cum aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire. Nicodemus interpretatur includens iudicio, & significat uehementem spiritum contritionis, qui includit sensus corporis sub iudicio discretionis, ne discurrant per prata captiue uoluptatis. Hic fert mixturam myrrhæ & aloes, idest mortificationem mentis & corporis, in qua consistit omnis perfectio hominis, & hoc quasi libras centum. Ioseph interpretatur appositio, & significat confessionem, quæ debet apponi contritionis spiritui. Isti duo sepeliunt uirum iustum in nouæ conuersationis monumento, ligantes eum lintheis bonæ conscientiæ, cum aromatibus bonæ famæ. Sic enim mos est Iudæis, idest uere pœnitentibus sepelire. Sequitur. Et discriminauit crinem capitis sui, idest distinxit sollerti discretionem cogitationes singulas mentis. Vnde

Hier. 15 dominus Hierem. Si separaueris preciosum a uili quasi os meum eris. Preciosus dictus eo quod a uilibus præcicus discerni possit, seu quod rarus sit. Villis a uilla, nullius urbanitatis est. Si ergo separaueris preciosum a uili, idest cogitationem puram ab impura quæ de carne est, quasi os meum eris, qui non terrena sed coelestia loquor. Et imposuit myrrham super caput suum &c. **Eccle. 45** cleric. Coronam auream super caput eius. s. Aaron. De hoc **Exo. 28** ubi dicitur. Facies & laminam de auro purissimo, in qua sculpes opere celatoris sanctum domino &c. Caput est mens, mitra in capite, est stabile propositum boni operis in mente: Lamina aurea super mitram est patientia aurea, in qua sculpsit sanctum scilicet nomen domini Tetragrammaton, idest quatuor litterarum, quæ sunt Ioh, ue, nau, he. Hoc est, principium uitæ passionis iste, quasi dicat. Aaron iste quem esse præfiguratur, est principium uitæ in Adam perditæ. sed passionis, idest passionis sua restaurandæ. genitiuus more graeco ponitur pro ablatiuo. In lamina aureæ patientiæ inscribitur nomen passionis dominicæ, quæ est gloria nostri honoris, & opus nostræ uirtutis. Sequitur. Et induit se uestimentis iocunditatis, quæ sunt opera charitatis.

tatis. Psalm. 111. Iocundus homo qui miserere & commodat &c. Induitque sandalia pedibus suis, idest congressus operum euangelicis muniuit præceptis. Vnde Marc. leguntur apostoli sandalijs calceati. ibi dicit glosa. Calceatus sandalijs ut pes neque rectus sit, neque nudus ad terram, idest neque euangelium occultetur, neque terrenis commodis innitatur. Assumpsitque dextraliola, idest remunerationem dextræ, idest uitæ æternæ. Ioan. Mittite in dextram nauigij &c. In sinistra enim est perdere, quia sinistra dicitur sinens extra. Quicquid pro hoc mundo facis, totum hic finis, idest dimittis, & sic perdis. In dextra est inuenire, eo quod dextra dicitur dans extra. Si pro uita æterna laboras, de interno labore uel uitæ thesauro tibi extra posita datur gratia, per quam possis redire intra. Assumpsit & lilia, idest castitatem & munditiam. De quibus Cantic. Dilectus meus pascitur inter lilia, scilicet duplicis continentia requiescit & delectatur, ut filius uirginis. Et in aures, idest deuotiones obedientiæ. Job. Dederunt ei unusquisque ouem unam, in aurem unam auream. Per ouem innocentiæ, per in aurem, obedientia, idest auditus humilitatis gratia ornatus exprimitur. Nota hoc loco, cum in aure ouis, & cum oue in auris offertur, quia innocuis mentibus ornamentum obedientiæ inungitur, domino attestante. Ioan. 10. Oues meæ uocem meam audiunt. Oues non lupi. Qui prælati uocem non audit, non ouem sed lupum se esse ostendit. Quia uero ipsa obedientia non metu, sed charitate obseruanda est, auream in aurem obtulisse perhibetur. Et annulos, idest signaculum fidei formatæ. Vnde Luca. Date illi annulum in manu eius. Annulus in manu est fides in opere, ut per opera fides clarescat, & per fidem opera confirmantur. Et ornauit se omnibus ornamentis, idest carnis uirtutibus quibus ornatur anima. Psalm. Assitit regina a dextris tuis in uestitu deaurato, circumdata uarietate &c. Hæc omnia oportet illum habere qui cum filio uiduæ suscitatur a domino, & ma-

& matri suæ cælesti Hierusalem restituitur: Rogemus ergo dominum &c.

DOMINICA XVII. post Trinitatem.
De Hydropisia sabbato curata & de humilitate sub magnæ cœnæ exemplo.

Luc. 14.

Mat. 12



Cum intraret Iesus in domum cuiusdam principis &c. Luc. Tria in hoc euangelio pertractantur. Primo Christi ad principem ingressio, ibi. [*Cum intraret.*] Secundo, hydropici curatio, ibi. [*Ecce homo hydropicus.*] Tertio, humilitatis instrum

to, ibi. [*Cum inuitatus fueris ad nuptias.*

Quo ap primum notandum quid:

Princeps.

Pharisæi.

Domus.

Sabbatum.

Panis.

Allegorice, princeps dictus eo quod primum capiat locum sibi uel honorem, significat diabolum, qui primum hominem poma quasi piscem hamo primus cepit. Nota quod qui uult piscem capere hamo, ad minimum tria sunt ei necessaria: Funiculus, esca, & ferrum. In poma tria sunt, odor, color, & sapor. Odor quasi funis ad se trahit. Color quasi esca allicit. Sapor quasi hamus cepit. Tali hamo a principe diabolo captus fuit primus homo. Vnde super hoc habes concordantiam. 1. Mach. ubi dicitur quod Antiochus intrauit in sanctificationem cum superbia, & accepit altare aureum & candelabrum luminis & mensam propositionis, & ornamentum aureum quod erat in facie templi. Antiochus interpretatur silentium pauperis, & significat diabolum, qui primo homini quem tanta gloria depauperauit, mortem siluit, & esse sicent Deum promisit. Hæc est superbia ob quam de cœ-

lo

lo cecidit. In sanctificationem, id est paradysum intrauit. Accepit altare aureum, id est cordis puritatem, in qua offertur thymiana deuotionis. De quo Apoca. Audi (inquit Ioannes) uocem unam ex quatuor cornibus altaris aurei quod est ante oculos Dei. Altare aureum est cor purum, quod habet quatuor cornua, id est quatuor uirtutes principales, ex quibus procedit uox correctionis & confessionis. Tale altare semper est ante oculos Dei, quia in idipsum misericorditer respicit. Vnde Isa. 66. ad quem respiciam nisi ad humilem & quietum &c. Sequitur. Et accepit candelabrum luminis, id est extinxit lumen rationis, de quo Matthæi. Si lumen quod in te est, tenebræ sint, ipsæ tenebræ quantæ erunt? Et mensam propositionis, id est dulcedinem contemplationis, de qua Psal. Parasti in conspectu tuo mensam &c. Et ornamentum aureum, id est charitatem, quæ ornat faciem templi, id est opera cuiuslibet Christiani, qui ut dicit Apostolus, Templum Dei sanctum est &c. Hæc omnia semel diabolus abstulit primo parenti, & quotidie nititur auferre cuilibet homini. Hic dicitur esse princeps, Pharisæorum qui interpretantur diuisi, & significant illos qui a iustis se diuidunt, & conuenticula faciunt. De quibus habes concordantiam. 1. Maccha. 1. In diebus illis exierunt ex Israel uiri iniqui, & suaserunt multis dicentes. Eamus & disponamus testamentum cum gentibus &c. Domus istius principis est mundus, quem ob primi parentis reatum tanquam domum possidebat, in quam Christus intrauit cum carnem nostram accepit. Bene ergo dicitur. [*Cum intraret Iesus in domum sabbato &c.*] Sabbatum est requies. Manducare est dictum quasi manum ducere ad os. Panis dictus eo quod omni cibo præponatur, uel eo quod omne animal eum petat. Dominus intrauit mundum sabbato, id est ut quiescere nos faceret a seruitute diaboli. Vnde de hoc Isa. 14. Et erit in die illa cum requiem dederit tibi dominus a labore tuo, & a concussionem tua, & a seruitute dura qua ante seruisti, sumes parabolam istam cog-

tra

Apo. 9

Mat. 6

Psal. 22

tra regem Babylonis &c. Cum exortum est lumen in tenebris Dei filius Christus Iesus dedit nobis requiem a labore, seruitute, concussione. Dicit Ioannes in canonica sua. *1. Ioã. 2.* Omne quod est in mundo est concupiscentia carnis, ecce labor, & concupiscentia oculorum, idest auaritia, ecce concussio, & superbia uitæ, ecce seruitus diaboli dura. De his tribus dicit pater ad filium Isa. *Isa. 45.* Labor ægypti & negociatio æthiopiæ & Sabaim uiri, sublimes ad te transibunt, & tui erunt &c. usque deprecabuntur. Aegyptus interpretatur tribulatio coangustas, ecce concupiscentia carnis, quæ coangustat & tribulat animam. Aethiopia tenebræ uel caligo. ecce concupiscentia auaritiæ, quæ obtenebrat oculos sapietum. Sabaim, captiui, ecce seruitus dura diaboli. s. sublimitas superbiæ. Contra ista tria dñs apposuit remedia. s. uitæ innocentiam contra carnis laborem: Spiritus paupertatem contra auaritia concussione uel negociationem: Sui sanguinis passionem uel effusionem cōtra superbiæ sublimitatem. Vnde cum dominus in se tibi ostēdit ad imitandum, requiem a labore Aegypti, a concussione uel negociatione æthiopiæ, a seruitute diaboli & sublimitate superbiæ per suæ passionis humilitatem tibi dedit requiem plenius daturus cum hoc mortale induet immortalitatem. Et tunc sumes parabolam contra regem Babylonis, idest carnis famulum, uel mundum, uel diabolum, & dices, quando cessauit exactor. i. carnis tyrannus, qui quotidie exigebat denarium uoluptatis, cōtruit dominus baculum. i. dignitatem impiorum & uirgā idest superbiam dominantium, quæ cedebat populos, subiciebat gentes, persequebatur crudeliter, tunc terra. i. caro nostra cō. quiescit. i. simul cum spiritu quiescet a labore tentationis, silebit a concupiscentia mundanæ uoluptatis, gaudebit & exultabit a seruitute diabolica elationis. Sequitur. [*Manducate Panem.*] Christus manducauit, quia manuum operationis duxit ad os peccatoris. Vnde audi qualiter māducauit. Cēpit inquit (A. S.) Iesus facere, & iterum. Erat potens in opere & ser. Vnde

de dictum est Petro Macta ac manduca. ac si peccatori diceretur, Macta gladio prædicationis, & māduca. i. manum duc ad os, ut quod alijs prædicas tu prius facias. *1. Mac. 5.* Vnde super hoc Macha. Dixit Timotheus principibus exercitus sui, cum appropiauerit Iudas & exercitus eius ad torrentem aquæ, si transferit ad nos prior, non poterimus sustinere &c. Timotheus interpretatur beneficus, & significat diabolum, qui suis delectationibus beneficia quæ sunt ueneficia præstare uidetur. Vnde potius ueneficus quæ beneficus debet appellari. Hic ualde timet ne Iudas. i. prædicator fluuium prædicationis transeat, ut scilicet de ripa uerborum transeat ad ripam operum, quod si fecerit, ipsum Timotheum cum suo exercitu effugabit. Sequitur. [*Panem.*] Panis est uoluntas Dei, quæ præ omni, idest cum omni cibo est ponenda. Vnde dicit Iudas Machabæus. Sicut fuerit uoluntas in cœlis, sic fiat. Omne opus est sterile, cui non apponitur panis uoluntatis diuinæ. Voluntas domini est ut peccator conuertatur, & uiuat. Vnde ipse dicit *Isa. 62.* Terra tua non uocabitur amplius desolata, sed uocaberis uoluntas mea. Cum peccator conuertitur, terra, idest mens eius a gratia inhabitatur, Et sic uoluntas domini quæ est uita, inuenitur. Intrauit ergo Iesus in domum, idest ad hoc uenit in mundum, ut faceret uoluntatem patris &c. Vnde *Ezech. 44.* Sedebit in porta ut comedat panem coram domino, idest humiliabit se in uirgine ad hoc ut faciat uoluntatem patris. Hic est panis quem qui manducauerit, non morietur in æternum. Caro, idest carnis uoluntas non prodest quicquam. Panis uero uoluntas domini confirmat cor hominis. Vnde *Exod. 16.* Vespere comedetis carnes, & mane saturabimini panibus &c. Vespere cum occidit sol gratiæ, peccatores comedunt carnes, idest adimplent carnales uoluptates. Sed & gladius meus (dicit dominus) deuorabit carnes, scilicet eorum, quæ (ut dicitur *Ezech. 21.*) sunt ut carnes asinorum, & fluxus eorum ut fluctus æquorum. Con-

fige (inquit Psa. 118.) timore carnes meas. Sequitur. Et mane saturabimini panibus, scilicet in ortu gratiæ, & cordis cōtritione, in peccati abhominacione saturabimini panibus, idest domini uoluntate, quæ super omnia reficit & satiatur animam poenitentis, & tunc scietis quod ego sum dominus Deus uester. Cum de uespere culpa in mane conuertimur gratiæ, tunc uere scimus quia ipse est dominus Deus noster. Hunc panem omne animal petit. Unde, Fiat uoluntas tua, sicut in cælo & in terra, quasi dicit, sicut fit in iustis sic fiat in peccatoribus. Visti ergo terram & inebria eam, ut non spinas & tribulos, sed granum plenum in spica, idest contritione & cōfessione, quæ pungit, germinet, ut ex eo fiat panis bonæ uoluntatis confirmans cor hominis. Sequitur. [Et ipsi obseruabant eum,] idest insidias intendebant, uel callide aduertebant si sabbatum solueret. Obseruabat peccator iustum. Obseruabant ut eum reprehenderent, non ut eius mandata custodirent. Ecclesiast. Deum time & mandata eius obserua &c. Dicitur in naturalibus quod est quoddam animal paruum, quod uadit ad locum per quem apes intrant, & insufflat fortiter in eos, & expectat quousque aliqua exeat, & cum aliqua illarum uoluerit exire & uolare, deprehendit eam & comedit. Sic superbus callidusque uadit ad locum per quem intrant apes, idest considerat uitam & mores, uerba & opera iustorum, per quæ intrent in regnum Dei, & insufflat, idest laudat uel uituperat. Credit enim eos laude extollere, uel uituperio deicere, & obseruat si quis eorum exeat, idest extra se eat per exaltationem mentis, quia laudauit, uel, in uerbo iræ, quia uituperauit, & tunc statim deprehendit, & uitam eius corrodit. Sicut aurum in fornace, sic homo probatur laudatorum ore. Ignis laudis plumbum & paleam consumit, aurum uero uel argentum splendidius facit. Illata autem iniuria demonstrat & apertum facit qualis quisque apud se lateat. Sequitur.

Et ecce homo quidam hydropicus &c.] ac dimisit. Ibi Gloss.

Gloss. Hydor græce, aqua latine, inde hydropicis morbus aquosus. Proprium est hydropici, quanto plus bibit tanto plus sicit, ideo comparatur ei qui fluxus carnalium uoluptatum exuberans aggrauat. Comparatur etiam diuiti auaro. Aquæ carnalis uoluptatis & mundanæ cupiditatis generant Hydropicis in anima, quæ satiari non potest. Hæ sunt aquæ in quibus cōgesta sunt maledictas, quas qui biberit, computrescit femur eius & uenter. Hæ sunt aquæ Aegypti, quæ uersæ sunt in sanguinem, de quibus Isa. 15. Aquæ Nemrim desertæ erunt, quia aruit herba, defecit gramen, uiror omnis interiit &c. Nemrim interpretatur pardus, bestia ferocissima, quæ citatæ præceps fertur ad sanguinem, & saltim in mortem ruit. Dicitur in naturalibus quod pardus quando comedit uenenum, quærit stercus humanum, & ipsum comedit, & propter hoc ponunt uenatores illud stercus in uale super arborem, & cum ad arborem uenit, saltat ad accipiendum, & sic interficiunt ipsum. Pardus huius mundi superbum uarijs peccatorum maculis respersum significat. Hic ueneno diabolicæ suggestio-nis inflammatu: stercus temporalium quærit ut comedat ipsum, & sibi incorporet. Omnia (inquit Apostolus Philip. 3) reputaui ut stercora &c. Et Ezech. dicit dominus. Stercore quod egreditur de homine panem tuum operies. Panis, idest cogitatio & actio peccatoris cooperta est stercore gulæ & luxuriæ, superbiæ & auaritiæ, quem uiator, idest diabolus, ut facilius capere possit, stercus in arbore ponit. Arbor a robore dicta, est temporalis dignitas, quæ dū firma radice stare creditur a uento mortis diuellitur, & in manum inferni projicitur. Unde Iob. Vidi stultum firma radice, & maledixi &c. In hac arbore statim ponit diabolus stercus, quasi escam, ad quam capiendam cum superbus altat, ut stercus, gulæ, luxuriæ, & huiusmodi etiam penitiæ comedat, a diabolo interficitur. Aquæ ergo Nemrim desertæ erunt. Super hoc. 2. Macc. dicitur Ser. Do. S. Ant. de Pad. U quod

Eccl. ult.

Philip. 3
Ezech. 4

Iob 5

quod Antiochum qui superbia repletus ignem spirabat &c. propter intolerantiam factoris portare nemo poterat. Ecce qualiter aquæ Nemrim desertæ. Tunc herba gloriæ temporalis arefcet, germen filiorum, nepotum, & parentum deficiet, & omnis uiror carnalis delectationis, gulæ, scilicet & luxuriæ, interibit. Hæc aquæ hydropticum generant inflatæ superbiæ, sitim potanti magis augmentant. Dicatur ergo. Homo quidam hydropticus, qui & auarus dicitur eo quod sit audis auri, & nunquam opibus expleatur. Sicut corpus aurea, sic auarus auro impletur. Est enim abyssus carens fundo sufficientiæ. Abyssus gulæ inuocat abyssum luxuriæ. Abyssus epularum inuocat abyssum expensatum, Abyssus pecuniæ inuocat abyssum gehennæ. Vnde iste hydropticus bene potest dicere illud Ionæ. Circudederunt me aquæ usque ad animam meam, abyssus uallauit me, pelagus operuit caput meum &c. In aquis uoluptas carnis, quæ animam tanquam hostem in castro obsessam detinet. In abyssu profunda cupiditas, quæ ipsam animam uallat, ne in libertatem regredi ualeat. In pelago superbia designatur, quæ operit caput, idest mentem ne possit cernere ueritatē. Hæc tria ponuntur in Psal. Saluum me fac Deus quoniam intrauerunt aquæ usque ad animam meam. Ecce primum Infixus sum in limo profundi, & non est substantia. Ecce secundum. Dum infelix substantiam congregat trāsit toriam amittit perpetuam. Bona est (inquit Ecclesiasticus ca. 13) substantia cui non est peccatum in conscientia. Nota ista tria. Infixus sum in limo profundi. Limus dictus eo quod sit lenis. Auarus infixus est, cupiditate, in limo, delectatione, profundi, desperatione. Vnde Salomō

Pro. 18. Prouerb. Impius cum profundum uenerit malorum, cōternit. Vnde desperatio dicitur eo quod deficit spes progrediendi, quia dum quisque peccatum amat, futuram gloriam non sperat. Item uenit in altitudinem maris, & tempestas demersit me. Ecce tertium. Altitudo maris latitudo est superbiæ, in qua est tempestas hominem demergens in abyssum gehennæ. O domine Iesu, extende

ma-

manum, & apprehende istum hydropticum aquis circumdatum, abyssu uollatum, pelago sepultum. Vnde & sequitur. [Et apprehensum sanauit, eum, ac, dimisit.] Nota ista tria.

Apprehendit.

Sanauit,

Dimisit,

Dominus apprehendit peccatorem, cum iniecta manu misericordiæ suæ eum a profundo uitiorum eruit. Vnde Tob. Apprehendit Tobias piscem, & traxit &c. Piscis inanis est peccator magnis peccatis irretitus, quæ, Tobias idest Iesus Christus manu suæ miserationis apprehendit, & extraxit de profundo desperationis, in siccū penitentiæ. Siccum dictum quod sit sine lucco. Succus dictus quod sacco exprimitur. Penitentia est locus siccus, qui ibi succus gulæ & luxuriæ exprimitur sacco penitentiæ de qua Psal. In terra deserta inuia & inaquosa &c. Hunc piscem exenterat dominus, cum gladio sui timoris percurit, & tunc extrahit ab eo iecur, idest amorem luxuriæ, fel amaritudinem penitentiæ, in qua labor & dolor. Quia cum labore acquiritur, cum timore custoditur, cum dolore amittitur. Et ei aufertur amor superbiæ. De iecore Thren. Effusum est iecur meum, quod fit cum in terrenorum amore effunditur a luxuriæ delectatione. De felle Actuum. In felle amaritudinis & obligatione iniquitatis uideo te esse, dicit Petrus Simonio Mago. Qui simonia uel auaritia laborat in amaritudine est mentis in obligatione operis. De corde, Job 15. Quid te eleuat cor tuum, & quasi magna cogitans &c. Sequitur, [Sanauit eum.] Sanat Deus peccatorem, cum ab omni infirmitate peccatorum curat eius animam. Vnde. Sana animam meam quia peccaui tibi Sanus a sanguine dicitur, quia sine pallore est. Vbi sanguis lachrymarum ibi sanitas animarum. Lachrymæ dictæ sunt a laceratione, scilicet mentis, quam cum dolore laceras, sanguis lachrymarum effluit, & genas tuas iniungit, & tunc genæ tuæ sunt rosæ sicut fragmentum mali punici,

LI 2 absque

Ion. 2

Psal. 68.

Tob. 6.

Thr. 2.

Act. 8.

absque eo, scilicet cordis contritione, quæ intrinsicè
 later. Sanus ergo effectus es, uide ne tibi deterius con-
 tingat. De hoc Isa. 38. Audiui (ait dominus Ezechie Re-
 gi) orationem tuam & uidi lachrymam tuam, & ecce
 sanauit te. Ex oratione & lachrymis fit quoddam empla-
 strum, quod expellit animæ morbum. Sequitur. [*Dimi-
 sit eum.*] Dominus peccatorem conuersum tunc dimit-
 tit, cum eum ab omni uinculo culpæ pænæ, & tentatio-
 nis diabolicæ liberum in gaudium finit abire. Soluite
 (inquit Ioan.) eum, & finite abire. Dimitte (in-
 quit) eam, quia clamat post nos. Simile Exo. Tulit
 Sephora acutissimam petram & circumcidit. &c. Et se-
 quitur. [*Dimisit eum.*] Moraliter. Sephora interpretatur
 auis, & significat poenitentem, qui debet esse tanquam
 auis pennatus uirtutibus. Hic petra acutissima, idest cor-
 dis contritione, debet circumcidere præputium filij sui,
 idest superfluitatem operis. Præputium dictum quasi
 ante pudorem, præponitur pro ante. Solet enim
 nos superfluitas impedire ne nostræ iniquitatis tur-
 pitudinem uideamus. Circuncidatur ergo ut pro-
 fluat sanguis lachrymarum tangens & abluens pe-
 des filij nostri, idest operis. Si enim mundus fue-
 rit affectus, idest uoluntas sanctificatus erit effe-
 ctus, idest opus. Post talem circuncisionem di-
 mittit dominus hominem redire liberum ad fratres
 suos, & ad propriam domum claræ conscientie. Sequi-
 tur. [*Et respondens ad illos dixit, cuius uestrum asinus uel bōs
 in puteum cadit, & non extrahet &c.*] Ibi Glossa. Con-
 grue animali quod decidit in puteum, hidropicum cō-
 parat, qui a noxio humore peribat, Nota ista tria.

Asinus.

Bos.

Puteus.

Asinus dictus alta sinens. In posterioribus est fortior
 in anterioribus est uilis, ibi crucem gerit. Asinus est
 luxuriosus, qui alta sanctæ conuersationis deserit,
 & per plana uoluptatis incedit. Iste in operibus

CIU-

crucis & labore spirituali est debilis, sed in reni-
 bus ubi est luxuria, fortis. Item in boue signa-
 tur superbus. Vnde & bos cornupeta dicitur, ui-
 de alibi. Asinus ergo, idest luxuriosus, & Bos, idest di-
 ues & superbus, qui hydropicum significant, in puteum
 cadunt uitiorum, ad quos inde extrahendos necessarij
 sunt ueteres panni. De quibus Hiere. Abde-
 malech tulit ueteres pannos & antiqua uestimenta
 quæ computrauerant, & submisit eas ad Hieremiam
 in lacum per funiculos, & extraxit eum. Veteres panni
 sunt paupertas & humilitas Christi, qui pannis fuit
 inuolutus. Qui bene dicuntur ueteres. Solemus enim
 pannos ueteres alijs dare, paupertatem & humilitatem
 Christi non nobis retinere, non nos induere, sed alijs
 libentius uolumus dare, alijs prædicare. Vnde hodie
 quilibet prædicator nititur alium uestire paupertate &
 humilitate, & utinam ipse nudus non remaneret. Aliū
 uult informare, sed uideat ne ipse deformatus existat.
 Vestimenta putrida sunt exempla sanctorum, quæ bene
 dicuntur putrida quia in fæcibus nostri operis tanquā
 res putrida sunt abiecta & despecta. Vetera alijs da-
 mus, putrida projicimus. O peccator de lacu miserie
 & de luto fæcis nunquam poteris extrahi, nisi panni-
 culis humilitatis & paupertatis Iesu Christi. His
 enim extrahitur bos & asinus de puteo abyssi,
 Huic particulæ concordat secundam particulam
 epistolæ.

[*Solliciti seruare unitatem spiritus in uinculo pacis.*] Nota
 ista tria. Eph. 4

Solliciti.

Unitatem.

In uinculo pacis.

Charissimi, diabolus in cælo disensionis Zizaniā uo-
 luit seminare, & hoc idē in penitentiū cōgregatione niti-
 tur seminare uel facere. Vnde Iob. dicitur. Cū uenissent
 quadā die filii Dei ut assisterent coram domino, affuit
 inter eos & Sathan. Nota singula uerba, Quadam ut

LI 3 ex-

excludatur diuersitas, Die, ut excludatur noctis successio, Cum fili, gratiæ adoptione, Dei, spiritus paupertate, uenissent deuotione, ut assisterent corporis mortificatione coram domino, non coram mundo, affuit inter eos & Sathan, ut discordiæ zizaniam serminaret. Nos ergo fratres simus solliciti non pigri serua non rumpe uniratē spiritus, & hoc cum magna sollicitudine, sicut conchæ marinæ suas seruant sollicite margaritas. Dicitur in naturalibus quod in conchis marinis nascuntur lapides preciosi, scilicet margaritæ, quæ certo anni tempore sitiunt rorem uelut maritum. huius desiderio hiant, & cum maxime descendit lunaris imber, oscitatione quadam hauriunt humorem cupitum. Sic concipiunt & grauidæ fiunt, & si purum fuerit quod acciperint, candidi, sunt orbiculi, si turbidum, aut pallore languent, aut rufo innubilantur colore, ita magis de cælo quam de mari partus habent. Deinde quotiens excipiunt matutini aeris semen uel imbrem uel rorem, fit clarior margarita, quotiens uespere, fit obscurior. quanto magis hauriunt, tanto magis proficit lapidis magnitudo. Si repente micauerit coruscatio, in tempestiuo motu comprimuntur. Cōchis ipsis inest sensus, partus suos timent maculari, cunque flagrantioribus radiis excanduerit dies, ne fuscetur lapides solis calore subsidunt in profundum, & gurgitibus abscondunt ab æstu. Margarita in aqua est mollis, durefcit humo, nunquam duæ si mul reperiuntur. Vnde unio dicitur. Piscantium insidias timent. Vnde est ut inter scopulos delitescant. Gregatim natant, earum agminis dux est certus. Moraliter. Conchæ dictæ a concauitate sunt pœnitentis pauperes, humiles spiritu, qui in concauitate, idest cordis humilitate consistunt. Hi sitiunt rorem uelut maritum. Vnde & dicunt. Sitiuit anima mea ad Deum fontem uiuum. Ros cælestis gratiæ tanquam maritus imprægnat animam proposito boni operis. Huius roris desiderio hiant, idest se aperiunt. Vnde Iob. Radix mea aperta est secus aquas & ros &c. Et cum maxima descendat lunaris

Tob. 29.

ris

ris &c. In quo tria designantur, scilicet. Prosperitas. Aduersitas.

Gratiæ infusio.

In splendore lunæ prosperitas. In nocte aduersitas, & in imbre gratiæ infusio significatur: quæ iusti ardentem cupiunt: & aperto cordis ore hauriunt in splendore prosperitatis & in nocte aduersitatis, ne scilicet prosperitas eleuet, & aduersitas illidat. Vnde Isa. 26. Anima mea desiderauit te in nocte &c. Nā si purum fuerit &c. Nota quod gratiæ infusio duo facit: aut clarificat: aut conturbat. Clarifica mentem contemplandum: & tunc candidæ fiunt margaritæ, idest mentis affectiones uel cogitationes. Vnde de Osee. 14. dominus dicit. Ero quasi ros: & Israel quasi liliū germinabit. Cum ros contemplationis mentem indulcat, Israel idest anima humilis quasi liliū germinabit candidas cogitationes. Item conturbat ad dolendum de peccatis: & tunc color pallidus uel rufus efficitur in margaritis, pallidus in cordis afflictione, rufus in cordis contritione. Vnde Cantic. Nunciate dilecto, quia amore languo. Vnde Poeta. Palleat omnis amans. Psal. 67. Posteriora dorsi eius in pallore auri. Ita magis de cælo quam de mari partus habent. Qui de mari, idest mundo amaro imprægnantur, viperes parturiunt, qui uero de cælo, margaritas emittunt. De illis Lucæ Genimina viperarum quis uobis demonstrat fu. a ven. ira? De istis Cantic. Mandragoræ dederunt odorem &c. Can. Emissiones tuæ paradus. Quotiens excipiunt matutini aeris semen, fit clarior margarita, quotiens uespere &c. Hoc est quod dicit Psal. 29. Ad uesperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. Nota quod triplex est uespera, & triplex matutinū, in quorū quolibet est fletus & lætitia. Prima uespera fuit Adæ culpa, in qua fuit fletus cum de paradiso eiectus audire meruit. In sudore uultus tui uisceris pane tuo. Primum matutinū fuit natiuitas Iesu Christi. Lucæ. 2. Euāgelizo uobis gaudium magnum &c. Secunda uespera fuit mors Christi, in qua fuit fletus. Vnde de Lucæ, 23. Filia Hierusalem nolite flere super me, sed

Ose. 14.

Canti. 5

Luc. 3.

Canti. 6.

Ll 4 &c.

&c. Secundum matutinum fuit ipsis resurrectio, in qua fuit lætitia. Vnde Ioan. 20. Gauisi sunt discipuli uiso domino. Tertia uespera est in morte cuiuslibet hominis, in qua est fletus. Vnde Gene. Mortua est Sarra in ciuitate Arbee, uenitque Abrahā ut plangeret & fleret eam. Tertium matutinum erit sanctis in generali resurrectione, in qua erit lætitia sempiterna (ut dicitur Isa. 35. (super capita eorum. Sequitur. Si repente micauerit coruscatio &c. Coruscatio est diabolo tentatio, quam iusti ualde meruentes, cum ipsam senserit, statim se comprimunt, & portas sensuum claudunt. Vnde Ioā. Cum esset sero die illo una sabbatorum & fores essent clausæ &c. Conchis his est sensus, partus suos timent maculari &c. Sensus est ad animam per corpus cōmeās mentis stimulatō. Iusti partus, idest opera sua timent maculari, & et ideo cum dies mundanæ uanitatis excauerit, idest eis arriserit, statim descendunt in profundum, idest considerant suæ fragilitatis & iniquitatis miseriam & gurgitibus lachrymarum se abscondunt, ne si aliter fecerint, eorum margaritæ fucentur & obnubilentur solis calore, idest dignitatis uel humani fauoris ardore. Margarita in aqua est mens iusti, quæ in aqua uoluptatis mollis efficitur, sed exempta, humo, idest austeritate durefcit. Per austeritatem enim uultus, corrigitur animus delinquentis. Vnde Eccl. Filix (, idest animæ) commissæ sunt tibi, conserua corpus illarum, & non ostendas hilarem faciem tuam ad illas. Nunquam in una concha &c. quia in mente uiri iusti non est, sic, hoc est, est, & non. Si non sint duæ partes, non est distinctio, sed unio dicitur, quia sollicitus seruat unitatem spiritus in uinculo pacis. Piscantium insidias timent, unde inter scopulos delitescunt. Scopulus est saxum eminens, gallice escuel. a speculando dictus mentis humilitatem significant, in qua qui se abscondit dæmonum insidias non metuit. Gregatim natant, in qua spiritus unitatis egregie significatur. Earum agmini dux est certus, in quo obedientia significatur. Prælati sunt dux quem sequimur

Gene. 23

Ioan. 20

Eccl. 7.

quimur, cui obedire ex animo omnes tenemur, ut unitatem spiritus in uinculo pacis conseruare mereamur. Sequitur tertium.

Cum inuitatus fueris ad nuptias, recumbe &c.] Glossa. Cum per gratiam fidei uocatus a pastore, membris ecclesie te iunxeris, non te de meritis gloriando quasi cæteris sis sublimior extollas. Nota quod in hac tertia particula dominus tangit duo, scilicet superbiam, cum In primo loco præmittitur, & humilitatem, cum subiungitur. [*Recumbe in nouissimo loco.*] Magna superbia in nuptiis, idest Iesu Christi ecclesia in primo loco, idest dignitatis excellentia uelle discumbere. Vnde Christus. Amant primas cathedras in Synagogis, qui carebunt secundis. O infelix ambitio, quæ magna nescit ambire. *Matt. 23* Circuit (inquit Bernardus) sedulus explorator repens manibus & pedibus siquo modo se ingerat in patrimonium crucifixi, & nescit quia precium sanguinis est. *Gene. 9.* *mesis dicitur. Carnem cum sanguine non comedetis.* Quod fit cum quis carnaliter uiuendo patrimonium crucifixi in suis abusibus expendit. Et ideo peribit anima eius depopulo Dei. Noli ergo discumbere in primo loco, quia dicit dominus Amos. Ego detestor superbiam *Amos. 6.* Iacob, & domum eius odi. In excelsis, idolis immolatur, & in Nazareth, in loco scilicet humili, dominus cōcipitur. In Hierusalem uero loco eminentiori crucifigitur. [*Ne ergo discumbas in primo loco.*] Gregorius. Nequaquam ualet in culmine humilitatem discere, qui in minimis positus non desinit superbire. Tu qui dignitatis culmen affectas, tuæ gratiæ exitum, tuæ famæ dispēdium, tui corporis periculum inquiris, quia quanto gradus altior, tanto casus grauior. Summæ est dementiæ tantis periculis se obucere. Non ergo discumbas in primo loco, quia postea incipies nouissimum locum cum rubore tenere. Super hoc primi Macchabeorum septimo & nono dicitur quod Alchimus qui data pecunia primum honoris principatum emerat, percussus est. &c. Alchimus interpretatur fermentum magni consilii, & significat

significat simoniacum, qui fermento pecuniæ (In cuius consilium non ueniat anima mea, quia consilium impiorum peribit) corrumpit animas columbas uendendum. Hic quia in ecclesiasticæ dignitatis loco non uocatus a Deo tanquam Aaron uult discumbere, ideo cū Alchimo paralytico paralyti percussus, inconfessus, & intestatus, & magno tormento mortuus nouissimum & uilissimum locum inferni, qui primus & gloriosus uoluit hic apparere, cum rubore incipiet tenere. Recumbe ergo frater in nouissimo loco, ut audire merearis.

Pro. 18.

Amice, ascende superius. Dicit. Philosophus. Redige te ad parua ne cadas. Quia dicitur Prouerbiorum. Qui altam facit domum suam, quærit ruinam. Recumbe ergo in nouissimo loco. Nouissimus locus mortis est memoria, in qua qui recumbit, in primo loco discumbere non appetit. Vnde Hieronymus. Facile contemnit omnia qui se semper cogitat moriturum. In hoc loco o frater fac tibi locum, ibi discumbe a longe conspiciens, & salutans cælestem Hierusalem cuius artifex & conditor Deus, & confitens, quia peregrinus & hospes es super terram, & sic recumbe in nouissimo loco nulli te præferens, indigniorem te cæteris reputa [*Et tunc audies. Amice ascende superius*]

Pro. 4.
3. Reg. 20

Ex humilitate amicum te cognoscit, qui ex præsumptione te postposuit. Amicus dicitur animi custos. Humilitas est custos uirtutum, quæ qui habet, animum suum custodit ne sibi fugiat, quod nihil fugacius. Omni (inquit Prouerbiorum) custodia serua cor tuum. Tertii Regum, dicitur. Custodi mihi uirum istum, qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima eius, aut talentum argenti appendes &c. Nota historiam. Quicumque ad religionem uenimus, ad præliandum contra malignos spiritus egressi sumus. In quo prælio uir unus, idest animus noster fugit nos, sed gratia Dei adducit animum nostrum ad nos, qui nos redire facit ad ipsum, & unicuique nostrum dicit. Custodi uirum istum, qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima eius, aut talentum &c. Ecce quid com-

mina-

minatur dominus. Notabile uerbum Poetæ. Labitur exiguo quod partum est tempore longo. Hieremias Threnorum. Lapsa est in lacum uita mea. Heu quotiens animus meus, a quo uita procedit, labitur in lacum miseræ, & in lutum fecis? Dicitur ergo, Erit anima tua pro anima, idest uita eius, aut talentum argenti appendes. Heu domine Deus animam habeo, talentum idest uitæ puritatem in statera tuæ examinis appendere non ualeo, ergo ne animam meam appendas pro isto dilapso. Vere domine iudicia tua iusta, quia dignus sum suspendi, qui tuum depositum, cor meum, idest uitam meam non custodiui, & ideo dignus uita priuari. Sequitur. Cum turbatus huc atque illuc me uerterem, subito non comparuit. Ecce qualiter dilabitur animus.

Nota ista duo

Turbatus, &

Verterem.

Turbatus dicitur quia si terræ mixtus. Nec mirum si animus tuus dilabitur, cum tu es turbatus, idest terrenis immixtus. Vis ergo animum custodire? esto in tranquillitate conscientie. Et attende quam proprie dicit. Cumque huc & illuc me uerterem. Cum huc, idest ad carnem, uel illuc, idest mundum, te uertis animum perdis. Non ergo ad dexteram uel sinistram est uertendum, sed uia regia gradiendum, ut semper te habeas ante, ne huc, idest istius, uel illuc, idest illius uitam uel mores dijudices, nemini detrahas. Subito (inquit) non apparuit. Quocumque te præterquam ad Deum uel ad te uertis, subito animus non comparet. Noli ergo te uerte, sed habe faciem euntis in Hierusalem, ut ipsa ascendet super cor tuum, quod cum custodieris, amicus Dei efficieris. Dicit ergo dominus. Amice &c. qui in nouissimo loco discumbit superius ascendit. Et tunc erit tibi gloria &c. Vnde transies ministrabit illis & faciet eos discumbere. Nota etiam in e pistola, ista Quinque Dominus, Deus, pater, filius, & baptisma. Quicumque uult audire,

audire, Amice ascende superius attendat domini potentiam, ut timeat, Dei sapientiam, ut sapiat, patris misericordiam, ut confidat, fidei excellentiam, ut temporalia despiciat, baptismatis uirtutem, ut fortis in bello consistat. Rogemus ergo &c.

DOMINICA. XVIII. post Trinitatem.
De Christi æterna, ac temporali generatione.

Matth. 22 *Luc. 20* *2. Mac. 1* **C**ongregatis Pharisæis interrogauit eos Iesus, dicens. Quid uobis uidetur de Christo. Matth. Dicitur. Machab. Tempus affuit, quo sol refulsit, qui prius erat in nubilo &c. Nota, in anno sunt quatuor tempora scilicet hyems, uer, æstas, & autumnus.

Hyems consumit.

Ver plantat & inserit.

Æstas metit & triturat.

Autumnus uin demiat.

Rom. 5. Hyems fuit ab Adam usque ad Moysen, quo tempore omnia fuerunt consumpta. Vnde Apostolus Roma. Regnauit mors ab Adam usque ad Moysen. Ver a Moysen usque ad Christum, quo tempore lex fuit inserta & plantata, in qua tantum flores fructum promittentes apparuerunt. Æstas fuit incarnatio Christi, quo tempore ipse sol qui prius erat in nubilo, idest in sinu patris, nobis refulsit. In hoc tempore fuit messio triturationis. Ecce (inquit dominus Ioã.) leuate oculos uestris & uidete regiones, quia albæ sunt iam ad messem, & qui metit &c. Et tunc sequitur autumnus, in quo acinis proiectis in sterquilinum inferni, uinum defæctatum reponeretur in cellarium cælestis regni. Sed prius necesse est ut præcedat tribulationis triturationis, quia per calicem peruenitur ad maiestatem. Vbi ergo uenit

uenit plenitudo temporis, quo sol qui prius erat in nubilo nobis absconditus, refulsit in regione & umbra mortis sedentibus, ignis accensus est magnus, de quo dicit dominus, Ignem ueni mittere in terram, & quid uolo nisi ut ardeat &c. Luc. Et attende quod in terram non alio se dicit ignem mittere, & bene. Venerat enim contraria contrarijs curare. Nota quod in igne sunt tria scilicet

Calor.

Splendor.

Leuitas.

In terra sunt tria

Frigiditas.

Obscuritas.

Ponderositas.

Et ista tria sunt opposita primis tribus. Ignis est amor Dei, in quo sunt tria, scilicet calor humilitatis, splendor castitatis, leuitas paupertatis. In terra, idest terrenis sunt tria, scilicet frigiditas superbiam, obscuritas luxuriam, ponderositas auaritiam. Venit ergo ignem mittere in terram, quia opponit calorem humilitatis frigiditati uel gelicidio superbiam. Psal. Emittet uerbum suum & liquefaciet ea uerbum, scilicet. Discite a me quia mitis sum, & humilis corde &c. liquefaciet ea, scilicet corda superbiorum. Splendorem castitatis obscuritati luxuriam. Actu. 12. Angelus domini afficit, & lumen refulsit in habitaculo carceris, percussio &c. In angelo qui natura uirgo est, gratia castitatis significatur, cuius lumen illustrat habitaculum carceris, idest cor peccatoris tenebris luxuriam excæcati. Carcer dictus mundus, quo & arceris. Luxuriosus enim a se arceret quicquid luxuriam extinguere potest. Sed cum angelus percutit eius latus læcea timoris, ut ab ipso educat humorem libidinis, tunc excitat a somno mortis, & admonet ut surgat per contritionem, uelocius per confessionem, & tunc catenarum consuetudinis cadunt de manibus, idest operibus. Item opponit leuitatem paupertati, ponderositati auaritiam. Vnde Matth. Si uis perfectus esse, uade, & uende, &c. ut

Hic

Hieremi. 2. Curfor leuis explicans uias suas. Curfor, id est pauper spiritu currens cum gigante geminae substantiae. Quanto pondere se alleuiat, qui nihil habere amat, & ideo uias suas explicat. Ignem ergo ueni mittere &c. Et ideo mirabile est in oculis nostris. De isto sole uel igne dicitur in euangelio hodierno. *Quid uobis uidetur &c.* Vbi duo notanda. Primum est de Dei & proximi dilectione, in quo charitatis excellentia. Secundum, est de Christi generatione, uel emanatione, & eminentia. De primo habetur in illo sermone, Beati oculique uidet quae uos uidetis, quaeratur ibi. In secundo nostrae fidei excellentia concluditur, ut scilicet dominum Iesum Christum uerum Deum & uerum hominem ad dexteram patris sedere credamus, confitentes ipsum dominum & filium, Dauid. Dominum, in eo quod omnia & ipsum Dauid fecit, filium, in eo quod factus est ex semine Dauid secundum carnem. Non reprehenduntur Iudaei quod Dauid filium dicunt, sed quia Dei filium non credunt. Quibus dicit ipse filius. [*Quis modo Dauid in spiritu sancto*] (non in corde suo) [*uocat eum dominum dicens. Dixit dominus.*] id est pater, domino meo, id est filio. Illud dicere est (ut ibi dicit Glossa) aequalem sibi filium generare, Domino, non secundum quod de eo natus est, sed secundum quod de patre semper fuerit. [*Sed a dextris meis,*] id est in potentioribus bonis, [*donec*] (finitum pro infinito ponitur) [*ponam inimicos tuos,*] id est inobedientes, [*scabellum pedum tuorum,*] id est subiciam tibi uolentes & nolentes. Qui a patre inimici subiciuntur, non infirmitatem filij, sed naturae unitatem significat, quia in altero alter operatur. Nam & filius subicit inimicos patri, quia patrem clarificat super terram [*Si ego Dauid eum uocat dominum, quomodo filius eius est?*] quasi dicat Vos putatis Christum futurum purum hominem, ergo quomodo dominus erat Dauid? Mentitus est ergo Dauid. Potius enim parentes sunt & dicuntur domini filiorum, quam filij parentes. Ergo Iudaicae prauitatis perfidiam exercentes confiteantur cum Petro, dicentes. Tu es Christus filius Dei

Luc. 8

Dei uiui qui (ut dicitur Abacuch) Egressus est in salutem populi sui. Nota introitum Missae, & historiam. [*Quid uobis uidetur de Christo cuius filius est Dicunt ei, Dauid.*] Dicitur primi Machabaeorum. Ornauerunt faciem templi coronis aureis, & uedicaerunt altare domino. Templum a contemplatione, uel quasi testum amplum est dictum. Dicit Apostolus. 1. Cor. 3. Templum Dei sanctum est quod estis uos. Nos Dei templum & sancti sumus, si illa tria, scilicet.

Contemplantes,

Testum, &

amplum sumus.

Contemplantes quo ad Deum per temporalium renunciatione. Vnde Apostolus. 2. Cor. 4. Contemplantibus nobis non quae uidentur, sed quae non uidentur. Testum quo ad nos per carnis mortificationem. Vnde Matth. 24. Qui in testamento est, non descendat aliquid tollere de domo sua. Ibi Glossa. Qui excedit carnem animo, non redeat ad aliquos actus pristinae conuersationis. Hoc est nullo affectu inclinatur ad carnem. amplum quo ad proximum per ipsius compassionem. Amplius dictus, quasi in utraque parte plus. Vtrique parti, id est contemplationi dei & compassioni proximi, plus deberes impedire quam carni tuae. Si tale templum fuerimus, uere sancti erimus. Ornauerunt ergo faciem templi. Facies dicta eo quod faciat homini notitiam, opera nostra significat. De quibus dominus Matth. septimo. A fructibus eorum cognoscetis eos. Corona aurea in facie templi, est intentio pura in opere nostro. Ornauerunt ergo nostra opera coronis aureis purae intentionis cum ueris Machabaeis, non sibi cum meretrice Iezabele, de qua quarto Regum nono dicitur, Depinxit oculos suos sibi, & ornauit caput suum, & respexit per fenestram. Nota ista tria. Iezabel interpretatur sterquilinum. Sterquilinum, id est locus plenus stercore, dictum quod stercore liniatur, id est inficiatur, significat hypocritam, qui stercore uanae gloriae liniatur, & ideo

Abac. 3.

1. Mac. 4

1. Cor. 3.

2. Cor. 4.

ideo ad ipsum muscæ morientes quæ perdunt suauitatem odoris concurrunt. Stribium est idem quod cæruffa uel cæruleus color quo mulieres faciem ornant, & significat laudē populi, qua hypocrita oculos suos depinxit. Cum enim a populo lau datur, oculi eius rident, facies hilarescit. Caput ornat cum sua bona laudat, & sic respicit per fenestram ut uideat & uideatur. Spectatum uenit, uenit ut spectetur & ipse. Non ornamento sibi, sed coronis aureis ornemus obsecro faciem templi. Sequitur. Et dedicauerunt altare dño. Dedicare. dicitur Deo dare. Altare dictū alta ara, est cor nostrū, qđ debet esse altū per amorem, ara per contritionē, & sic ipsum dedicabimus, idest deo dabimus qui dicit Prou. 23. Fili præbe mihi cor tuum. Qui ergo Deo dat cor suum, uere Christus est, idest gratia iniunctus, & filius Dauid. Vnde. *Quid nobis uidetur de Christo, cuius filius est. Dicunt ei, Dauid.* Super his duobus nota aliqua moraliter. Christuma de balsamo fit & oleo. Balsamus (ut Plinius scribit) ē arbor uitæ similis, & ut uitæ sustentatur, duobus cubitis eminet, perpetua coma est insignis, uitro uel cultellis ofseis inciditur, quia ferri tactus noxius est, & sine mora moritur. Eximii odoris stillas emittit. Præcipua gratia deberur lachrymę, secunda semini, tertia cortici, minima ligno. Iuuetutē conseruat, putredinem arceat. Eius gutta cum melle admixta adulteratur, sic probatur esse sine melle, si cum lacte coagulato sole pure ardente manu sustineri non potest uel sustentari. Moraliter. Arbor balsami est uita uiri iusti, quæ est & debet esse similis uitæ, & ut uitæ sustentari. Vitis enim circumfoditur & paxillis sustentatur. Sic iustus uitam suam fodit sarculo compunctionis, & amputat falce confessionis, sustentat paxillis satisfactionis. De primo Lucæ. Fodiam circa illam, & mittam stercora. De secundo, Cantic. 2. Tempus putationis aduenit, uox turturis, idest confessionis poenitentis audita est in terra nostra. Paxillus dicitur modicus palus, in quo humilitas satisfactionis designatur, qua uita iusti sustentatur, de quo Isai. 22. Fl-

gam

gam illum paxillum in loco fideli. Hic in loco fideli figuratur, cum in sancta ecclesia uita iusti in humilitate conseruatur. Duobus cubitis eminet. Duo cubiti sunt duo præcepta charitatis, quibus uita iusti eleuatur a terrenis. De primo cubito scilicet Dei charitate, Gen. dicit dominus ad Noe. Fenestram in arca facies, & in cubito consummabis eam. Arca dicta eo quod arceat aurem uel uisum, est iustitia, qui se arceat ab omni uitio. Fenestra quæ dicitur quasi ferens extra, est mentis deuotio, per quæ egreditur & ingreditur columba, idest anima. Egreditur inquam ad contemplandum Deum. Ingreditur ad considerandum seipsam. Fenestram ergo in arca est in uita iusti deuotio, quæ in cubito, idest Dei charitate consummatur. Beati (inquit Ioannes Apocayphis.) qui in domino moriuntur. Et Actuum septimo. Stephanus obdormiuit in domino. De secundo cubito, scilicet charitate proximi, præceptum fuit Moyli ut fossa unius cubiti si eret in altari. Fossa hæc est cōpassio Christi in mente iusti. Perpetua coma balsami, iusti perseuerantiã significat, de qua Iob decimoquarto. Lignum si præcisum fuerit, habet spem, rursum reuirescit &c. Ad odorem aquæ germinabit, & faciet comam. quasi cum primum plātatum est. Odor dictus est ab aere. Quid enim est odor nisi aer attractus? Odor est infusio gratiæ, quæ cum attrahis, boni operis germen emittis, & sic comam perseuerantiæ facis. Vitro aut cultellis ofseis inciditur, quia ferri tactus noxius est, sine mora moritur. In uitro æternæ beatitudinis perspicuitas designatur. Vnde Apoc. Ciuitas Hierusalem erat aurum mundum, simile uitro mūdo. In uitro quilibet liquor qualis continetur talis exterius ostenditur. In auro ergo & in uitro accipimus in superna patria sanctorum societate qui beatitudinis claritate fulgebunt, & uniuscuiusque mentē ab alterius oculis mēbrorū corpulentia non abscondet. Qui enim claritatem Dei uident, nihil in creatura agitur quod uidere non possunt. In ossibus sanctorū exēpla designatur, quæ nostrā sustentat fra-

Ser. Do. S. Ant. de Pad. Mm gili-

gilitatē, sicut ossa carnē. Arbor ergo balsami uitro aut cultellis ossis inciditur, cū uita uel mens iusti æternę claritatis desiderio, uel sanctorū exēplo, ad cōpūctiōnē aperitur. Sed si cōtactu ferri, i. mortalis peccati percuitur, statim moritur, quia anima quę peccauerit, ipsa morietur. Eximij odoris fillas emittit. Eximius dicitur qđ sit ualde eminēs, in quo sanctę uitę odor circūfusus designatur. Vnde Apostolus secundę Corinthiorum Christi bonus odor sumus Deo in omni loco. Et Eccl. Quasi balsamū aromatizās odorē dedi. Vel quasi balsamū nō mixtum odor meus. Odor uitę hypocritę balsamū est mixtum, i. corruptum, quia sanctitas apparet exterius, sed iniquitas interius latet. Odor uero iusti, est balsamū non mixtum, quia puritas conscientię concordat odorī bonę samę Sequitur. Pręcipua gratia debetur lachrymę, secūda semini & c. Nota illa quatuor. In lachryma balsami, suauitas contēplationis. In semine, uerbū prędicationis. In cortice, asperitas pœnitentię. In ligno, hoc corpus mortale designatur. De primo, Iudicium. dicitur *Iudic. 1.* Axa sedēs super asinā fleuit pro irriguo superiori. Quod fit quando anima carnem reprimens suauitatem contēplationis intendit cum deuotione mentis. De secūdo, Lucę Exijt qui seminat seminare semen suū, De tertio sic. Correx est dictus quasi coriū regens, & pœnitentię asperitas tegit peccata. Vnde Psal. Beati quorum recta sunt peccata. De quarto, Iob. 14. Lignum habet spem si incisum & c. Homo habet & habere debet spem quod lignum, idest corpus eius postquā mortis securi pręcisum fuerit, rursum in generali resurrectione uirescit. Huic ligno minima gratia est, & quasi nulla cura tāquā feruo inutili debetur. Cortici uero pœnitentię magna gratia, quia magna operatur. Semini uero prędicationis maior, quia per ipsam uenit ad corticem. Lachrymę uero contēplationis maxima & pręcipua debetur gratia, quia maxima & pręcipua suauitas habetur in ipsa. Uentem cōseruat. Suauitas uitę contēplatiuę animā cōseruat in iuueture gratię. Vnde. Renouabit ut

aquilę

aquilę iuuetus. Putredinē arcet. Mēs enim quę illa suauitate iniūgitur, imputribilis a peccati cōsensu cōseruatur. Vnde ecōuerso dominus Hier. Putrescere faciā superbiam Iuda, & superbiam Hierusalē. i. clericorū & laicorū. Eius gutta cū melle mixta adulteratur & c. Quia quodā adulterio cōtēplationis suauitas corrūpitur, si ei mel tēporaliū admiscetur. Dicitur in naturalibus quod generatur aranea in fauis mellis & corrūpitur illud qđ est in fauis & in alucarib. apū nascūtur uermes parui, & efficiūtur eis alę paruę & uolāt. Aranea dicta eo qđ in arca fila net. In dulcedine tēporali generatur aranea. i. uenosa superbia, quę in æra fila extēdit, quia ambulat in mirabilibus super se, & nascūtur uermes. i. gula & luxuria, quę faciūt hominē uolare ad cōcupiscētiā alienā. Nō est ergo mirū si taliū admixtione adulteratur balsamū uitę cōtēplatiuę, uel purę cōsciētię. Ex cōuictu formatur mores. Vnaquę cōspecta liuorē ducit ab uua. In hoc probatur te esse sine melle transitorię, dulcedinis si admixto lacte dominicę incarnationis coagulatus. i. cōfritus fueris spiritu paupertatis. Panis inqt Augustinus, Angelorum, factus est lac paruulorū, ut ipso nutrirētur paruuli. Sole ardēte manu & c. Balsamum in manu est puritas cōsciētię in opere, qui cum sol feruens domū amoris illuminat, & accēdit mētē iusti, calefit. Scđo oīs operatio & omnis uirtus deficit. Vnde Dan. Vidi uisionē gradē, & nō remāsit in me fortitudo, sed & species mea immutata est & c. Cū sol iustitię cōiūgitur balsamo purę cōsciētię, nulla cōfidētia remanet de proprio robore. Istud est balsamū super aurū & topazion preciosum. Utinā ueniret regina Sabba, & daret nobis saltē unam paruulā radicē balsami, ex qua plātaremus nobis uineā balsamicā. Refert Iosephus qđ regina Sabba cum uenit audire sapiētiā Salomonis, dedit ei radicē balsami, unde propagatę uineę Engaddi balsamicę. Ex tali ergo balsamo cū misericordię oleo adiūcto efficitur chrisma, qua ungitur iustus, & efficitur Christus & David filius, de quo hic dicit. [Quid nobis uidetur de Christo? & c.] Di-

M m cunt

cunt ei, David. Vere unctus chrismate, & balsamo & oleo contecto unctus est dei filius. David manu fortis, aspectu desiderabilis. Pugil cū aduersario pugnaturus solet capite inungi. Sic iustus balsamo & oleo iupradicto inungitur, ut manu fortis, idest opere efficiatur, & sic delictat inimicum, idest diabolum. Et ita erit in presenti filius David, idest fortitudinis, & postmodum in futuro filius gloriæ, in qua erit decorus aspectu, quia facie ad faciem aspiciet in quem angeli desiderant prospicere. Ad cuius &c.

DOMINICA XIX. post Trinitatem.
De Animæ paralyfi, & Paralytici
curatione.



Mat. 9.
ar. 2
sc. 9.

Ascendens Iesus in nauiculā transiit &c.]
Matthæi. tria de Christo hic sunt signanda. Primo, in nauiculam figuralem ingressus, ibi. *[Ascendit Iesus in nauiculam.]* Secundo, paralytici curandi processus, ibi. *[Offerrebant ei paralyticum.]* Tertio, curati profectus, ibi. Surge, tolle lectum. Quo ad primū uide dominica quarta post Epiphaniam. Sequitur secundum.
Ait Paralytico surge &c.] Nota ista tria.
Surge.
Tolle.
Vade.

Paralyticus surgit, quando peccator uitia in quibus iacuerat, deserit. Vnde super hoc. i. Macch. Surrexit Mathias, & ascendit in montem Modin, et habebat filios quinque, qui sunt Iudas, Simon, Ionathas, Ioanna, et Eleazarus. Mathias interpretatur donum Dei, et significat penitentem, qui dono Dei a peccato resurgit, et in montem Modin, qui interpretatur iudicium, ascendit. Dicit Augustinus. Ascende tribunal mentis tuæ, sic ratio iudicans, conscientia accusans, timor carnis, dolor crucians,

crucians, locum testium obtineant opera. Hic est mons Modin, in quo qui sedet, uere a peccato surrexit. Huic Mathathie, idest penitenti sunt quinque filii, scilicet Iudas, idest confitens, Simon obediens, Ionathas, columba, Ioanna, gratia, Eleazarus Dei auxilium interpretatur. Huiusmodi penitentis sunt filii, cui datur donum Dei, ex quo hæc omnia procedunt.

Iudas mundat.

Simon ædificat.

Ionathas renouat.

Ioanna ornat.

Eleazarus protegit & conseruat.

Iudas templum mundat, quia confessio mentem a uitiis purgat. Vnde dicitur Iudicū primo. Consuluerunt filii Israel dominum, dicentes. Quis ascendet ante nos contra Chananeum, & erit dux belli? dixitque dominus. Iudas ascendet &c. Chananeus interpretatur. Zelotypus, & significat diabolum, qui animam peccatorie quasi Zelotypus ardentem diligit, & ne ad Christum conuertatur, astute satagit. Contra hunc penitens in confessione debet ascendere, & eum de terra mentis suæ extirpare, & ipsam a uitiis purgare. Simon ædificat, quia ad hoc obedientia laborat ut ædificium boni operis in altum crescat. Vnde de eo dixit ibidem Mathias. Ecce Simon frater uester scio quod uir consilii est, quia propriam uoluntatem quæ est uia ad infernum, docet mortificare, & alterius uoluntatem quæ est uia ad cælum, implere. De cuius ædificio dicit Grego. Obedientia sola est uirtus quæ alias uirtutes sibi interit, inferasque custodit. Ionathas sancta non desinit renouare, quia columbina simplicitate ædificauit quod calliditas antiqui hostis quotidie destruit, & in primo homine destruxit. Vnde Genesis. Venit columba in uespere ad Noe ad arcam portans ramiu oliuæ &c. Columba dicta quasi colens lumbos, est simplicitas & puritas, quia lumbos tunc colit cum luxuriam restringit. Hæc columba ad Noe, idest penitentem, ita

Mm 3 arca

arcā. i. in ipsius mētem uenit, & hoc est in uespera. i. quā do iā sol mundanæ prosperitatis & calor cōcupiscētiæ carnalis in ipso tepuit, & tunc ramum portat oliuæ uirentibus folijs. In ramo, mentis constantia. In oliua serena hilaritas conscientia. In uirentibus folijs, uerba designantur salutifera. Hæc omnia columba portat, cū simplicitas ad mentem pœnitentiæ uenit, & sic Ionathas innouat quod perierat. Item Ioanna faciem templi coronis aureis ornat, quia spiritus sancti gratia pura intentione opera nostra decorat. Vnde Isa. 61. Induit me uestimento salutis, & indumento iustitiæ circumdedit me &c. Dominus pœnitentem ueste salutis induit in contritione, & indumento iustitiæ circumdat in confessione, & quasi sponsam decoris corona ornat in operis satisfactione, quæ debet procedere ex mentis puritate. Sed quia est omnia nihil proficiunt nisi adsit Dei auxilium adiungitur quintus frater Eleazarus. Dei enim auxilio augmentatur, augmentata, conseruantur, cōseruata, pœnitentem conseruant, & uitæ æternæ præfermijs ornāt. Ergo dicat dominus. [*Surge tolle grabatum &c.*] Glossa Lectum tollere est carnem a carnalibus desiderijs ad uoluntatem spiritus attollere, ut quod fuit testimonium infirmitatis, fit probatio sanitatis. [*Tolle ergo lectum tuum,*] idest carnem per continentiam spem cœlestium a terrenis segrega. Super hoc. 2. Reg. dicitur. Percussit Dauid Philistijm, & humiliauit eos, & tulit frænum tributi de manu &c. Sequitur. Factusque est Moab seruiens sub tributo. Ad literam sic intellige. Percussit Dauid Philistijm & abstulit frænum, idest potestatem tributi quam habebant in Israel, de manu eorum, & percussit Moab, & mensus est eos funiculo, idest cui uoluit dedit hæreditatem, cœquans eos terræ, idest ualde humilians. Et mensus est duos funiculos, unum ad occidendum, & unum ad uiuificandum, idest ad arbitrium suum quos uoluit, occidit, & quos uoluit, reseruauit. Moraliter. Philistei interpretantur porione cadentes, & significant corporis sanctus, qui potione mun-


2. Re. 8

mundanæ uanitatis inebriati cadūt in foueā peccati. Dicuntur etiam duplex ruina, quia se & animam ruere faciunt. Vnde de hac ruina dicit dominus Matth. *Matth. 7* Qui audit uerba mea, & non facit ea, similis erit uiro stulto qui ædificauit domum, idest conuersationem suam super arenam, idest amorem temporalium, & descendit pluuia diabolicæ suggestionis, & uenerunt flumina concupiscentiæ carnalis, & flauerunt uenti mundanæ prosperitatis uel aduersitatis, & irruerunt in domum illam, & cecidit, quia fundata erat super araneam. Arena dicitur quasi arida, temporalia enim ab humore gratiæ sunt arida. Et ita fuit ruina eius magna. Dauid Phylisteos percurit & humiliat cum pœnitens sensus corporis percutit in carnis mortificatione, & humiliat in suæ recordatione humilitatis. Et tunc aufert frænum tributi, idest gulae & luxuriæ concupiscentiam, qua prius sensus carnis ipsum solebant infrænare, ne propter frænum fœnum dominicæ incarnationis in præsepio posset manducare sed tantum aquam terrenæ uoluptatis bibere. Equus enim infrenatus non comedere, sed bibere potest. Vnde de hoc tributo deplorat Hierem. Threnorum. *Thr. 1.* Princeps prouinciarum facta est sub tributo. Anima quondam princeps prouinciarum, idest quinque sensuum, facta est sub tributo carnalis concupiscentiæ. Sed Dauid de manu, idest de potestate eorum, aufert frænum tributi, cum tollit grabatum suum, carnem suam cum uitis & concupiscentijs crucifigens. Vnde sequitur. Et percussit Moab &c. Moab interpretatur ex patre, & significat motum carnis, quem a patribus nostris contrahimus. Istum Moab quocumque conuergit, statim debemus percutere, idest reprimere, & funiculo, idest asperitate pœnitentiæ (sub mensura tamen discretionis) debemus terræ cœquare, idest humiliare uel ut æqualiter pœna abundet culpæ. Metiri etiam debemus duos funiculos, idest duo genera compunctionis, Vnum quod est pro pecca-

M m 4 tis

tis, & hoc ad occidendum, scilicet ad mortu, carnis mortificandum, & unum quod est pro desiderio gloriæ, & hoc est ad uiuificandum spiritum nostrum. Vnde sequitur in Euangelio. [*Et uade in domum tuam.*] In domum suam ire, est in paradysum, quæ propria domus hominis fuit, redire, uel ad internam sui custodiam ne iterum peccet. [*Et surrexit & abiit in domum suam.*] Glos. Magna uirtus, ut sine mora paralyticum salus comiteretur. Vnde merito qui aderant relictis blasphemijs stupentes ad laudem conuertuntur tantæ maiestatis. Vnde & sequitur [*Videntes autem turbæ timuerunt & glorificauerunt.*] Vnde in Introitu dicitur. Omnia quæ fecisti in. v. i. f. q. pec. tibi. et m. r. non obed. Ecce hic aperte habes quod paralyticus propter peccata suatali infirmitate percussus fuit, de qua curari non potuit nisi prius dimissa fuissent ei omnia. Ergo quæ facit Deus, credere debemus quia iusto iudicio faciat, & peccatis nostris imputare, & cum turbis glorificare debemus dominum, & ei dare gloriam. Ad quam &c.

DOMINICA XX. post Trinitatem.
De tribus Nuptijs, & triplici templo.

Mat. 22
Mac. 4
 *Imile est regnum cælorum homini regni quifecit nuptias filio suo.* [*Matth. Dicitur. primo Macchab. Intulerunt candelabrum & altare incensorum & mensam in templum. Nota triplex est templum, scilicet*
Uterus uirginalis.
Anima fidelis.
Hierusalem cælestis.

3. Reg. 6
In quorum quolibet sunt candelabrum, altare incensorum, & mensa. De utero uirginalis templo dicitur. 3. Reg. Salomon ædificauit templum ex tribus, scilicet marmore, cedro, & auro. In marmore, beatæ marie uirginitas. In cedro quæ serpentes odore suo fugat, humilitas. In au

ro, eius paupertas designatur. Marmor uirginitatis uertitur & cõseruat & ornatur cedro humilitatis, quia superba uirgo non est uirgo, & ideo beata Maria quasi uirginitatis oblita humilitatẽ præterendit, dicens. Ecce ancilla domini. Et ita ut cedrus humiliatur. Decoratur auro paupertatis. Solet enim ex diuitiarum adipe procedere iniquitas superbiæ. In hoc templũ fuerunt illa candelabrum altare, incensorum, & mensa. Sicut in diuinitate tres sunt personæ & una substantia, & sic in Christi humanitate tres sunt substantiæ & una persona. Iesus Christus est Deus, & homo, quia ex anima & carne consistit. In candelabro, diuinitas, in altari incensorum, ipsius anima, in mensa, ipsius caro significatur, quæ fuit plena omni odore uirtutum. Ex carne reficitur & satiamur in altaris sacramento. Benedictum est & gloriosum istud templum, quod candelabro æterni luminis illuminatur, altari incensi odoriferum redditur, mensa propositio nis satiatur. Itẽ de secundo templo quod est anima, Apostolus. 1. Corinth. Templum Dei sanctum est quod estis uos. In hoc templum debemus inferre candelabrum charitatis, altare incensorum, idest deuotionẽ mentis, mensam propositio nis, idest uerbum sanctæ prædicationis. De candelabro dicitur Exod. ubi loquitur dominus ad Moysen, dicens. Facies candelabrum ductile de auro mundissimo, scyphos & sphaera. ac lilia ex ipso procedentia. Sex calami egredientur de lateribus &c. Ductile dicitur eo quod malleo producat. Candelabrum charitatis percutitur malleo tribulationis, ut ipsa producta crescat non in se sed in mente hominis. Vnde Augustinus super epistolam Io. Perfecta charitas est hæc, ut quis paratus sit etiam pro fratribus mori. Sed nunquid mox ut nascitur? cum fuerit nata nutritur, cū fuerit nutrita roboratur, cū roborata, proficitur cum ad perfectionem uenerit, dicit. Cupio dissolui & esse cum Christo. Hic aperte progressus & perfecta charitas insinuat. Fuit etiam candelabrum charitatis de auro mundissimo. Nullius enim uitæ recipit

1. Cor. 3

Exod. 25

recipit admixtionem, quæ sicut aurum cæteris metallis, sic præeminet cæteris uirtutibus. Ex isto candelabro debent procedere

Scyphi.

Sphæraulæ

Lilia.

In scypho qui sua concauitate infusa retinet, & pro pinat, designatur humilitas cum compunctione mentis. Concauitas enim infusorum est receptiua, tumor uero infusa repellit. In sphærule uero quæ circumuoluitur, sollicitudo erga proximi necessitatem. In liliis, munditia castitatis. Tu ergo qui charitatem habes, habeto scyphos, quo ad Deum, Sphæraulæ, quo ad proximum, & Lilia, quo ad teipsum. Nota etiam quod candelabrum habet sex ramos, idest charitatis sex brachia, tria a dextris, & tria a sinistris, quibus amplectitur Deum & proximum. Tria quibus amplectitur Deum, sunt

Peccatorum abhominatio.

Temporalium conculcatio.

Cœlestium contemplatio.

Psa. 118 De primo, *Psal.* Iniquitatem odio habui, & abom.
Phili. 3. &c. De secundo, *Apostolus Philip.* Omnia reputaui tanquã stercora, ut Christum lucrifacerem. De tertio, idem, *2. Corinth. 4.* Non contemplantibus nobis quæ uidentur, sed quæ non uidentur. Itẽ tria brachia quibus amplectitur proximum, sunt

Delinquenti parcere.

Errantem corrigere.

Esurientem reficere.

De primo. *Lucæ 23.* Dimitte eis quia nesciunt quid faciunt. De secundo. *Iacobi 5.* Qui conuerti fecerit peccatorem a uia sue errore, saluabit animã eius a morte, & operiet multitudinem peccatorum. De tertio. *Rom. 12.* Si esuriet inimicus tuus, ciba illum &c. Si tali candelabro, altare deuotionis, & mensa sanctæ prædicationis in animam fuerint illata, uere tunc erit templum sanctum, in quo habitat Deus. Item de templo cœlestis. Hierusalem,

lem. *Psal. 5.* Introibo in domum tuam scilicet ecclesiam militantem, adorabo ad templum sanctum tuum, scilicet triumphantem, & in utroque confitebor nomini tuo. Vnde dicitur *Danie.* Ingressus est Daniel domum suam, & fenestris apertis in cœnaculo suo contra Hierusalem tribus temporibus flectebat genua sua, & adorabat, confitebarur quæ coram domino. In hoc templo est candelabrum luminis. Vnde *Apoc. 21.* Claritas dei illuminat eam, & lucerna eius est agnus. Ibi est altare incensorum. Vnde ibidem dicitur. Venit angelus & stetit ante altare habens thuribulum &c. Hoc est quod dicit *Raphael, Tob.* Quando orabas cum lachrymis, & sepeliebas mortuos, & dereliquisti prandium tuum, ego obtuli orationem tuam domino. Est etiam ibi mensa. Vnde *Luc. 22.* Ego dispono uobis sicut disposuit mihi pater, ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo. Cum hoc triplici templo, triplices nuptias uolumus concordare. De quibus in euangelio hodierno dicitur. [*Simile est regnum celorum &c.*] Vbi tria consideranda. Primo, disiuكتورum coniunctio, quod facit nexus nuptialis, ibi. [*Fecit nuptias filio suo.*] Et sub isto continetur ferculorum præparatio, & cibandorum uocatio, & uocatorum deprecatio. Secundo, interfectorum punitio, quod facit uis imperialis, quia rex mandauit interficere homicidas illos, & hic continetur bonorum & malorum introductio, ibi. Iratus autem rex &c. Tertio, peccatorum damnatio, quod probat tenebra æternalis, ibi. [*Ligatis manibus & pedibus &c.*] Quo ad primum, nota quod tres sunt nuptiæ, scilicet

Vniõnis

Iustificationis.

Glorificationis.

Primæ celebratæ fuerunt in templo uteri beatæ uirginis. Secundæ quotide celebrantur in templo animæ fidelis. Tertie celebrantur in templo gloriæ cœlestis. In nuptiis solent duæ personæ conuenire, scilicet sponsus & sponsa. Solent duæ partes discordes per bonum matrimonium

Dani. 6.

Thob. 12.

monium concordia uniri, cum scilicet unus ex illa parte, accipit coniugem ex ista. Inter nos & Deum magna erat discordia, ad quam expellendam & pacem reformandam necesse fuit ut Dei filius de nostra parentela acciperet sponsam. Ad quod negotium peragendum multi internuncii & intercessores accesserunt, & precibus astiterunt, & nix impetrare ualuerunt. Tandem consensit pater, & misit filium suum, qui in thalamo beatæ uirginis sibi nostram naturam uniuert, & tunc pater fecit nuptias filio suo. Vnde super hoc Ioannes Damascenus. Post consensum beatæ uirginis spiritus sanctus præuenit in ipsam secundum uerbum Dei quod dixit angelus purgans ipsam, & potentiam diuinitatis uerbi receptiuam præparans, simul autem & generationem. Et tunc obumbravit ipsam Dei altissimi per se sapientia & uirtus receptiua existens filius dei patris, homo id est consubstantialis, sicut diuinum semen, & copulauit sibi ipsi & sanctissimis & purissimis ipsius uirginis sanguinibus, nostræ antiquæ conspersiois carnem animatam anima rationali & intellectuali uel intelligentia non seminans, sed spiritu sancto creans. Item secundæ nuptiæ celebrantur cum adueniente spiritus sancti gratia peccatrix conuertitur anima. Vnde Osee. Vadam, & reuertar ad uirum meum priorem, quia tunc bene mihi erat. Et sequitur. Vocabit me uir meus &c. usque. Dormire eorum faciam fiducialiter. Vita enim animæ est spiritus sancti gratia, qua ipsam ad penitentiam uocante interna inspiratione, totius uitii inutilis est uocatio. Vnde addit. Non uocabit me ultra Baalim, qui interpretatur superior aut deuoratur, & significat uitium superbiz, quod superior esse appetit, & uitium gulæ & luxuriæ, quæ omnia deuorant. Quorum nomina auferat de ore penitentis. Recedant uetera de ore nostro, ut non tantum peccatum, sed & circumstantias peccati & imaginationes de corde & ore deponat. Et in die illa, idest gratiæ infusione qua anima illuminatur, percutit foedus eius, idest reconciliatur, peccatoribus, scilicet

Cum

Cum bestia agri, idest auaris prædonibus & raptoribus.

Cum uolucris cæli, idest superbi.

Cum reptili terræ, idest gulosis & luxuriosis

Et tunc conterit de terra, idest mente peccatoris arcum diabolicæ suggestionis gladium fulgentem mundanæ prosperitatis, & bellum carnis, & sic eos fiducialiter facit dormire, & fiducialiter nuptias celebrare, quasi sint sponsus cum sponsa in thalamo conscientiæ puræ. Tertiæ nuptiæ celebrabuntur in die iudicij adueniente sponso Iesu Christo. De quo Matthei.

Ecce sponsus uenit, exite obviam ei. Accipite ad se ipsum sanctam ecclesiam sponsam suam, de quo Apocalip. Veni, ostendam tibi nouam sponsam uxorem agni, & ostendit mihi ciuitatem sanctam Hierusalem &c. Ecclesia fidelium a Deo de cælo descendit, quia a Deo accepit ut eius conuersatio sit in cælis. Vbi modo fide & spe uiuit, ubi paulo post cum sponso suo nuptias celebrabit, de quibus Apocalypsis. Beati qui ad cœnam nuptiarum agni uocati sunt. De his tribus nuptijs Osee. Sponsabo te mihi in sempiternum, ecce nuptiæ glorificationis. Vnde Isai. quinquagesimo primo. Lætitia sempiterna super capita eorum, gaudium &c. Et sponsabo te mihi in iudicio & iustitia & misericordia & miserationibus, ecce nuptiæ iustificationis. In iudicio enim confessionis qua se anima tota coram confessore accusat & iudicat, & iustitia satisfactionis qua ipse iustitiam exercet, sponsat sibi dominus animam in misericordia, scilicet peccata dimittendo, & miserationibus gratiam infundendo, & finaliter conseruando. Et sponsabo te mihi in fide. Ecce nuptiæ unionis, in fide enim beatæ uirginis quæ angelo credidit, nostram naturam sponsa uir. Dicamus ergo. Simile factum est regnum cælorum homini Regi qui fecit nuptias filio suo, idest per incarnationis mysterium ecclesiam filio suo copulauit, Sequitur.

Mat. 25.

Apoc. 21

Apoc. 19.

Osee. 2.

Prou. 9

It misit seruos uocare inuitatos &c. usque uenite ad nuptias.]
 Hæc dicit Salomon Prouerb. Sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas septem, immolauit uictimas suas, miscuit uinum & proposuit mensam suam, misit ancillas suas ut uocarent ad arcem & ad mœnia ciuitatis. Sapientia Dei filius ædificauit sibi domum suæ humanitatis in utero beatæ uirginis, quæ domus fuit suffultra septem columnis, idest septiformis gratiæ donis. Idem est, *[Fecit nuptias filio suo]* immolauit uictimas suas, miscuit uinum, & proposuit mensam. Hoc illud est. *[Ecce prandium meum parauit &c.]* Misit ancillas suas, hoc est, Misit seruos suos. Et nota quod dominus uocat & inuitat peccatores ad tres suprædictas nuptias, quæ in arce & mœnibus ciuitatis designantur. In arce humilitas incarnationis dominicæ. In mœnibus, idest in puris operâ pœnitentiæ, per quæ quis ascendit ad ciuitatem cœlestis gloriæ. Vocat inquam per prædicatores, qui sunt ancillæ, propter curam sollicitam quam gerunt circa animas sicut ancilla circa dominam suam. Psal. 122. Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ, & serui propter humilitatem. Luc. 17. Serui inutiles sumus, fecimus quod facere debuimus. Ad istas tres nuptias referuntur quæ ponuntur in euangelio, & in Prouerb. scilicet *[Ecce prandium meum parauit.]* in nuptiis unionis. Vnde ibi Glos. Prandiū est paratum, scilicet mysterium incarnationis impletū. Ad quod ut inuitati auidius conuenirent, immolauit uictimas, Victima apud ueteres dicitur sacrificium post uictoriam, uel quia uincta ad aras ducebatur. Victimæ fuerunt Apostoli & eorum sequaces, qui corpora sua tradiderunt ad supplicia, ut ad dominicæ incarnationis nuptias populos conuocarent. Vnde de eis dicit Moyses in fine Deuterio. Populos ad montem uocabunt, & ibi immolabunt uictimas iustitiæ. Ad montem, idest ad fidem dominicæ incarnationis, Apostoli populos uocauerunt, & ibi, idest pro ipsa fide dilatanda seipos uictimas iustitiæ, ut de iniustis iustos facerent, immolarunt. Iustus (inquit Apostolus Hebræ. ex fide

Heb. 10.

ex fide uiuit. *[Item tauri mei occisi sunt.]* in nuptiis iustificationis, idest pœnitentiæ. Tauri occiduntur cum superbi peccatores in pœnitentiâ mortificati humiliantur, qui tunc sunt domini, cum non sunt sui. Suus est qui sua & non quæ Iesu Christi quærit. Vnde Ioa. Sui eum non receperunt. Dum taurina ceruix est erecta, dum oculi sunt torui ira, suus est homo, sed cum ceruix in luctū redigitur, idest superbia in sui uilitatis recordatione humiliatur, & pœnitentiæ mortificatione occiditur, tunc non suus, sed eius est qui eum emit. In his nuptiis sapientia miscet uinum, cum carnis & mundi gaudium temperat amaritudine lachrymarum. Vnde Isa. 24. Amara est potio bibentibus illam. Potio mundani gaudii dum lachrymis pœnitentiæ miscetur, amara est bibentibus id est pœnitentibus. Item, *[Altilia mea occisa sunt, & omnia parata sunt in nuptiis gloriæ cœlestis.]* Altilia dicuntur ab alendo, & significant uiros perfectos interna charitate, qui penna contemplationis superna petunt. Hi dicuntur occisi, quia per mortem carnis iam in requie sunt positi. In his nuptiis sapientia mensam proponit. Vnde dictum est superius. Ut edatis super mensam &c. Ad harum trium nuptiarum conuiuium pauci aut nulli sunt qui ueniant. Paupertatem enim & humilitatem dominicæ incarnationis abhorrent, asperitatem pœnitentiæ formidant, cœlestis mensæ conuiuium non desiderant, temporalibus ardentem inhærent. Sequitur. *[Illi autem neglexerunt, & abierunt, alius in uillam &c.]* Ibi Glos. In uillam ire, est terreno labori immoderate insistere. Negotiari uero, terrenis lucris inhiare, uide alibi. Homo quidam fecit cœnam. Sequitur. *[Reliqui uero tenuerunt seruos suos & contumelijs affectos occiderunt.]* Vnde super hoc uide. 2. Machabæorum, ubi fit mentio de septem fratribus una cum matre ab Antiocho morte terribili occisis, & de Eleazaro, qui (ut ibi dicitur) gloriosam mortem magis quam odibilem uitam amplectentes uoluntarie præibat ad supplicium. Sequitur. *[Rex autem cum audisset iratus est &c.]* Ibi Glos. Supra ut homo inuitabat & opera

Ioan. I.

Luc. 22.

2. Mac. 7

operamifericordie, & clemētiagebat, nūc in miseratio-
ne Rex dicitur tantū. Psal. Misericordia & ueritas prece-
dent faciem tuam. In primo aduentu fuit misericordia.
In secundo erit iudicii ueritas. Vnde Christus dicitur
apis, habens mel misericordie & aculeum iustitie. Vn-
Mal. 3. de Malach. Ipse quasi ignis conflans, & quasi herba ful-
lonum. Berith. est herba fullonis, de hac herba panes
faciunt quos herbaricos uocant, & siccant illos, habent
que pro Sapone, quo uestes dealbant. Christus est in
presenti quasi herba fullonis, quia sua misericordia de-
albat animas a peccatis, sed in futuro erit impiis quasi
ignis conflans & inuoluens in fornace inferni. Vnde se-
quitur. Missis exercitibus &c. Ibi. Gloss. Missis exerciti-
bus, idest angelis, per quos exercebit iudicium in pecca-
tores, & ciuitatem perdet. i. carnē cū qua habitauerunt,
cū anima in gehēna cremabit, ut qui in utroque pecca-
uerūt in utroque iuste puniantur. Sequitur. *[Tunc ait rex
ministris & seruis. Nuptie quidem paratæ sunt &c.]* Audi
quid comminatur dominus eis. Zachari. 14. Erat ruina
qua percussit dominus omnes gentes quæ non ascen-
derint ad celebrandam festiuitatem tabernaculorum.
Nota quod tria sunt tabernacula, quæ tribus nuptiis
concordant. Primum tabernaculum dominicæ in-
carnationis, de quo Isa. 4. Tabernaculum erit in umbra
culum diei ab æstu, & in securitatem, & absconsonem
a turbine & pluuia. Dei filius cum accepit ex beata uir-
gine corpus, in quo quasi in tabernaculo peregrinus &
hospes fuit, tunc quasi umbraculum contra æstum diei
idest mundanæ prosperitatis nobis facit. Vnde Psal.
Psa. 139 Obumbrasti super caput meum in die belli, idest mun-
danæ prosperitatis, qui ualde impugnat Christi paupe-
res. Qui dominicæ paupertatis obumbraculo caret, sol-
æstuat super caput eius, & moritur. Vnde Iudith octa-
uo, Vir eius Manasses, qui mortuus est in diebus mes-
sis hordeaceæ. Instabat enim super alligates manipulos
in campo, & uenit æstus super caput eius, & mortuus
est. Et quarti Regum quarto de filio Sunamitis, qui di-
xit.

xit. Caput meū doleo, &c. Manasses interpretatur obli-
tus, & significat cupidum & auarum, qui dominicæ
paupertatis oblitus dum manipulos diuitiarum & bo-
norum in campo colligeret, idest in latitudinem tem-
poralium ligare nititur, æstus mundanæ prosperitatis
super caput, idest mentem eius uenit, & sic moritur.
Hoc idem de puero, idest carnali appetitu & luxurioso.
De quo Isaia. Puer centum annorum morietur, id-
est peccator. Et poeta. Nequitia est quæ te non finit
esse senem. En etiam humanitas Christi nobis in se-
curitatem. Vnde Psalmista. Dominus mihi, adiutor
non timebo quid faciat mihi homo. Et in absconsonem.
Vnde. Sub umbra altarum tuarum protege
me, a turbine diabolicæ suggestionis, & a pluuia car-
nalis concupiscentiæ. Item secundum tabernaculum pe-
nitentiæ uide alibi de tabernaculo Cedar in Quadrage-
sima. Item tertium tabernaculum est cælestis gloriæ,
Vnde Psal. 83. Quæ dilecta tabernacula tua domine
&c. Quicumque ergo ad istorum tabernaculorum festi-
uitatem celebrandam non ascenderit, ruina mortis
æternæ percussit eum dominus. Primi tabernaculi
festiuitas celebratur in fide & humilitate. Secundi in
cordis contritione. Tertij, in contemplatione, dulcedi-
ne. Nuptiæ ergo paratæ sunt, sed qui inuitati sunt non
fuerunt digni, & ideo uæh illis qui se indignos faciunt,
indigna, uilia, & transitoria, idest temporalium stercora
amplectentes. Ite ergo prædicatores ad exitus uiarum,
& quoscunque inueneritis, uocare ad nuptias Ibi. Glos-
sa. *Via, actiones sunt, exitus, defectus actionum, qui
plurimi facile conuertuntur, quos in terrenis actibus
prospera nulla comitantur (De hoc uide in illo Euan-
gelio. Homo quidam fecit coenam.) [Et ingressi serui eius
in uias, congregauerunt omnes quos inuenerunt, malos
& bonos, & impletæ sunt nuptiæ discumbentium.]*
Ibi Glossa. Sicut ecclesia inter cælum & infernum
est, ita iudicare bonos & malos recipit, scilicet Petrus
& Iudam oleum amurcam, quæ est fæx olei a mergēdo.
Sci. Do. S. Ant. de Pad. Nn dida.

dicta, granum & paleam, quæ dicitur a pala, eo quod pala uentiletur, ut frumenta purgentur. Pala diabolicæ suggestionis, paleæ, idest peccatores uentilantur: cōtra quos dicitur Eccle. Non uentiles te in omnem uentū, & ne eas in omni uia. Quæ est superbia. A qua omnes uicæ diaboli procedunt. Iob. 48. Ipse est rex super omnes filios superbiæ. Sequitur. [Intrauit autem rex ut uideret &c.] Nota quod sicut sunt tres nuptiæ, sic sunt tres uestes nuptiales, scilicet byssina, polymita, & coccinea. In primis nuptiis necessaria est byssina. In secundis polymita. In tertiis coccinea. Qui ergo ad nuptias dominicæ incarnationis uult intrare, uestem byssinam, idest castitatis mundiciam necessarium est ipsum habere. Vnde Apoc. Venerunt nuptiæ agni, & uxor eius præparauit se. Et datum est illi ut cooperiat se byssino splendenti & candido. Agnus dictus quod præ cæteris animalibus matrem agnoscat, & ideo significat Christum, qui cū in cruce penderet, matrem inter milia Iudeorū agnouit, & uirginem uirgini cōmendauit. Agni ergo nuptiæ idest Christi incarnatio uenit, & ideo uxor eius, idest sancta ecclesia uel quælibet fidelis anima, debet se præparare fide, & cooperire byssino, idest castitate splendenti quo ad conscientiam, candido quo ad corpus. Quomodo Dei filii & beatæ uirginis nuptiis interesse potuit, qui byssino castitatis indutus non fuit? Quo modo ecclesiam intrare, fidelium se cœtui cōiungere, & communioni dominici corporis præsumit interesse, qui se nouit byssino splendido, & candido, idest castitate interiori & exteriori cōrere? Qui rex ironice dixit. [Amice, quomodo huc intraisti non habens uestem nuptialem?] Beatæ uirginis filius ualde delectatur in castitatis mundicia. Vnde de eo spōsa. Can. Descēdit dilectus meus in hortum suum &c. Hortus dilecti est anima iusti in qua sunt duæ aureolæ aromatum, idest humilitas procuratrix cæterarum uirtutum, & lilia, idest duplex continentia, & ideo in talem hortum descendit & pascit. Nota quod quædam duplex est hortus, scilicet.

Nucum

Nucum.

Pomorum.

Vinearum.

Aromatum.

Septem sunt dona spiritus sancti scilicet spiritus timoris, scientiæ, pietatis, consilii, fortitudinis, intellectus, & sapientiæ. anima iusti per spiritum timoris fit hortus nucum, quæ in se habent tria, scilicet amaritudinem in corio uel pelle, duritiam in testa, suauitatem in nucleo. Hortus nucum est pœnitentia, quæ habet amaritudinem in carne, duritiã tribulationis in mentis longanimitate, suauitatem spiritualis lætitiæ in præmii expectatione. Item per spiritum scientiæ & pietatis fit anima hortus pomorum, quæ habent dulcedinem misericordiæ. Item per spiritum consilii fortitudinis fit hortus uinearum, habens feruorem charitatis. Item per spiritum sapientiæ & intellectus, fit hortus aromatum emittens odorem in portis. Item. Quicumque ad nuptias pœnitentiæ uult intrare, tunicam, polymitam, idest cordis humilitatem, necesse est ipsum habere, de quo Gene. Israel diligebat Ioseph. super omnes filios suos eo quod in senectute genuerat eum, fecitque ei tunicam polymitam. Israel, idest Deus pater, dilexit Ioseph, idest Christum super omnes filios adoptiuos, quem in senectute, idest mundo senescente genuit de Maria uirgine, fecitque ei tunicam polymitam, idest uestimentum cum humilitate. Vnde ipse dicit. Matth. Discite a me quia mitis sum & humilis corde. Super hoc simile habes. 2. Re. 21. circa finem. Tertium quoque bellum fuit in Gob contra Phylisteos. In quo percussit Adeodatus filius saltus polymitarius Bethleemiras Goliath Getheū. Nota quod tria bella sunt, diaboli, mundi, & carnis. Hic est Gob, quod interpretatur lacus. Caro enim nostra est lacus miseræ & lutum fæcis. In hoc lacu est bellum contra Phylisteos, idest quinque sensus corporis, qui tēporaliū potione inebriati corrumpunt in peccata. In hoc bello & lacu, penitēs qui est Adeodatus, quia Dei gratia illumina

Nn 2 tus

rus filiusque salus, idest solitudinis, hoc est poenitentiae & moeroris, Polymitarus quia humilis & benignus, Bethleemites quia cōtēplatiuus, caelestis panis dulcedine satiatus, iste talis & tantus dum se affligit, Goliath Gethem, idest diabolus percutit. Vnde Isa. Suscitabit super eum, scilicet Assyrium, idest diabolus, dñs exercituum flagellum iuxta plagam Madiā in petra Oreb. Iudic. 7. Iudic. 7. dicitur quod Gedeon deuicit castra Madian, lapidibus, buccinis, & contractis lagenis. Gedeon est poenitens, qui in lapide contritionis, buccina confessionis, contractione lagenae, idest mortificatione carnis, deuicit diabolus, & hoc in petra Oreb, quod interpretatur siccitas siue coruus, idest in firmo & immobili proposito ipsius poenitentiae, quae humorem luxuriae exsiccat, & lutum, idest despectum, qui in coruo designatur, super inducit. Tali ergo ueste polymita debet se induere qui ad nuptias poenitentiae uult intrare, qua si caruerit, audire poterit. Amice, quomodo huc intrasti nō habēs ueste nuptialē? Amice habitu, inimice conuersatione, quomodo huc intrasti. s. in religionē, nō habēs uestem polymitā? Quid detestabilius & abhominabilius Deo & hōminibus, quā superbia in religioso? Si enim superbis angelis caelum nō profuit, quomodo uito religioso materium prodesse poterit. Iste de penna Erodij & accipitris gloriatur. Ideo Abdias. Superbia (inquit) cordis tui extulit te habitantē in scissuris petrarū, exaltatē solium tuū &c. Itē quicūque ad nuptias caelestis gloriae uult intrare, necesse est ipsum ueste coccinea. i. Dei & proximi charitatē habere. Coccini & purpurae una est materia, coloris tñ diuersitas magna. Purpura magis nigra, est ex primo colore conchyliorū. Coccus uel coccinum magis rubrū est ex secundo. De hoc praecipit dñs Moysi, Exo. 25, ut in ornamento sacerdotali & cortinis tabernaculi poneret coccum bis tinctum. In quo Dei & proximi charitas designatur. Item de hoc coccino dicit 2. Reg. 1. David. 2. Regum. Filiae Israel super Saul flete, qui uocabatur uos coccino &c. O filiae Israel, idest animae fideles,

deles, flete super morte Saul, idest Iesu Christi, quem pater inuinxit regem, ut liberaret filios Israel de manu Philistaeorum, idest dæmonum. Hic uestit uos coccino charitatis geminae in delitiis purae conscientiae, & ornamenta aurea caeterarum uirtutum praebet ad decorem uestrae conuersationis. Quicumque sine hac ueste in ultimo iudicio repertus fuerit, suae damnationis sententiam suscipiet a rege. de quo praemittitur. Intraui rex, quia ad iudicium ueniens illuminabit conscientias hominis, ut uideat, idest uideri faciat iudicandorum merita, & discernat discumbētes in fide quiescentes. Videt ibi hominem, in quo figurantur omnes qui in malo sunt non uestitum ueste nuptiali, idest fidem habentem & non opera charitatis. [Et ait illi. Amice] (per fidem) [quomodo huc intrasti, &c.] [At ille obmutuit.] quia ibi non est locus negandi. [Tunc dixit rex ministris Ligatis pedibus & manibus eius, mittite eum in tenebras exteriores &c.] De hoc rege Hierem. Non est similis tui domine, magnus es tu, & magnum nomen tuum. Quis non timebit te o rex gentium? Cui cantatur in Introitu Missae. In uoluntate tua domine &c. Hic rex dicit ministris &c. Ligantur ibi poena, quia hic a malo noluerunt ligari, idest cohiberi, ibi singula membra poenis subiiciuntur, quae hic singulis uitiis seruiunt. Per quae enim quis peccat, per haec & punietur &c. Mittite (inquit) in tenebras exteriores, inferni, quae extra nos sunt, quia hic interiores habuit tenebras cordis. De hoc Sapientiae. 17. Ignis quidem nulla uis poterat illis lumen praebere nec siderum limpidae flammæ illuminare poterant illam noctem horrendam. Tenebrae dicuntur, quia tenent umbras. Umbra est obliuio mortis, quae dicitur exterior, quae extra terram uiuentium quam semel receperat, aeternaliter facit. [Ibi erit fletus oculorum,] in uanitate uagantium, [& stridor dentium,] qui de edacitate gauisi sunt, & bona pauperum deuorauerunt. In his duobus signantur poenae maiores inferni, scilicet ignis & frigus.

Iob 24.

Ex igne procedit fumus, qui fletum prouocat. Ex frigore prouenit stridor dentium, de quibus Iob. Transibunt ab aquis niuium ad calorem nimium. Nota quod sicut in hoc mundo dno peccata magis abundant luxuria & auaritia, Sic in inferno duæ sunt poenæ quæ magis cruciant, scilicet ignis & frigus. Luxuria est ignis. Vnde Iob 31. Ignis est usque ad consumptionem deuorans. Dicitur in naturalibus quod Salamandra uiuit in igne, scilicet luxuriosus in luxuria. Ignis. n. luxuriæ parit igne gehennæ. Auaritia etiam dicitur frigus, quia restringit manus ad misericordiam ne extendantur. Dicitur in naturalibus quod passer patitur morbum caducum, & ad terram cadit, sed non ex morbo, sed ut comedat herbam quæ dicitur ius Quistini, quam cum comedit, resolutis fumofitibus frigidis congelatur cerebrum, ita quod passer cadit ad terram. Passer a paruitate dictus, auarum significat, qui in eo paruus & minimus est, quia obulo indiget & uniuersis diuitijs quas habet, minor est, quia ipse diuitie ipsi, non ipse diuitijs dominatur. Istius cerebri, idest mens constringitur gelicidio cupiditatis, & ideo cadit in terram inferni, ubi erit fletus & stridor dentium. Multi sunt uocati, fide ad nuptias. Pauci uero electi, charitate ad regnum. Ad quod &c.

DOMINICA. XXI. post Trinitatem,
De filio Reguli in quo fidei initium, progressus, & finis iudicatur.

Ioan. 4.
Ezech. 1

Erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur &c. Ioan. Dicitur Ezech. Super firmamentum, quod erat imminens capiti animalium quasi aspectus lapidis. Sapphiri, similitudo Throni, & super similitudinem Throni, similitudo quasi aspectus hominis de super, &c. Hic nota quinque, quæ ponuntur ibi.

Animalia.

Firmamentum

Firmamentum.

Thronus

Sappirus.

Hominis aspectus.

Animalia sunt carnalia desideria, quæ tanquam bruta pollunt terram mentis nostræ. Ideo dominus ait Ezech. Proiecta es super faciem terræ in abiectioe anime tuæ. Vidi te conculcari in sanguine, idest immundicia carnalis desiderij. Caput animalium est principium carnaliu desiderioru, de quo Ge. Ipsa coteret caput tuu. Quod tunc fit quoniam firmamentu imminet super caput animaliu. Firmamentum est cordis contritio. Gen. 1. Fiat firmamentum in medio aquarum &c. Mens poenitentis contriti pro peccatis habet aquas superiores & inferiores, idest fluentia concupiscentiæ, quæ sub ipsa debent esse, quia semper tendunt ad occasum. Vel aquæ superiores significant rationem, quæ est uis anime superior, quæ semper hominum ad bonum prouocat. Aquæ inferiores sensualitatem. Capiti uero animalis superimminet firmamentum, idest contritio cordis conterat principiu carnaliu desideriorum, & tunc super firmamentum erit quasi aspectus lapidis sapphiri, similitudo throni. In throno designatur confessio peccatorum, & bene. Sicut enim in throno sedens se humiliat, sic poenitens in confessione debet se humiliare, se iudicans, se condemnans, & omne malum quod fecit dissipans. Prouerb. 28. Rex qui sedet in folio dissipat &c. Et nota quod confessio debet esse aspectu lapidis sapphiri, qui quatuor habet proprietates.

Ezech. 16

Geno. 6

Sereno celo est similis

Stellam in se ostendit.

Sanguinem restringit.

Anthracem perimit.

Sic peccatorum confessio debet esse celo similis per spem ueniæ, ut dicat cum latrone, Memento mei domine &c. Stellam etiam dicat ostendere in se. Stella a ita nudo dicta est firmum propositum non relabendi in peccatum.

N n 4

catum.

catum. Hanc stellam si confessio non ostenderit; omnino non debet iniungi. Vade (inquit Christus) & amplius noli peccare. Non dixit, non pecces, sed noli. Item debet sanguinem restringere. Sanguis dicitur eo quod suavis est, & significat peccati delectationem, quam debet confessio restringere ne fluat a corde, & a sensibus corporis. Si hæc tria confessio habuerit, quartum faciet, quia anthracem, idest diaboli suggestionum perimet. In tali throno sapphirino requiescit Deus & homo similis & electo, idest Iesu Christo, animam confidentis ab omni peccato liberans, sicut liberavit ab infirmitate corporali filium Reguli. De quo dicitur uerbum propositum.

Erat quidam Regulus.] Vbi duo signabuntur, scilicet Reguli filij infirmitas uitiosa, ibi. [*Erat quidam Regulus.*] Secundo, Reguli credulitas uel fidelitas uirtuosa, ibi. [*Credidit homo sermone.*] Primum fugiendum. Secundum imitandum, [*quia credidit ipse &c.*] Quo ad primum, notentur ista.

Regulus

Eius filius

Infirmas

Capharnaum.

A rege regum totius creaturæ domino Iesu Christo, qui angelis in cælo & hominibus in mundo præest, quilibet fidelis nominatur Regulus, pro eo quod quasi quandam repræsentationem cælestium ordinum in se habeat, & ex quatuor elementis, e quibus est omnis creatura, consistat. Nouem sunt angelorum ordines, quos tamen in tribus ordinibus ternario numero uolumus ordinare. In primo sunt angeli, archangeli, & uirtutes.

In angelis, præceptorum obedientia.

In archangelis, consiliorum custodia.

In uirtutibus, uitæ sanctæ miracula designantur.

Es ergo de ordine angelico, cum obedis præcepto domini-

dominico. Vnde Malac. Labia sacerdotis custodiunt &c. Vide alibi. Item ad archangelorum pertinet ordinem cum non tantum præcepta sed etiam cõsilia Christi satagis adimplere. Vnde Isa. 16. tibi consulit. In consilium, coge concilium. Item ad uirtutum, cum sanctæ uitæ miraculis resplendens. Vnde Ioan. Qui credit in me, opera quæ ego facio & ipse faciet, & maiora horum faciet &c. Gloss. Quod dominus facit in nobis non sine nobis, maius est omnibus cælo & terra & cæteris, quia illa transibunt hoc remanebit, & in illis est tantum opus Dei, in isto etiam imago Dei. Sed etsi angelos fecit, maius uideretur impios iustificare quam iustos creare. Quia etsi utrunque æqualis potentia, hoc tamē est maioris misericordia. In secundo ordine sunt principatus, potestates, & dominationes. Nota quod tria sunt in nobis, quibus etsi non tanquam reges, saltem sicut reguli dominari debemus. scilicet cogitationes, oculi, & lingua. Principatus coercent malignos spiritus, & nos debemus coercere malignas, idest male ignitas cogitationes. Apoc. Vidi angelum descendentem de cælo habentem clauem abyssi. Moraliter. Angelus est uir iustus, qui tunc de cælo descendit cum uitæ suæ statum in terra uiuens secundum cæli puritatem informare satagit. Hic habet clauem abyssi & catenam. Clauis est discretio qua uir iustus claudit & aperit abyssum cogitationum, claudit cum restringit, aperit cum discernit. Catena in manu est poenitentia in opere. Vnde catena dicta quasi capiendi pluribus modis teneat. Dum enim contritio confessioni, confessio satisfactioni, satisfactio dilectioni proximi concatenatur, fit magna catena, qua uir iustus ligat draconem, serpentem antiquum, qui est diabolus & sathanas.

In dracone, notatur spiritus superbiae.

In serpente, cogitatio uenenosae luxuriæ.

In diabolo, qui hæbraice dicitur ruens, auaritia.

In sathana, qui contrarius dicitur, malitia discordia.

Hæc

Mal. 2.

Ioan. 14.

Apoc. 2.

Dan. 10.

Hæc omnia uir iustus ligat catena per annos mille, dum draconem superbiæ coercet cordis contritione, serpentem luxuriæ, confessione, diabolum auaritiæ, satisfactione & eleemosynarū largitione, sarthanam discordiæ, proximi dilectione, & hoc per mille annus, qui perfectus est numerus, idest finali perseverantia. Item super oculos qui sunt quasi quidam latrunculi, qui furantur puellam de terra Israel, ut dicitur quarti Regum idest pudicitiam de mente uiri iusti debemus habere potestatem, dicentes cum Iob. 31. *Pepigi fœdus cum oculis meis, ut nec quidem cogitarem de uirgine.* Et Gen. dicit dominus ad Cain. *Si bene egeris, recipies. Sin autem male, statim in foribus peccatum tuum aderit. Peccatum in foribus est concupiscentia carnis in oculis, super quos si potestatem exercemus, carnis appetitus sub nobis erit, quia iugo rationis reprimetur. Linguæ, quæ quasi materrix garrula est & uaga Prouerb. debemus dominari, ne ut dicit Iacobus cap. 3. maculet totum corpus, & inflammaret rotam nauis nostræ &c. Si sic in hoc triplici ordine fuerimus, uere reguli erimus. In tertio ordine sunt.*

Throni.

Cherubin.

Seraphin.

Throni sumus cum nos in nobis humiliamus, & nosmetipsos iudicamus. Vnde Psal. *Deus iudicium tuum regi da &c. Regi idest uiro iusto Deus dat iudicium suum ut seipsum ipse iudicet, ne Deus inueniat in eo quod condemnent. Si nos (inquit Apostolus. 1. Corinth.) diiudicauerimus, non utique iudicauerimus. O Deus, mihi das tuum iudicium ut de tuo faciam meum, & faciendo meum eundem tuum. Horrendum enim est incidere in manus Dei uiuentis. Item Cherubin interpretatur plenitudo scientiæ, hæc est charitas, quam qui habet plenus est, & scit quomodo oporteat se ambulare. Cherubin ergo sumus quando bona cum charitate facimus. Vnde Ezech. 101. *Extendit Cherub manum suam de medio Cherubin**

ad

ad ignem qui erat inter Cherubin, & sumpsit, & dedit in manus eius qui erat indutus lineis. Nota, hic ponitur semel Cherub & bis Cherubin, quia triplex est charitas, sui, Dei, & proximi. Tu ergo qui es Cherub quod ad te, extende manum sanctæ operationis de medio Cherubin, idest Dei charitate, ad ignem sanctæ uitæ, quæ est inter Cherubin, idest sanctos, & charissimos uiros, & de illo igne, idest uitæ sanctæ exemplo, da uiro qui est indutus lineis, idest cuilibet Christiano fide dominicæ incarnationis induto. Quotquot (inquit Apostolus Galat. 3.) baptizati estis. Christum induistis. Nisi tu prius fueris Cherub in te, manum non poteris extendere de medio Cherubin ad ignem qui est in medio Cherubin, & ideo a charitate tua prius incipe, & postmodum alijs charitatus poteris esse. Item Seraphin interpretatur ardens. Seraphin sumus cum igne compunctionis succensim pro irriguo superiori & inferiori in lachrymis effluimus. Ignem (inquit Christus) ueni mittere in terram, &c. Lucæ. Et sponsa Canticorum. *Anima mea liquefacta est &c. Quicumque istos nouos ordines in se repræsentat, & ex ipsis uitam ordinare disponit, uere Regulus dici potest. Sequitur. [Cuius filius infirmatur Capharnaum.] Filius Reguli anima est cuiuslibet fidelis Christi, qui dum in ordine supradicto uiuit, in columnis existit, sed cum Capharnaum moratur, ad mortem infirmatur: Capharnaum interpretatur ager pinguedinis uel uilla consolationis. Et his quatuor uerbis, quadruplex hominum status designatur, scilicet.*

Clericorum,

Religiosorum,

Pauperum,

Diuitum,

In agro clerici, idest ecclesiastici de Christi patrimonio superbiunt. Religiosi inquiete & otio quasi pomum pingue, uerme concupiscentiæ corrumpuntur. Seculares pauperes quasi in uilla laborant, & de sua paupertate dolent. Diuites in consolatione gaudent diuitiarum.

Et

1. cor. 11.
Canti. 5.

Eze. 8

Et ideo Deum obliuiscuntur. Omnes isti infirmantur in Capharnaum. Istit quatuor concordant quatuor abhominaciones quas dominus ostendit Ezechi. ubi dicit dominus. Fili hominis leua oculos tuos ad uiam Aquilonis, & leuauit oculos meos ad uiam Aquilonis, & ecce ab Aquilone portæ altaris idolum zeli in ipso introitu &c. Ecce superbia clericorum. Idolum zeli est quæ ad æmulationem & indignationem dominum prouocat. Vnde Deute. 32. Ipsi me prouocauerunt in eo qui non erat Deus &c. Prælati ecclesiæ uel minister altaris quid est quando est superbus, nisi idolum zeli in ipso introitu portæ altaris? Heu quantas abhominaciones isti faciunt in domo domini. Vnde dominus de eis dicit Ezechielis. 7. Violabunt arcanum meum, & introibunt in illud emissarij, & contaminabunt illud. Emissarius proprie dicitur equus ad concubitum equarum deputatus. Emissarij sunt clerici superbi & luxuriosi, qui arcanum domini, idest corpus Christi uiolant, & quantum in seipsum, est conculcant, & sanctam contaminant ecclesiam. Et ideo subdit dominus, Procul recedam a sanctuario meo. Vnde. 1. Regum. dicitur, quod propter peccata sacerdotum Ophni & Phinees qui dormiebant cum mulieribus, capta fuit arca domini. Sequitur secunda abhominatio. Ezechiel. 8. Et adhuc conuersus uidebis abhominaciones maiores, & dixit. Fode parietem. Et cum fodissem parietem, apparuit ostium unum, & ingressus uidi, & ecce, omnis similitudo reptilium & animalium abhominatio & uniuersa idola domus Israel depicta erant in pariete, in circu itu per totum. Et septuaginta uiri de senioribus Israel, & iechonias filius Sapham stabat in medio eorum stantium ante picturas, & unusquisque habebat thuribulum in manu sua, & uapor nebulæ de thure conurgebat, & dixit ad me. Certe uides fili hominis quæ

1. Reg. 2.

quæ seniores domus Israel faciunt in tenebris, unusquisque in abscondito cubiculi. Dicunt enim, non uidet dominus nos, dereliquit dominus terram. Expositio huius auctoritatis hic deficit usque ad illud Septuaginta uiri de Israel &c. Glos. Orandum nobis est ne seniores isti domus Israel septennarium numerum qui sanctus est, per septem decades multiplicantes stent in erroribus suis, & adorent picturas idolorum, idest uiriorum suorum, uaporque sacrilegii ascendat resistens Deo. Nostri temporis religiosi dicuntur septuaginta uiri, pro eo quod septiformem gratiam spiritus sancti in operum perfectione debent habere. Sed in famati quod faciunt? stant ante picturas, & in medio eorum Iechonias, qui (ut ibi dicit interlinearis) religione amissa in templo Dei colebat idola. Pictura in pariete sunt phantasmata superbæ gulæ & luxuriæ in mente, ut simulatio hypochrasis in religione, uel amor carnalis parentum, & forte filiorum & filiarum in religioso. Hi designantur in abhominacione animalium, idest in immunditia fornicationum, in idolis depictis parentes & amicis. Ecce quales picturas adorant. Et quod deterius est Iechonias, idest abbas, uel prior, filius Saphan quod interpretatur iudicij, idest mortis æternæ, qui prohibere debet, in medio eorum stat, & easdem picturas adorat & unusquisque habebat thuribulum in manu sua. Thuribulum in manu, est facultas monasterij, quæ data fuit introitu eleemosynæ, & sacrificij, & in manu præpositi, sed isti socij ludæ loculos habente, in thuribulo eleemosynæ, & in thure sacrificij pro defunctis oblatis subfumigant sua picturas, idest bona monasterij quæ sunt pauperum, dant suis parentibus & alijs personis, de quibus non est dicendum per singula. Sequitur de tertia abominatione. Et dixit dominus ad me. Adhuc conuersus uidebis abhominaciones maiores quas isti faciunt, & introduxit me per hostium portam domini quod respiciebat ad Aquilonem. Et ecce ibi mulie-

mulieres sedebāt, plangentes Adonidem &c. Ibi Glos. Hieronymi, quōd Hebræi, & Syri Adonidem uocant Chamur, quōd interpretatur pulcherrimum, per quem intelligitur prosperitas mundi, quæ est amica uentris & luxuriæ. Mulieres plangentes sunt omnes illi qui de amissa prosperitate dolent. Heu quanti hodie effœminati de amissa prosperitate, & non uoluntaria paupertate plangunt, & multotiens fidem perdunt. Vere isti uilla dicuntur uillani, serui diaboli; non de nobili sanguine Iesu Christi, qui non tantum habita relinquere sed etiam de amissis præcipit, & in paupertate gaudere. Sequitur de quarta. Adhuc cōuersus uidebis abhominations maiores. Ecce in ostio templi domini inter uestibulum & altare, quasi uiginiquinque uiri dorsa habentes contra tempus, & facies ad orientem & adorabāt ad ortum solis. &c. Dorsum cōtra templum domini habere, est creatorem contemnere, mortem Christi obliuisci, uitam æternam postponere. Faciem ad orientem, & adorare ad ortum solis, est in claritate dignitatis exaltari gloriam mundi quærere, & pro ipsa adipiscēda hominem adorare. Cōtra quod Mardocheus dicit Hester. Domine qui cuncta nosti, scis quia non pro superbia, & contumelia fecerim hoc ut non adorauerim Aman superbissimum, libenter enim pro salute Israel etiam uestigia pedum eius deosculari paratus essem, sed timui ne honorem Dei mei transferrem ad hominem; & ne quemquam adorarem excepto domino meo. Quod faciunt infelices huius mundi diuites, quibus dicitur Lucæ. Væh uobis diuitibus qui habetis consolationem uestram. Omnes isti qui supra dictas abhominations committūt, cum filio Reguli in Capharnaum infirmantur. Instet autem Regulus ut eius filius ab infirmitate liberetur, & sanitati restituatur, quod ei præstare dignetur. Amen. Sequitur.

Hic cū audisset quia Iesus &c. Incipiebat enim iam mori. Iudæa confessio. Galilæa rotam uel uolubilitas interpretatur. Iesus ergo a Iudæa in Galilæam uenit, cum de uita

uita æterna in qua est confessio angelicæ laudis, ad nostræ uolubilitatis rotam descendit. Super hoc Eze. dicitur, quōd ille qui sedebat, dixit ad uirum qui indutus erat lineis. Ingredere in medio rotarum quæ sunt subtus Cherubin, & imple manum tuam prunis ignis, quæ sunt inter Cherubin, & effunde super ciuitatem. In lineis, corpus gloriosum Christi designatur, quod de terra uirgine accipiens, ut nuditatem nostram tegeter se induit. Cui dixit pater. Ingredere in medio rotarum. Rota ab eodem puncto quo incipit in idem reuertitur. Et ideo significat nostram naturam, cui dictum est. Terra es, & in terram reuerteris. Ingressus est ergo Dei filius in medio rotarum &c. cum a Deo descendit naturam humanam assumens, in terris uisus est, & cū hominibus &c. & habitu inuentus ut homo. Quæ sunt subtus Cherubin, quia minoratus est paulo minus ab angelis. Et sic impleuit manum suam prunis ignitis, idest sententiis ignitis, quæ sunt inter Cherubin, idest duo testamenta & effudit super ciuitatem, idest sanctam ecclesiam. Vel prunas ignitas effudit super ciuitatem sui timoris & amoris. Carboes gaudium mundi & carnis desolantes immittit super animam, ut accensa & illuminata conualescat de infirmitate. Et ideo ad eum Regulus qui sic infirmari filium, idest animam suam conspicit, Capharnaum debet ire in cordis contritione, & rogare oris confessione ut sanet filium suum. De quo subditur. Incipiebat enim iam mori. Et nota. In carnis enim pinguedine, mundi consolatione incipit mors animæ, & consumatur nunquam consumanda in gehennæ perditione. Sequitur. [Dixit ei. Nisi signa &c.] Prodigia dicta quod futura de longe prædicant. Simile, Ezech. Fili hominis mitto te ad gentes apostatras &c. Dixit ad eum Regulus, Domine descende &c. Glossa. Quasi aliter non posset sanare nisi esset præsens. Vnde dominus indicans se nō deesse quo inuitatur, solo iussu sanat. Vnde de uade, inquit. [Filius tuus uiuit.] Vnde Ezechielis. Cum es in sanguine tuo, dixi tibi uiue. Nolo enim mortem peccatoris.

Ezech. 10

Hest. 13

Luc. 6.

Ezech. 20

Ezech. 16.

peccatoris. Nota quod miles Christi debet habere equum bonæ uoluntatis, sellam humilitatis, strepas seu stapedas constantiæ calcaria gemini timoris, frænum temperantiæ, clypeum fidei, lorica iustitiæ, galeam salutis, lanceam charitatis. His armis indutum infirmitas Caparnaum non occupabit, sed stare poterit aduersus insidias diaboli & principes tenebrarum. Sequitur. [*Credidit ipse sermoni quem dixit ei Iesus &c.*] Nota quod prius dicit, Credidit, & postea ibat, quia prius est corde credere, & post ire opere. Vnde Ezechielis. Hæc erat uisio descurrens in medio animalium, splendor ignis, & de igne fulgur, &c. In splendore ignis, fides quæ illuminat, designatur. Vnde [*Fides tua te saluum fecit,*] idest te illuminauit. Quid (inquit) tibi uis fieri? Raboni, ut lumen uideam. De hoc igne egreditur fulgur boni operis. Et sic animalia, idest sancti erunt in contemplatione, & reuertentur ad actionem, quia ibi diu esse non ualent propter aliorum fructificationem. In similitudinem fulguris coruscantis. Quia per eos ad contemplationem ascendentes, & bonis operibus insistentes, celeste lumē aliis spargitur. Vnde beatus Gregorius. Tunc alta charitas mirabiliter surgit, cum ad ima proximorum se misericorditer attrahit, & quæ benigne descendit ad infima, ualenter recurrit ad summa credidit ergo homo & ibat. Sequitur. [*Iam autem eo descendente, occurrunt serui, dicentes, quia filius eius uiuere.*] Si descendis, occurrunt tibi serui. Nota uita tria, ipso descendente, occurrunt serui, & nuntiant uitam filii. Bonum ergo est descendere. A quo? a monte. Quo? in uallem. A superbia in humilitatem. In conualle enim aparuit dominus Abraham. Psa. Valles abundabunt frumento. Vnde Hier. Vide uias tuas in conualle. Et Eze. Erunt in montibus quasi colubæ conuallium. Iam ergo eo descendente occurrunt serui, qui sunt quinque sensus corporis, qui rationi debent seruire. Si descendis, serui tibi occurrunt, idest tibi obediunt si enim cor est humile, sensus corporis sunt obediētes, Ex humilitate oritur obedientia. Vnde Ezech. n

Psa. 64.

Hier. 2.

Ezech. 7.

De

De medio eius (idest ignis) quasi species electri. Ignis est humilitas quia sicut ignis alta petit, & humiliat, dura incinerat, sic humilitas superbiam inclinat, & dura corda, ad illud uerbum, Cinis es & in cinerem reuerteris, reuocat. O humilitas, si caput diuinitatis inclinasti in gremiū pauperulæ uirginis, quid tā altū quod humiliare non ualebis? De hoc igne procedit electrum obedientiæ. Electrum, ut dicit Greg. ex auro est & argento. Dum aurum miscetur, argentum crescit in claritate: Aurum a fulgore suo pallefcit. Argentum sonorum est prælati uerbum. Aurū est bona conscientia boni subditi: cui dum uerbum prælati coniungitur, & uerbum clarescit per obedientiam, & subditus pallefcit per propriæ uoluntatis mortificationem. Psa. Pennæ columbæ deargentatæ &c. Columba est bonus subditus, cuius pennæ sunt uerba prælati, quæ ipsum uolare faciunt. Ad uerbum enim prælati subditus statim debet corde & opere quasi columba uolare. Et attendant prælati quæ uerba eorum debent esse deargentata argēto humanitatis Christi, quod fuit immixtum auro diuinitatis. Vnde in specie electri Christus mediator Dei & hominis figuratur. Dum enim humanitas maiestatis excreuit, diuinitas a proprii fulgoris potentia se humilians oculis temperauit. Deargentent ergo uerba sua prælati humilitate humanitatis Christi, ut benigne & affabiliter, prouide, & misericorditer subditis præcipiant, quia non in spiritu, non in commotione, non in igne dominus, sed in sibilo auræ tenuis, ibi dominus. 3. Reg. 19. Et sic posteriora dorsi eius, idest uoluntas & affectus subditi erunt in pallore auri, idest mortificatione, & puritate. In posterioribus dorsi solemus onera portare. Onera eius obedientiæ debemus deferre in dorso patientiæ. Psa. 128. Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores. Iniquus prælatus fabricat supra dorsum, idest patientiā boni subditi. Sed ista fabrica est illi in ruinam, isti fiet in gloriā. Dicamus ipso descendente. Ex humilitate. n. cordis procedit electrum, in quo argentū & aurum. In argento, Ser. Do. S. Ant. de Pad. O o sonori-

Psa. 67

Psa. 128

sonoritas confessionis. In auro, munditia sensuum corporis designatur. Ecce quanta bona procedunt ex descensu humilitati, tunc uita filij annunciatur. [Nuncia uerunt (inquit ei) dicentes quod filius eius uiueret.] Vita dicta propter uigorem uel quod ui teneat. Vita corporis anima, uita animæ Deus, qui uigorem & uim, idest posse & nosse dat animæ ut uiuat, & utinam apponamus nos uelle. Dicitur in naturalibus quod in india partibus sunt quidam populi qui nulla indigent esca, sed tantum uiuunt odore pomorum syluestrium, longiusque pergentes eadem poma in præsidio deferunt, ut eorum olfactu alantur, quod si corruptum uel fetidum spiritum traxerint, exhalari eos certum est. Odor pomorum uita animæ est, poma sunt incarnatio & passio Iesu Christi. de quibus Cant. Poma noua & uetera seruaui tibi. Poma noua, ex uirgine filij Dei natiuitas & paupertas, nouæ stellæ missio, miraculorum operatio. Poma uetera fuerunt, sputa, alapa, acetum, clauis, & lancea, quæ nos ab antiqua uetustate spoliauerunt, quia uetus homo noster simul crucifixus est cum eo. Qui ergo uult uiuere, odore istorum pomorum uiuat, & in suæ peregrinationis exilio ne in uia deficiat ista poma secum deferat, ut eorum olfactu alatur. Capharnaum etiam interpretatur ager pinguedinis. Pinguedo solet esse causa, immo mater corruptionis, corruptio foetoris, foetor mortis. Aperi os tuum, & attrahe spiritum Christi, qui captus est, ligatus, & crucifixus propter peccata nostra. Sub cuius arboris, idest crucis umbra. de qua Cantic. Sub arbore malo suscitauit te. Et sub umbra illius &c. debes requiescere ab æstu uitiorum fallente sub arbore mundanæ prosperitatis, & sic in gemitibus, idest inter tentationes carnis diaboli que, uiues odore incarnationis & passionis ipsius refectus. Sequitur. [Interrogabat ergo horam ab eis, in qua melius &c.] Glossa. Non diffidit de misericordia domini, hora inquit septima &c. In figura gratiæ septiformis spiritus sancti, in quo hominis salus. Febris a feruore dicta est, & significat carnis

Cant. 7.

Cant. 8.

lu.

luxuriam, cuius calore cor concutitur, & caro corrumpitur. Vnde Iudith. Quod cum ipsa narrasset ante faciem Holofernis, statim captus in oculis suis & cor eius concussus est. Primo capitur oculis, ideo orat Psalm. 118. Auerte oculos meos ne uideant uanitatem &c. Et Canti. 6. Auerte oculos tuos a me, quia ipsi auolare fecerunt me. Dicitur Gene. Iniecit domina oculos in Ioseph. Prima iacula luxuriæ oculi. Secundo, cor concutitur, & sic febre luxuriæ inflammatur. Sed ne in consensu mentis uel operis moriatur, hora septima, idest septiformis spiritus sancti gratia illuminatur. Et tunc credere debet ipse, domusque eius tota, idest corpus simul & anima, quia Iesus Christus est Dei filius, qui animam a tam infelici febre, & corpus a tam miserabili pollutione luxuriæ dignatus est liberare. Quod nobis &c. Amen.

Ind. 10.

Gen. 39.

DOMINICA XXII. post Trinitatem.
De Rege uolente cum seruo rationem
ponere, & de indigni serui
repetitione.



Imile factum est regnum caelorum homini regi, qui uoluit ponere rationem cum seruis suis.] Matth. Dicitur Danie. Iubente rege induit us est purpura Daniel & circumdata aurea torques in collo eius, & prædicatum de eo quod haberet potestatem tertius in regno &c. Nota ista quatuor, Daniel, purpura, torques aurea, Tertius in regno. Daniel interpretatur causa Dei uel iudicium Dei. Causa est animi impulsus ad aliquid agendum. Causa dicta a casu quo uenit, cui origo est materia negotij, quæ cum proponitur causa est, cum discutitur iudicium, dum finitur iustitia. Causa etiam dicitur a Chaos, quod fuit principium omnium rerum. Causa dicitur origo uniuscuiusque rei. Daniel

Matt. 18

Dan. 5.

O o 2 poeni.

poenitentem significat, qui timore & amore Dei, causam, iudicium, & iustitiam de seipso facit. Hæc sunt illa tria, purpura, torques aurea, & tertius in regno. Causam agit in contritione, quæ est origo uniuscuiusque rei iustæ, & quæ est animi impulsus ad bonum agendum. Iudicium in confessione, in qua se discutit & examinat. Iustitia in satisfactione, in qua unicuique quod suum est, tribuit, Deo orationem, sibi ieiunium proximo eleemosynam. In his tribus consistit satisfactio. Rex ergo regum Iesus Christus iubet ut Daniel induatur purpura. Purpura quæ sanguinei est coloris contritionem significat cordis, ex qua procedit sanguis lachrymarum. Vnde. 4. Reg. dicitur. Orro sole ex aduerso aquarum uiderunt Moabitæ e contra aquas rubras quasi sanguinem, dixerunt que. Sanguis gladij est. Ad literam sic intellige, Cùm Moabitæ uiderent ex aduerso aquas torrentis in sole percussas, suspicati sunt infectas sanguine, & dixerunt muruo, cæsi sunt hostes. Moraliter. Cum sol iustitiæ oritur in mente tunc aquæ rubræ lachrymarum quasi sanguis gladij ueniunt per uiam Edom, idest oculos poenitentis. Et uere istæ aquæ sunt sanguis gladij. Cum enim mens peccatoris uulneratur gladio contritionis, effundit lachrymas sanguinis. Cum ergo dicitur quod iubente rege indutus est purpura Daniel, Sequitur. Circūdata torques aurea est in collo eius. Torques sunt circuli aurei a collo ad pectus descendentes. Torques aurea in collo est circulus puræ confessionis in ore peccatoris, de qua dominus Ezech. Dedi torques circum collum tuum. Et bene confessio dicitur torques uel circulus aureus, quia sapientia attingit a fine usque ad finem, & peccator conuersus a primo usque ad ultimum peccatum, in circulo confessionis omnia circum gyRANDO debet omnia includere, sicut faciebat Psalm. dicens Psalm. Circuiui & immolauit &c. In tabernaculo, idest sancta ecclesia. Hostiam uociferationis, idest confessionis. De quo circulo dominus. Isa. 37. Ponam circulum in naribus tuis, & reducam te in uiam per quam uenisti. Nota quod

tribus

4. Re. 3

Ezech. 16

Psalm. 26.

tribus modis mortale peccatum, quod est uia diaboli, uenit ad animam, scilicet suggestione diaboli, delectatione carnis, consensu spiritus. In primis duobus est ueniale, in tertio mortale. Cum peccator in confessione quæ opponitur suggestioni conteritur pro consensu spiritus, & affligitur in satisfactione pro delectatione carnis, tunc dominus ponit circulum in naribus, idest subtilitate & astutia diaboli, & reducit eum per uiam per quam uenit. Contrario enim contrarium curatur. Sequitur. Et prædicatum est de eo quod haberet potestatem tertius in regno. Regnum Christi est uita iusti. Regnum (inquit Ioan. 18.) meum non est de hoc mundo. Vita iusti in tribus supradictis consistit. Tertius in regno, quis est? Qui uitam suam poenitentia uel satisfactione regit. In hoc tertio signo deficiunt Magi Pharaonis, scilicet huius mundi sapientes, qui satisfacere nolunt pro peccatis, sed uerus poenitens ut cælestis regni mereatur esse particeps, studet esse tertius in regno illius, de quo dicitur in Euangelio hodierno. Vbi tria nobis discutenda. Primo, commissorum meritorum discussio timenda, ibi. [Qui uoluit rationem ponere.] Secundo, abusus ingratorum detestanda, ibi. [Egressus seruus ille.] Tertio, peccatorum punitio perhorreda. [Tunc uocauit eum &c.] Primum est supremæ potestatis uel prudentiæ. s. ponere rationem, uel clementiæ, quia debitum dimisit rogati. Secundum, perfectæ demeritiæ uel nequitia, quia noluit cõserui misereri. Tertium, extremæ miseriæ, penalter & perenniter affligi.

Quo ad primum nota. Iste homo rex, est Iesus Christus homo in humanitate, rex in diuinitate, homo in natiuitate, rex in resurrectione, uel in passione, in qua habuit illa regalia quæ spectant ad regem, scilicet Coronam, purpuram, sceptrum. Coronam habuit spineam, chlamydem coccineam, arundinem in manu, quasi sceptrum. Vnde ante eum genuflexi illudebant, dicentes. Aue rex &c. De hoc habes concord. Danielis. 7. Aspiciebam in uisione noctis, & ecce in nubibus (idest prædicatoribus) celi quasi

Dan. 7.

filius hominis ueniebat, & usque ad antiquum dierum peruenit. Quia a summo cœli egressio eius &c. qui est per omnia patri cœqualis. Qui uoluit rationem ponere cum seruis suis. Rationem ponit, qui merita cuiusque examinat in hoc mundo, quæ districtus trutinantur in futuro. Vnde super hoc sequitur Daniel. 7. Aspiciebam donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit. Vestimentum eius quasi nix candida, & capilli capitis eius quasi lana munda, thronus eius flamma ignis, rotæ eius ignis accensus, fluuius igneus rapidusque egrediebatur a facie eius. Milia milium ministrabant ei, & decies centena milia assistebant ei &c. Vbi Glossa. Angeli & omnes electi dominum in iudicio comitabuntur, & erunt throni Dei, quia in illis sedebit. Vnde Matth. Cum uenerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli cum eo &c. Qui ut ibi dicit Glossa. testes sunt humanorum actuum sub quorum custodia bene aut male egerunt. Et antiquus dierum sedit, scilicet pater. Licet enim (ut ibi dicit Glossa) persona filij in iudicio appareat, non deerit tamen pater & spiritus sanctus, & pater est a se, filius a patre, & quicquid habet, imputatur ei a quo est. Vel dicitur antiquus dierum, id est seuerus iudex & uerus. Antiquus dicitur. Vnde dicit Ioan. Antequam Abraham fieret ergo sum. Sedens autem & uestitus uestimento antiqui dierum dicitur Deus, ut æterni iudicis habitus demonstraretur. Senex quoque describitur, ut maturitas sententiæ comprobetur. Vestimentum eius quasi nix candidum. Saluator transfiguratus in monte, & gloriam diuinæ maiestatis assumens in candidis uestibus uidetur. In iudicio enim uestimentum eius erit candidum, in quo purum oritur, syncerumque iudicium, & nullam personam in iudicio recipiens.

Mat. 25 Vnde Petrus Actu. In ueritate comperi, quia non est acceptatio personarum apud Deum. Nota quod nix a nube, unde uenit, uocata est, de qua Ambro. Qui plerumque glacialibus flatibus rigentes aquæ solidantur

in

in nubem, rupto aere nix funditur. Nix est candida & frigida. In iudicio erit candor quo ad bonos, & frigus quo addānatos. Candor erit in, Venite benedicti &c. Frigus in, Ire maledicti. Et capilli capitis &c. de quo uide alibi. Ego sum pastor &c. Thronus quasi flāma ignis. Thronus Dei (ut ibi dicit Glossa Origenis) sunt Eremitæ & Monachi, & alij qui in uno loco degentes Deo militare student, nec per loca discurrunt, quorum quietis cordibus infidet Deus. Qui bene flamma ignis dicuntur, quia dilectione Dei & proximis, desiderio cœlestis patriæ inflammantur. Sequitur. Fluuius igneus rapidusque, id est cum impetu currens, egrediebatur a facie eius. In fluuiō, pœnæ perpetuitas. In igneo, iudicij seueritas. In rapido, peccatorum subita in gehenna attritio designatur. Milia milium ministrabant &c. De quibus Psal. Currus Dei decem milibus &c. Duplex est officium angelorum. Gregorius. Aliud est assistere, aliud ministrare, assistunt qui ad annunciandum hominibus non exeunt. Ministrant uero hi, qui ad explenda officia nunciorum ueniunt, sed tamen & ipsi a contemplatione diuina non recedunt. Et quia, plures sunt qui ministrant quam qui præsentialiter assistunt assistentium numerus quasi definitus, ministrantium uero indefinitus ostenditur. Iudicium sedit id est ordo iudicantium, & libri aperti sunt, id est conscientiarum & opera singulorum in utraque parte uel bona uel mala omnibus reuelantur. Bonus liber est uiuentium, malus qui in accusatoris manu, qui & inimicus & iudex. De quo Apocalypsis. Accusator iste fratrum nostrorum. Et iterum. Libri aperti sunt. Et alius liber apertus est, qui est uitæ, & iudicati sunt mortui ex ijs quæ scripta erant in libris secundum opera eorum. Et sic patet Simile factum est regnum &c. Sequitur.

Oblatus est ei unus qui debebat ei decem milia talenta &c. In denario numero decologus. In millenario perfectio euangelij designatur. Omnis homo de-

O o 4 bee

bet Iesu Christo decem milia talenta, idest decalogi obseruationem. Vnde Ecclesiast. Deum time, & mandata eius obserua. Mandata dicta quasi manu data. Digito enim Dei fuerunt data & scripta mandata decalogi, & mandata euangelio fuerunt data apostolis manu Iesu Christi, ergo digna sunt obseruari quæ data sunt manu Dei, ideo ad eorum obseruantiam tenetur omnis homo. Sequitur. [Cum non haberet unde redderet, iussit eum dominus eius uenundari, et uxorem eius, & filios, & omnia quæ habebat, et reddi & cetera.] Vxor peccatoris est cupiditas mundi, filij, falso ac male acquisita, male retenta, & male consumpta. Hæc est statua Nabuchdonosor. De qua Danie. 2. Huius statuae caput ex auro optimo erat, pectus autem & brachia de argento & cetera. Nota historiam. Statua ista allegorice est sancta ecclesia, quæ in apostolis habuit caput aureum. Cæt. Caput eius aurum optimū. Brachia & pectus in quibus maior est uirtus, habuit ecclesia de argento tempore martyrij, qui in certamine fortes perstiterunt. Vnde eidem ecclesiæ sponsus ait. Canti. 1. Murenulas aureas faciam tibi, uermiculatas argenteas. Murenulæ sunt catenæ quæ uirgulis auri, & argenteis texuntur. Murenulæ ecclesiæ fuerunt humilitas & paupertas, quas habuit tempore apostolorum & martyrum, quæ ut decoræ magis essent, ipsorum sanguine quasi argento fuerunt uermiculatæ, idest rubricatæ. Argentum cum auro, sanguis martyrum, in quo stolas suas dealbauerunt, cum humilitate & paupertate apostolorum mentis nostræ oculis mirabilem exhibent pulchritudinem, Item ecclesia æs & ferrum habuit in confessoribus, qui sono suæ prædicationis prauitatem hereticam confregerunt. Vnde Moyses Deuteronomij. Ferrum & æs calcamentum eius, scilicet Aser. Aser interpretatur beatus, & significat chorum confessorum, qui ere prædicationis & ferro constanti inuincibilis calceati calcauerunt super serpentes & scorpiones, idest hæreticos & schismaticos. Vnde Hierem. loquitur dominus. Dedi te in ciuitate-

ciuitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æneum super omnem terram &c. Nota ista tria.

Ciuitatem.
Columnam.
Murum.

In ciuitate munita, humilitas, quæ uere munit, & muniendo custodit. In columna ferrea, fraterna charitas quæ sustentat. In muro æneo, patientiæ inuincibilitas, & prædicationis assiduitas designatur. Quia eius sancti confessores, Hieronymus, Augustinus, Hilarius, ceterique ecclesiæ doctores habuerunt ista, ideo fabricatores mendacij denicerunt. Item ecclesia paupercola tempestate conuulsa in facibus mundi quasi in pedibus habet ferrum & lutum, tam in clericis quam laicis. In ferro, auaritia. In luto, luxuria. Moraliter a principio mundi due fuerunt ciuitates, scilicet ecclesia & Babilonia. Statua ista significat mundum, ciuitatem babiloniæ, synagogam sathanæ, quæ quasi imago est, os habet & non loquitur, quia habet ramunculum auaritiæ in ore, oculos habet & non uidet, quia stercus luxuriæ excæcauit eam, aures habet & non audit, quia tanquam serpens unam auriculam applicuit ad terram & aliam cauda obturat ne audiat uocem incantantis. Cuius caput ex auro erat &c. Aurum significat sapientiam mundi uel carnis, quæ insipida est, quia stultitia est apud Deum. Argentum eloquentiam, quæ est Aegypti uiua rana. De his duobus dicit dominus Ezech. Tulisti uasa decoris tui de auro meo & argento meo quæ dedi tibi, & fecisti tibi imagines masculinas, & fornicata es in illis &c. Tunc sibi facit idola quando gratiam sensus & eloquentiam uitæ prauitate corrumpit, & fornicatur in eis, scilicet prælatus, quando uanam gloriam in mundi prostibulo ex ipsis quærit. Aes quia multum sonat, uanam gloriam significat, uel in ære diuitiæ notantur, quæ ualde sonant. Vocauerunt (inquit Psalm. 48.) nomina sua in terris suis.

Vnde

Ezech. 16

Vnde Ezech. Egressum est nomen tuum in gentes. Non in angelos. Non enim exprimitur nomen diuitis & purpurati, sed nomen Lazari pauperis & hulcerosi. Ferrum, obstinationem significat. Vel in ferro potentia designatur, qua confringit pauperes. Sed tu domine dentes peccatorum contriuiisti. Hæc est illa bestia (de qua Danielis. 7.) terribilis, quæ dentes ferreos habebat &c. Lutum significat amorem temporaliū, Vel in luto intelligitur misera caro. Hanc statuam contriuit lapis paruus Iesus Christus, qui (ut subditur) abscissus est de monte, idest natus de uirgine, sine manibus, idest sine opere uirili, & percussit statuam in pedibus, & comminuit eos. Tunc pariter contrita sunt ferrum, testa, æs, argentum, & aurum, & redacta quasi in fauillam, quæ raptæ sunt uento, nullusque locus inuentus est in eis. Sic Christus in primo aduentu suo percussit statuam mundi, quam non ex toto destruxit, sed in die iudicii ex toto destruet. Vel adueniente lapide, idest mortis duritie percutietur & conteretur, & tunc aurum sapientiæ, argentum eloquentiæ, æs diuitiarum, ferrum potentiae comminuetur, & in nihilum redigietur, & a uento dispergetur, quia caro uermibus, diuitiæ parentibus, & anima dæmonibus tradetur. Vnde Apocalipsis. Cecidit cecidit Babylon illa magna, scilicet meretrix, quæ a uino iræ fornicationis suæ potauit omnes gentes, idest inebriauit mundum. Bene ergo dicitur. Iussit eum dominus uænundari & uxorem & filios. Quia ut ibi dicit Glossa, pro cupiditate mundi & carnis operibus malis, quasi uxorem & filios pœnas æternas exsoluet. A quibus nos liberare dignetur. Amen. Sequitur.

Procidens seruus ille, rogauit eum dicens, Patientiam habere in me, & omnia reddam tibi.] Ecce quod interim debet facere peccator dum uiuit, ne post mortem cum uxore & filiis, ad mortis æternæ supplicium ducatur. Nota ista tria.

Procidens,

Rogabat,

Rogabat, &

Omnia reddam tibi.

In quibus confessio, contritio, & satisfactio. Procidere dicitur porro cadere. Porro cadit qui uere conterritur, qui se terram agnoscit. Vnde Psalm. In conspectu tuo cadent omnes qui descendunt in terram. In conspectu tuo non in conspectu Nabuchdonosor, uel statuæ, de qua Danielis tertio. Cadentes omnes populi, adorauerunt statuam auream quam constituerat Nabuchdonosor in campo Duram, quod interpretatur pulchritudo uel loquela. Statua aurea est huius mundi fallax gratia, quæ in pulchritudine exteriori, & loquela fallæ promissionis a diabolo est constituta. Ostendit gloriam, idest promittit pulchritudinem, & sic omnes gentes cadentes a uana gloria adorant transitoria, & in ipsis diabolum. Vnde Matthæi. Hæc omnia tibi dabo si cadens adoraueris me. Qui ergo uult ueniam impetrare, non coram statua cadat, sed coram Iesu cum seruo cadat & procidat. Sequitur. [*Rogabat eum.*] Rogare, est humiliter & deuote aliquid postulare. Confessio debet humilis esse & deuota. Humilis, idest humi acclinans in sui deiectione & accusatione, deuota in prompta satisfaciendi uoluntate. Et tunc poterit dicere. [*Patientiam habere in me, & omnia reddam tibi.*] De qua Apostolus. An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? Ignoras quoniam benignitas Dei ad poenitentiam te adducit? Quisquis has diuitias contemnit, semper pauper & miser erit. [*Et omnia reddam tibi.*] Omnia reddit qui pro omnibus satisfacit, ut pœna respondeat culpæ. Agite (inquit Matt. & Luc. 3.) fructus poenitentiae dignos. Et Iosue dicitur, quod fors Iudæ pertransiit in Syn, quæ interpretatur mensura. Mensura est quicquid.

Pondere,

Capacitate,

Longitudine,

Anima.

Animoque finitur.

Vera satisfactio in se habet quatuor ista. Pondus doloris. Capacitatem dilectionis, quæ capit in se, Longitudinem perseverantiæ finalis. Humilitatem in animo, Vbi hæc omnia concurrunt, præsto est misericordia. Vnde & sequitur. [*Misertus dominus serui illius dimisit eum, & debitum dimisit.*] Nota quod tria facit misericordia Dei, scilicet purificat animam a vitiiis, locupletat charismatibus diuitiis, accumulatur cælestium gaudiorum delictis. Prima harum misericordiarum in contritione cor affligit. Secunda, ad amorem emollit. Tertia, spei supernorum bonorum cor, quasi cælesti rore perfundit, & hoc patet ex triplici huius nominis interpretatione. Dicitur enim misericordia, miserum cor donans, & hoc conuenit primæ misericordiæ. Item dicitur misericordia quasi seorsum mittens rigorem cordis, & hoc secundæ. Item dicitur misericordia quasi mira lenitas rigans corda, & hoc tertiæ. Misertus ergo hac triplici misericordia serui il. di. e. & de. Ideo congruè dicit ecclesia in Introitu. Ego cogito cogita. pa. & non asti. Ecce Misertus dominus serui illius. Inuocabitis. Ecce [*Procidens ser. ro.*] Et ego exaudiam uos. Ecce Dimisit eum. Et reducam ea. Ecce [*Et omne debitum dimisit ei, sequitur. [Egressus seruos ille inuenit unum de conferuis qui debebat ei centum denarios, & tenent suffocauit eum, dicens. Redde quod debes.] Seruus nequam a diuinæ misericordiæ recordatione quæ sibi debitum omne dimiserat egressus uoluit misereri. Bene misereri conferui debuerat seruus cuius dominus misertus fuerat.* Quanta differentia est inter decem milia talentorum, & centum denarios, tanta differentia & longe maior inter peccatum quo offendimus Deum, & peccatum quo offendit nos proximus. Si ergo dominus totius creaturæ tantum dimittit, cur tu tantillum proximo non dimittis? Qui misericordiæ sibi impente obliuiscitur, nullius miseretur. Vnde seruus egressus uel eius egressio obliuionem denotat, Vnde Gene. di-

Gene. 4.

xix

xit Caim ad Abel fratrem suum. Egrediamur &c. Caim interpretatur possessio. Possedit (inquit) Eua hominem. Et significat auarum, qui cum egreditur a facie diuinæ misericordiæ, tenens, suffocat Abel, qui interpretatur luctus, idest pauperem paupertatis luctu afflictum. Moraliter Caim, idest possessor diuitiarum, Abel idest luctum poenitiæ interficit & ipsarum possessorem, qui prior nascitur sicut Caim, sequitur luctus mortis æternæ. Vnde dicitur Daniel. ad Balthasar. Non humiliasti cor tuum. Sequitur. Manethethel, Phares. Mane narrauit. Tethel appendit. Phares diuisit. In iudicio ista tria sunt, scilicet

Peccatorum discussio,

Bonorum omnium exprobratio.

Sententiæ executio.

Et tunc diuisum erit regnum Babylonicum, idest Synagoga peccantium, a regno iustorum, & dabitur Medis, idest dæmonibus suffocantibus. Sequitur.

Procidens seruus eius rogauit eum dicens. Patientiam &c. donec redderet.] O serue nequam eodem uerborum ordine rogasti Deum & dimisit tibi, & de eodem rogatus a conferuo, noluit dimittere ei, sed in carcerem misisti, sed crede mihi ueniet tempus in quo implebitur illud Prouerb. Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, & ipse clamabit & non exaudietur. Carcer est hic mundus, fornax Babylonis. Vnde Dan. Ministri Nabuchodonosor non cessabant succendere fornacem napta, stupa, pice, & malleolis. Naptæ, sunt ossa oliuarum. Stupa dicta eo, quod ex ea stipentur rimæ nauium. Pix a pino arbore de qua fit. Malleoli, sunt sarmenta uinearum. In napta, auaritia, quæ caret oleo misericordiæ, in qua est amurca pecuniæ. Elice oleum, remanet amurca, tolle oleum a patientia, & remanet ipsa incendium mortis æternæ. In stupa, uana gloria, quæ cito transit in fauillam. In pice, quæ terum emittit fumum, luxuria, quæ coinquinat animam, & corrumpit famam. In malleolis superbia designatur.

Superbi

Dan. 5.

Pro. 21.

Dan. 3.

Superbi enim a uera uite, idest Christo sunt præcisi. His quatuor fomentis succenditur fornax Babylonis & ardet totus hic mundus In qua sunt tres pueri, scilicet Sydrach, Misach, & Abdenago. Sed angelus domini extinxit flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis quasi uentum roris flantis &c. In his tribus pueris tres uirtutes designantur, quas qui habuerint, a fornace mundi exhibunt illæsi. In Sydrach qui interpretatur decorus meus, castitas. Cant. 6. Pulchra es & decora (interiori, scilicet & exteriori castitate) filia Hierusalem. Et Gene. 49. Filius accrescens Ioseph & decorus aspectu. Et iterum Gen. Rebecca puella decora nimis. &c. *Gen. 23.* Et de de Rachele *Gen. 29.* Rachel decora facie & uenusto aspectu. In Misach, qui interpretatur quis ut risus, patientia, quæ ridet in tribulatione. In Abdenago, qui interpretatur seruus tacens, obedientia designatur, quæ seruit animo, & tacet a propriæ uoluntatis uerbo. Qui has tres uirtutes habent per angelum magni consilij, & per uentum roris flantem, idest gratiam spiritus sancti, ab igne fornacis, idest incendio uitiorum huius mundi liberantur. Sequitur. [*Videntes autem conserui contristati &c que facta fuerant.*] Conserui (ut dicit ibi interlinearis) sunt prædicatores Euangelij, uel angeli qui referunt Deo gesta hominum. Vnde angelus ad *Dan. 10.* Dan. Ex die primo quo posuisti cor tuum ad intelligentiam ut te affligeres in conspectu domini Dei tui, exaudita sunt uerba tua, & ego ueni propter sermones tuos. Glossa. Postquam cœpisti lachrymis, ieiunio, & orationibus inuocare misericordiam Dei, ego orationem accepi ut pro te oraturus ingrederer in conspectu domini Dicitur in naturalibus, quod sunt quatuor animalis quæ tantum uiuunt de quatuor elementis. Allec, qui est piscis, uiuit in sola unda. Chamæleon, de solo aere. Salamandra, de solo igne. Talpa, de sola terra. De Chamæleon te dicit Solinus, quod neque cibum capiat, neque poru alatur, nec alimento alio quod haustu aeris. Animal est quadrupes, incesu pigrum, cui fere idē qui

&

& testudinum motus, corpus asperum, color uarius, & in momento mutabilis, ita ut cuiunque ferei adiunxerit, concolor ei fiat. Colores duo sunt, quos fingere non ualet, scilicet ruber & candidus, ceteros facile mentitur. Latet hyeme, prodit uere. A quocunque interfectus est uictorem suum perimit interemptus. Nam simul ac modicum ex eo ales ederit illico moritur. Sed si coruus uel alia auis, quæ nomen a sono gutturis habet, de eo comederit, habet præsidium ad medelam, natura manu porrigente. Nam cum afflictum se intelligit, sumpta frondelaurea recuperat sanitatem. In Chamæleonte uir contemplatiuus designatur, qui solo aere, idest dulcedine contemplationis uiuit. Vnde dicit cum Apostolo Philip. 3. Nostra conuersatio in cælis est, & Iob. *Iob. 7.* Suspendium elegit anima mea. Suspendium est eleuatio uisionis ad dominum. Vir iustus fune diuini amoris eleuatur a terrenis, & pender in aere dulcedine contemplationis, & tunc quasi totus efficitur aer, nihil habens de carne, idest carnalitate. Vnde dicitur *Mat. 2.* Matth. de Ioanne Baptista quod erat uox clamantis in deserto. Vox est aer, & Ioannes aer non caro erat, quia nihil carneum, sed totum quod sapiebat erat celeste. Vnde *Exod. 24.* Exod. dicitur quod sub pedibus domini erat quasi opus sapphirini lapidis. Pedibus, idest humanitati Christi sunt suppositæ quasi scabellum mentis iustorum. Vnde *Luc. 10.* Luc. Maria sedebat ad pedes &c. & tales mentes sunt quasi opus lapidis sapphirini. Notentur ista tria. Opus, propter laborem. *Prouer. 24.* Præpara foris opus tuum, & exerce diligenter agrum tuum, idest uitam, ut postea ædifices domum tuam, idest conscientiam tuam. Lapidis, propter mentis constantiam. Vnde *Zach. 3.* Zach. Super lapidem unum septem oculi sunt, idest in uiro constanti septiformis gratiæ dona. Sapphirini, propter contemplationis dulcedinem. Vnde dicitur *Ezech. 10.* Eze. In firmamento quod erat super caput Cherubin quasi lapis Sapphirus. Super caput idest mentem, Cherubin idest iustorum, qui sunt pleni scientia, quæ sola scit scire, sola scientes facere.

facere. Et nota quòd Ezechiel appellat in principio quatuor animalia, hic autem Cherubin. Ideo autem nomine angelorum appellat animalia, quia pennata erant. Vnde sciendum quòd nec pedes nec rostrum auium, sed alas tantum habere describuntur. Iusti enim uiri nò habent sicut aues ungues curuos rapinæ & uolentia, nec rostrum laniationis & detractionis fraternæ, sed tantum alas contemplationis diuinæ, ad quod designandum natura non curuos sed planos ungues dedit homini. Dicitur in naturalibus quòd aues curuorum unguum cum uiderint pullos suos posse uolare, percutiunt eos, & eijciunt eos a suis nidis, & quando ungues eorù completi fuerint, non sunt solliciti super ipsos. Sic quidam auari & in misericordes faciunt, qui ut uiderint pauperes & infirmos aliquantulum conualescere, & (quod peius est) in ipsa infirmitate a domo propria eijciunt. Super ergo caput Cherubin est lapis sapphirus, quia mentem iustorum decorat & illuminat contemplationis beatitudo. Salamandra dicta eo quòd contra incendia ualeat, hæc si se arbori irrexerit, omnia poma illius uenenat, & ideo solum non uritur incendio, sed illud extinguit. Hic dicitur stellio, de quo Salomon *Prov. 30* uerb. Stellio manibus nititur, & moratur in ædibus regum. Stellio a calore dictus est. Est enim corpore pictus lucentibus guttis in modum stellarum. In Salamandra uir contemplatiuus designatur, qui solo igne charitatis uiuit. Vnde *Eccle. 48.* Surrexit Helias propheta quasi ignis &c. Quia opus & uerba uiri iusti ardent charitate. Vnde recte dicitur Stellio, quia stellis, idest charitate in claritate boni operis lucidus. Hic nititur manibus, idest operibus quo ad proximum, & moratur in ædibus regum, scilicet contemplatione quo ad Deum. Item Talpa dicta eo quòd sit damnata perpetua cæcitate. Est enim absque oculis, terram semper fodiens. Quia de charitate quæ est uita animæ disposuimus, ideo si quid ad ipsius ædificationem in istorum natura inuenire possumus, hic ponere uolumus.

Ideo

Ideo notandum quòd charitas in quatuor maxime consistit.

Cordis compunctione.

Gloriæ contemplatione.

Proximi dilectione.

Propriæ uilitatis recordatione.

In talpa ergo uir despectus & solitarius designatur, qui de sola terra uiuit, qui seipsum terram & peccatorem agnoscit, illius maledictionis non immemor. Terra es, & in terram ibis. Hic in huius exilij cæcitate terra tantum est contentus, quia non aliorum carnem comedit, idest peccatores non damnat & iudicat, sed peccata sua tantum in amaritudine animæ suæ considerat, omnes cupiens esse in uisceribus Iesu Christi, ut Apostolus Philip. 1. In allece paruo pisciculo, humilis pœnitens designatur, qui ex sola unda lachrymarum uiuit. Vnde cum propheta dicit *Psal. Lauabo per singulas noctes*, idest singula peccata quæ noctem æternam inferunt, lectum meum id est conscientiam meam. Lachrymis meis stratum, idest corpus pœnitentiæ afflictum, rigabo ut germinet herbam uirentem & facientem fructum. De hoc quære in principio alibi. Qui humilis pœnitens de sola unda lachrymarum uiuit, aperte habes Daniel. 10. ubi ait, Ego Daniel lugebam trium hebdomadarum dies panem desiderabilem non comedebam, & caro & uinum non introierunt in os meum, sed neque unguento unctus sum, donec complerentur trium hebdomadarum dies. Nota quòd ex nimio fletu.

Oculus obscuratur.

Caput conturbatur.

Facies attenuatur.

Sic uere pœnitentis oculus quia deprædatur animam eius, obscuratur ne uideat mulierem ad concupiscendum eam, & clauditur ne mors intret per fenestras eius. Caput idest mens pro commissis conturbatur. Figura de filio Sunamitidis. 4. Reg. 4. dicente: Caput meum do-

Ser. Do. S. Ant. de Pad.

P p


lea

leo. Et David Psal. 72. Defecit caro mea & cor meum, ubi repetitio doloris significat uehementiam. Facies in carnis maceratione attenuatur. Vnde dicit. Defecit caro idest opulencia carnis, & cor meum, idest superbia cordis mei. Hæ sunt tres hebdomadæ, quibus luget pœnitens. Vel trium hebdomadarum diebus luget qui in tribus, scilicet corde, ore, & opere, sanctam trinitatem offendit. Sequitur in Daniele. Panem desiderabile non comedebam. Glos. A cibus delicatis abstinuit, quod nobis faciendum est multo magis tempore ieiunij. Qui enim utuntur illicitis, abstinere debent etiam a licitis. Vel panis desiderabilis est pompa secularis, quam plures desiderant, de qua Salomon Prouerb. Suavis est homini panis mendacij, idest pompæ secularis, quæ se mētitur esse aliquid cū nihil sit. Postea implebitur os eius calculo, idest pœna æterna. Vnde Job. Panis eius in utero illius uertetur in fel aspidum. Hunc panem non comedit pœnitens, immo dicit Psal. 101. Cinerem tanquam panem manducabam. Glos. Cinerem, idest reliquias peccatorum tanquam panem manducabam, idest pœnitendo consumebam, quia & tenuia & leuia peccata per pœnitentiam sunt consumenda. Et poculum meum, idest temporalem iocunditatem cum fletu miscebam. Vnde subdit Daniel. Caro & uinum (in quibus notatur carnis concupiscentia & mundi glōria) non introierunt in os meum. Caro dicta quasi cado, uinum dictum eo quod potatum uenas cito repleat. Neque unguento unctus sum: Super his habes concord. Amos. Væh qui comeditis agnum de grege, & uitulos de medio armenti, qui cantis ad uocem Psalterii, bibentes uinum in phialis & optimo unguento delibuti &c. Omnia illa non facit pœnitens, donec compleantur trium hebdomadarum dies, idest donec plenarie pro peccatis satisfaciatur & a sancta trinitate remissionem accipiat. Sequitur. [Tunc uocauit eum dominus suus & ait illi. Serue nequam omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me. Nonna ergo &c.] Ex huius

ius euangelij lectione habetur aperte quod peccata dimissa redeunt, dicente etiam Ambrosio. Inuicem si alter in alterum peccet. Alioqui Deus repetit dimissa. Si enim in his contemptus fuerit, sine dubio reuocabit pœnam quam per misericordiam deleuerat, sicut patet hic in Euangelio, quando seruum nequam tradidit tortoribus &c. Quia non solum peccata quæ homo egit post baptismum reputantur ei ad pœnam, sed etiam peccata originalia quæ in baptismo ei dimissa sunt. Item Gregorius. Ex dictis Euangelicis constat quod si ex corde non dimittimus quod in nos delinquitur: Deus etiam hoc rursus exigit quod iam nobis per pœnitentiam dimissum fuisse gaudebamus. Item Augustinus. Dicit dominus. Dimitte & dimittetur tibi. Si ego prius dimisi, dimitte uel postea. Nam si non dimiseris, reuocabo te, & quicquid dimiseram, multiplicabo & replicabo tibi. Idem. Qui diuini beneficii est oblitus, & suas uult iniurias uindicare, non solum de futuris peccatis ueniam non merebitur, sed etiam præterita quæ iam sibi dimissa credebat, ad uindictam ei replicabuntur. Item Augustinus. Redire peccata dimissa ubi fraterna charitas non est, aperitissime dominus ex Euangelio docet. Huic sententiæ opponitur sic. Si quis pro peccato de quo pœnituit, & indulgentiam accepit, iterum punitur, non uidetur iniustum, si punitur pro eo quod peccauit, & non emendauit, iustitia enim est aperta. Si uero requiritur quod fuerat condonatum, uel iniustitia est, uel iustitia occultatur. Videtur etiam Deus bis idipsum iudicare, & duplex tribulatio consurgere, quod scriptura negat. Nec Deus iudicat bis in idipsum. Hoc tamen fieret, si post condignam satisfactionem, & sufficientem pœnam iterum puniret. Sed dicitur, quod non satisfecit digne qui non perseverauerit. Debet enim iugem peccati habere memoriam, non ad faciendum, sed ad cauendum. Non debet obliuisci

retributiones Dei, quæ tot sunt quot sunt, peccatorum remissiones. Tot ergo debuit cogitare dona Dei, quot mala sua, ac pro illis usque in finem gratias agere. Sed quia ingratus, ideo peccatum dimissum reuocauit. Rogemus &c.

DOMINICA. XXIII. post Trinitat,
De infidiosa Phariseorum quaestione,
qua suis ipsorum laqueis phariseos captos confundit,

Mat. 22
Osee. 8.
 *Beantes Pharisei consiliu inierunt, ut caperent Iesum in sermone &c.]* Matt. Dicit Osee. In gutture tuo sit tuba quasi aquila super domum domini pro eo quod transgressi sunt foedus meum & legem meam, Notentur ista.

- Guttur,
- Tuba.
- Aquila,
- Domus.

Tuba prout scribitur Numeri. 10. ad tria conuocabat, scilicet ad bellum, epulum, & festum. Tuba est praedictio. Vnde Amos. 3. Si clanget tuba in ciuitate, quis non expauescet? Signum est magnae obdurationis, cum populus audit praedicationis tubam aeternam mortem comminantis, & non expauescit. Sunt enim tales sicut aspis surda, quia unam aurem infigunt terrenis, & alteram obturant cauda concupiscentiae carnalis ne audiant uocem tubae terribiliter cantantis. Vnde de talibus praedicatoribus dicit Mich. In Geth nolite annunciare lachrymis ne ploretis. In domo pulueris, puluere uos conspergi-

Mich. 8.

cc.

te. Geth interpretatur torcular & significat huius mundi superbos & auaros, qui tanquam torcularia opprimunt & emungunt pauperes & inopes. Quibus dicitur Mich. Violenter tollitis pelles eorum desuper eis, & carnem eorum desuper ossibus eorum. Et plura alia ibi. Istis nec tuba praedicationis debemus annunciare, nec lachrymis plorare, quia nec tuba cordis duritiam flectere, nec lachrymae ignem auaritiae ualent extinguere. Ideo idem propheta cap. 6. Adhuc ignis in domo impij, thesauri iniquitatis, & mensura minor, irae plena, &c. Vbi malicia auari denotatur, quia alia mensura uendit & alia emit. Sequitur. In domo pulueris, idest poenitentis pauperuli, & spiritu contriti, qui se cognoscit puluerem. O praedicatores puluere uos conspergite, idest uestrae humilitatis exemplum ostendite, quia ut dicit dominus Matth. Pauperes euangelizantur non diuites, humiles, non superbi. Tumor enim infusa repellit. Tuba ergo, idest praedictio, quae uocat ad bellum contra uitia, de qua Iohe. 3. Clamate haec in gentibus, sanctificate bellum, suscite robustos. Ascendant, accedant omnes uiri bellatores. Concidite aratra uestra in gladios, & ligones uestros in lanceas. Infirmus dicat, quia ego sum fortis. Cum dominus interna inspiratione loquitur in praedicatoribus, tunc ipsi clamant in gentibus, idest gentiliter uiuentibus, sanctificate bellum, quod fit cum quis prius uitia deponit, & post contra spiritualia nequitiae tela in caelestibus certamen assumit. Qui enim discernit, sentit. Robustos suscitatur, qui firmum propositum non relabendi habet. Viri bellatores tunc ascendunt, cum quinque corporis sensus qui prius erant quasi foeminae animam effeminantes, modo tanquam uiri bellatores ascendunt castis & castitatis moribus, qui prius solebant descendere in profundo uitiorum. Aratra in gladios, & ligones in lanceas concidunt, qui linguam detractionis

Matth. 11.

qua ueluti arator uitam aliorum solebat sulcare, uertit in gladios confessionis & propriæ accusationis, & ligones terrenæ sollicitudinis & priuati amoris uertit in lanceas charitatis. Et sic qui infirmus fuerat & effœminatus, potest dicere, fortis ego sum & potens ascendere ex aduerso, & stare in bello in die domini.

Iohel. 2. Item secunda tuba prædicationis conuocat ad epulum pœnitentiæ, de quo Iohel. Nolite timere animalia regionis, quia germinauerunt speciosa deserti, quia lignum attulit fructum suum, ficus & uinea dederunt uirtutem suam. Et filia Sion lætamini in domino Deo uestro, quia dedit uobis doctorem iustitiæ, & descendere faciet ad uos imbrem matutinum & serotinum, sicut in principio. Et implebuntur aræ frumento, & redundabunt torcularia uino & oleo. Et reddam uobis annos quos comedit locusta, bruchus, & rubigo, & æruca. Animalia regionis sunt peccatores conuersi, qui de regione longinqua dissimilitudinis conuersi sunt ad misericordiam Dei patris. De quibus

Psa. 67. Psalm. Animalia tua habitabunt in ea, idest ecclesia sancta quæ est regio similitudinis. Istis ne de ægritudine desperent, dicitur. Nolite timere, quia germinauerunt speciosa deserti. Desertum dicitur derelictum a frequentia hominum, uel quia non seretur, & significat pœnitentiam, quæ hodie raro a uero pœnitente colitur. Habitatores deserti sunt uiri pœnitentiæ, qui germinant in contritione. Sicut enim germen est initium floris, sic ipsi semper incipiunt, & de die in diem se renouant. Nolite ergo timere animalia regionis, quia sicut illi, ita & nos eritis speciosi. Vnde sequitur. Lignum attulit fructum suum. Nota ista tria. Lignum, ficum, uineam. In homine tria sunt membra, a quibus quicquid intus uel foris agit, procedit, scilicet cor, lingua, & manus. Cor pœnitentis est quasi lignum faciens fructum contritionis. *Ma. 27.* Iste est omnis fructus ut auferatur peccatum eius. Contritio dicitur omnis fructus,

pro

pro eo quod omne peccatum aufert, ita tamen si habeat firmum propositum consistendi. Vnde statim sequitur ibidem. Cum posuerit omnes lapides altaris, sicut lapides cineris allisos, non stabunt uici & delubra. Altare dicitur ara alta. Ara eo quod ibi ardeat uictima. Altare est superbia, luxuria, & auaritia, quæ que runt alta, & in quibus ardet infelix anima. Hoc est altare Baal, qui interpretatur superior aut deuorator, quod bene altaris etymologiæ concordet. Lapidem ergo altaris sunt peccata superbiæ, luxuriæ, & auaritiæ, quæ confitens debet ponere coram sacerdote quasi lapides cineris allisos, ut omnia distinctè subtiliter tam peccata quam circumstantias peccati confiteatur, & sic non stabunt uici, idest imaginationes, & delubra idest peccati delectationes. Lignum ergo attulit fructum suum. Sequitur. Ficus & uinea &c. Ficus a fecunditate dicta linguam significat, quæ est fecunda uerbis. Circa hanc ficum debemus stercora, idest confessionem peccatorum ponere, ut uirtutem suam, scilicet confessionem ualeat dare. Uinea, est manus quæ digitos tanquam palmites extendit. Digni dicti qui decem sunt, uel quia decenter iuncti existunt. Extendat ergo manum operationis pœnitens ad præcepta decalogi, quæ decenter sunt iuncta. In prima enim tabula præcepta quæ ad Dei dilectionem pertinent, erant scripta. In secunda quæ ad proximum. quæ cum sibi in simul coniunguntur, ualde idonea existunt. Et ideo o pœnitentes qui estis filii Sion, idest ecclesiæ, exultate corde & lætamini opere in domino Deo, non in alijs rebus, quia dedit uobis doctorem iustitiæ, idest spiritum gratiæ, qui docet uos facere iustitiam de uobis ipsis, & descendere faciat ad uos imbrem matutinum & serotinum. Vbi dicit Glossa. Matutinus imber est fides, serotinus, perfectio operum. Vel imber matutinus est cognitio Dei, quæ post fidem datur, serotinus, plenitudo eiusdem cognitionis. Et imple

pp 4 buntur

buntur areæ frumento : Per areas significantur mentes, ubi fit separatio pallearum, idest uitiorum, & sic abundant frumento bonorum operum, & per pressuram quam sustinent, abundant oleo misericordie, & uino consolationis. Et reddam uobis annos &c. Locusta dicta eo quod pedibus sit longa ut hasta. Bruchus quasi in bucca totus. Rubigo uitium quo pereunt segetes. Eruca ab hærendo dicta frondium uermis, quæ suo incessu pruriginem excitat in carnem. In locusta, superbia. In brucho, gula. In rubigine, ira & inuidia. In Eruca, luxuria designatur. Hæc sunt quæ deuorant bona opera nostra, quæ facta fuerant in charitate. Sed cum ad pœnitentiam redimus, dominus reddet nobis annos, idest ubertatem bonorum operum. Quia opera quæ facta fuerant in charitate, sed per subsequentem culpam mortificata, reuiuiscunt in pœnitentia, ad cuius epulum conuocans tuba conuocat. Item conuocat tertio ad festum gloriæ. Vnde Naum. Ecce super montes pedes euangelizantis & annunciantis pacem. Celebra Iuda festiuitates tuas &c. Qui cœlestis gloriæ festiuitatem euangelizat, uere pacem annunciat. Quam qui prædicat, non in ualle stat uoluptatis ad quam fæces decurrunt, sed super montes uitæ excellentis, quia ibi steterunt pedes domini. Celebra inquit Iuda &c. Iuda est pœnitens, qui hic celebrat epulum pœnitentiæ, transit ad celebrandam festiuitatem cœlestis gloriæ, in qua securus domino reddit uota canens cum angelis, non timens quod belial, idest stimulus carnis uel tentatio dæmonis ultra affligat eum, quia uniuersus interijt. Vnde Iohel. Hierusalem sancta, & alieni non transibunt amplius per eam. Glossa. Post diem iudicij Hierusalem constans ex angelis & hominibus erit absque ulla contaminatione, quam prius contraxerat ex commixtione malorum. Et alienus, idest diabolus uel aliqua praua cogitatio, non reperiet uiam in iustis habentibus Dei pacem. Dicamus ergo. In gutture

Num. 1.

Iohel. 3.

tuo &c. idest mente non tantum ore, ut tu sis quasi aquila super domum domini.

Notentur ergo in hoc euangelio duo, scilicet Pharisæorum astutia uel nequitia, & Christi sapientia. Primum ibi, [*Abeuntes, Secundum,*] ibi, [*Cognita autem Iesus nequitia &c.*] Quo ad primum nota, quod Pharisæi interpretantur diuisi, & significant superbos ecclesiæ prælatos, de quibus dicitur Osee. Separatum est conuiuium eorum, fornicatione fornicati sunt conuiuium sanctorum est non tantum sua, sed alterius peccata plangere, ad æterna suspirare, dulcedinem internæ beatitudinis degustare. Ab isto conuiuio separatum est conuiuium Pharisæorum, qui fornicatione fornicati sunt. Vnde Osee. In domo Israel uidi horrendum. Ibi fornicationes Effraim contaminatus est Israel. Item Osee. 10. Diuisum est cor eorum, nunc interibunt &c. Vnde. 1. Paralitic. 13. de Hieroboam, qui interpretatur diuisio. Quem percussit dominus & mortuus est. Item dominus confringet Pharisæorum simulacra, idest hypocritism & iactantiam, & depilabit aras, idest diuitiarum opulentiam, & carnis petulantiam, super quibus diabolo sacrificant. De istis ergo dicitur. [*Abeuntes Pharisæi &c.*] Sed quo abierunt? Vxor fornicaria dicit Osee. 2. Vadam post amatores meos qui dant mihi panes, & aquas meas, & lanam meam & linum meum, oleum meum, & potum meum. Vxor fornicaria est quælibet anima spiritualiter fornicans, quæ post amatores suos uadit, cum carnis sensibus obedit. Per panem intelligitur delectatio & prosperitas secularis. Vnde Iob. Abominabilis fit ei in uita sua panis. Per aquam, luxuria. Iob. 40. Sub umbra dormit, in secreto calami, & in locis humentibus. Per lanam, innocentia in superficie. Vnde Leui. dicitur, quod albor in cute lepra est. Per linum, subtilitas decipiendi. Vnde Isa. 19. Confundentur qui operabantur linum, plectentes & texentes subtilia. Vnde

Osee. 2.

Osee. 6.

Iob. 33.

Leuit. 13.

de

de dicitur quod linum molle sit & lene. Per oleum, adu-
 latio. Vnde Psal. Oleum autem peccatoris non impin-
 guet caput meum. Ecce quod Pharisei abierunt. Sed
 consilium inierunt. de quo Isai. 30. Vah filii deser-
 to res dicit dominus, ut faceretis consilium, & non ex me, & or-
 diremini relam, & non per spiritum meum &c. Deserto-
 res sunt illi, de quibus Osee. Fornicatus est Effraim, id-
 est laici, contaminatus Israel, id est clerici. Non dabunt
 cogitationes suas ut reuertantur ad dominum suum, quia
 spiritus fornicationum est in medio eorum, & dominum
 non cognouerunt. Ut faceretis consilium, & non ex me.
 Vnde dominus Osee. Ipsi regnauerunt, & non ex me,
 principes extiterunt, & non cognoui. Et ordiremini te-
 lam. Vnde Osee. 8. In aranearum telas erit vitulus Sa-
 mariae, quia ventum seminabunt, & turbinem merent. Si-
 cut tela aranearum uento dissoluitur, sic vitulus Sama-
 riae. i. clericorum petulantia in nihilum redigetur. Sicut
 uentus turbinum mouet puluerem eleuando, ita amor ter-
 poralium, qui est quasi quidam uentus, mouet & ducit
 turbinem elationis, & damnationis aeternae, & non
 per spiritum meum. Vnde Isa. 63. Ipsi ad iracundiam pro-
 uocauerunt & afflixerunt spiritum sancti eius, & con-
 uersus est eis in inimicum. Sequitur. [Ut caperent eum in ser-
 mone.] Sic hodie capere nituntur Pharisei Iesum praedi-
 cantem in sermone ad populum. Faciunt enim sicut fecit
 Amasias, de quo Amos. Misit Amasias sacerdos Bethel
 ad Hieroboam regem Israel, dicens. Rebellauit con-
 tra te Amos in medio domus Israel. Non poterit ter-
 ra sustinere uniuersos sermones eius. Haec enim di-
 cit Amos. In gladio morietur Hieroboam, & Israel ca-
 ptius migrabit de terra sua. Et dixit Amasias ad A-
 mos. Qui uides gradere, fuge in terram Iuda, & come-
 de ibi panem, & ibi prophetabis. Hoc nostri temporis
 Pharisei solent dicere praedicatoribus cum eorum ma-
 licia ab eis reprehenditur, & ad superiorem de eis que-
 rimoniā mittunt. Qui audit, audiat. &c. Sequitur.

[Et mittunt ei discipulos suos cum Herodianis.] Erat ergo
 seditio in populo ut ibi dicit Glossa, aliis dicentibus da-
 ri tributa debere pro securitate & quiete, cum Romani
 pro omnibus militent, Phariseis contra dicentibus
 non debere populum Dei qui decimas soluit, & caete-
 ra quae lex dicit, humanis legibus subiacere. Et Pha-
 risaeorum discipuli cum Herodianis coniunguntur,
 quia discipuli diuisionis cum a uera gloria diuidun-
 tur, fere inani gloriae & transitoriae coniunguntur.
 De qua concord. Osee. Effraim qua auis auolauit &c. Osee. 9.
 Multi hodie sunt qui quandiu sunt implumes, id est
 pauperes & ignobiles, stant in nido humilitatis, sed
 cum habent alas & plumas, id est diuitias & dignita-
 tes, auolant & superbiunt, & gloria eorum in alis,
 cum deberent omnes attendere quanta fuerit miseria
 eorum in conceptu & nutritione, & educatione. Item
 Osee. Ligauit spiritus eius in alis suis Alae sunt intellectus,
 & affectio. Intellectus uolat per campum ueritatis,
 affectio per dilectionem boni, sed utrunque ligat spi-
 ritus uanae gloriae. Sequitur. [Magister, scimus quia uerax
 es.] Magister dicitur quia maior statione. Nam fletu
 graecae, statio dicitur latinae. Magistrum uocant, ut qua-
 si laudatus mysterium cordis sui simpliciter aperiat,
 eosque uelit habere discipulos. Quia uerax es & uiam
 &c. de qua Psal. Dirige me in ueritate tua. Errores fu-
 gientem in ueritate ut recte uiuam & pie, sicut ueritas
 exigit. Et doce me ipsam ueritatem, & non est tibi
 cura de aliquo. Eo prouocant ut Deum magis quam
 Caesarem timeat, & non debere solui tributa dicat, ut
 inde quasi auctor seditionis fiat. Non enim respi-
 cis personam hominum. Ababuch. i. Mundi sunt ocu-
 li tui ne uideas malum &c. Persona dicta eo quod per
 se una est. Dic nobis quid tibi uideatur, haec cen-
 sum dare &c. De hac quaestione erit satisfaciendum in
 sequentibus. Multi enim ambulant, scilicet Pharisei,
 qui sunt inimici crucis Christi, pro quorum perdi-
 tione

Phil. 3. tione fiebat Apostolus Philip. Quorum Deus uenter est &c. Nota, per similitudinem Deo comparatur uenter, quia illis solet templa construi, altaria erigi, ministri ad seruiendum ordinari, pecudes immolari, thura cremari. Deo siquidem uentri templum est coquina, altare, mensa, ministri, coci, immo late pecudes, costæ carnes, fumus incensorum, odor saporum. Hæc in Hierusalem non construuntur, sed in Babylonia, quia quorum Deus uenter est & gloria in confusione erit eorum. Ipse enim princeps coquorum qui muros Hierusalem destruxit, transtulit uasa domus domini in uasa palatii) & ut uerius dicam) uasa mentis diuinæ fecit uasa coquinæ. Ait enim Apostolus. 1. Corin. Templum dei sanctum est quod estis uos.

1. Cor. 3. In hoc templo uasa sunt corda, quæ tunc sunt uasa templi dei, cum plena uirtutibus placet diuinæ uoluntati. Fiunt autem uasa palatii, quando placere student curibet humanæ potestati. Fiunt etiam uasa coquinæ, dum qui prius sobrietati seruiert, postea gulæ seruit.

1. Th. 4. re. Threno. Qui nutriebantur croceis, amplexati sunt stercorea. Crocus in oriente nascitur, & colorat & saporat. In croceis igitur nutriuntur, qui in initio conuersionis suæ interius sapore uirtutum reficiuntur, exterius exemplo boni operis colorantur. Sed ij qui sic in croceis nutriuntur, amplexantur stercorea dum post opus pietatis & continentia reuocat eos uentris cura. Et sic quandoque ut qui in domo sua ante conuersionem sobriè uixerunt, postmodum in monasterio gulosi fiunt. Placatur Deus uenter diuersorum hostiis ferculorum, inclinatur a rumoribus, excitatur saporum generibus, demulcetur confabulatione, non oratione gratulatur, somnolentia delectatur. Itaque habet monachos, canonicos & conuersos, qui ei obnixius seruiunt, eos scilicet qui sub otio ecclesia remissa uiuunt, qui non querunt secretas orationes, sed fabulosas otiosorum confessiones, inter quos non audiuntur singulus & sua spiria

spiria compunctæ mentis, sed risus & cachinnationes & ructus ingurgitati uentris. Tales abeuntes inuentur consilium, in quo non inueniatur anima mea. Sequitur.

Cognita autem nequitia eorum, Iesus ait, Quid me tentatis hypocritæ?] qui aliud in corde, aliud habetis in ore. Omnis (inquit Isa. 9.) hypocrita nequam &c. Sequitur. Ostendite numisma &c. Nota ista tria, denarium, imaginem & superscriptionem. Sicut denarius imagine regis, sic anima nostra sanctæ Trinitatis imagine signatur. Vnde *Psal. 4.* Signatum est super nos lumen uultus tui, id est lumen gratiæ qua reformatur imago tua in nobis. quæ tibi similes sumus. Signatum, id est impressum rationi, quæ est superior uis animæ, quæ similes sumus Deo, cui impressum est lumen illud ut signum cæcæ. Vultus ergo Dei, ratio nostra accipitur, quia sicut per uultum quis cognoscitur, ita per speculum rationis agnoscitur Deus. Hæc autem ratio per peccatum deformata est, propter quod homo dissimilis factus est Deo, sed per gratiam Dei reparata. Vnde Apostolus *Eph. 4.* Renouamini spiritu mentis uestræ. Nota concord. super hæc *Zach. 4.* Vidi (inquit) candelabrum aureum, id est animam, quæ tota dicitur aurea, in quantum ad imaginem & similitudinem dei facta. Et lampas eius super caput ipsius. Lampas est infusio gratiæ qua anima illuminatur. Vnde de uiro iusto hac lampade illuminato dicit *Iob. 12.* Deridetur iusti simplicitas. Lampas contempta apud cogitationes diuorum, parata ad tempus statutum. *Greg. Iusti simplicitas & lampas dicitur contempta.* Lampas, quia interius lucet in conscientia, contempta, quia apud mentes carnalium abiecta existimatur, & a duplicibus quasi fatuitas reputatur, quasi mortuos reputant, quos non secum carnaliter uiuere pensant. Statutum contemptæ lampadis tempus est æterni iudicii dies prædestinatus, quo iustus quisque qui nunc despicitur, quanta potestate fulgeat demonstratur.

Sequitur

Mat. 7.

Sequitur. Septem lucernæ & septem infusoria. Septem lucernæ sunt septem beatitudines. Septem infusoria sunt septem uerba Christi prolata in cruce, quæ omnia adinuicem cõcordemus. Beati pauperes spiritu &c. Pater, ignosce illis quia nesciunt quid faciunt. Beati mites &c. Amen dico tibi, quia hodie mecum eris &c. Beati qui lugent &c. Mulier, ecce filius tuus, deinde dixit discipulo, Ecce mater tua. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam &c. Heli heli lamazbathani, hoc est, Deus meus &c. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Sitio. Beati mundo corde &c. Consummatum est. Beati pacifici &c. Pater, in manus tuas commendo spiritum &c. Qui paupertate spiritus induitur, uere cum Iesu Christo pro se persequentibus potest orare, dicendo. Pater ignosce illis, quia &c. Qui spiritu est humilis, in se delinquenti ignoscit, preces fundit. Econtrario facit Edom, id est superbus peccator. De quo Amos. Super tribus sceleribus Edom & super quatuor non conuertam eum &c. Usque Aedes Bosre. Primum peccatum est mala cogitare. Secundum, consentire. Tertium, opere complere. Quartum, non poenitere. Qui in tribus prioribus peccat, si poeniter conuertit eum dominus ad uultum clementiæ suæ. Si uero non poeniter, auertitur ab eo uultus clementiæ. Edom (ut dicit Glos.) ipse qui & Esau & Seir. Iste persecutus est Iacob, ita ut timore eius sugeret in Me Ioporamiam, & non seruauit in eo uiscera misericordiæ. Et odium quod fuit in patre, seruauerunt Idumæi geniti ab eo contra filios Iacob, ut egrediētibus de Aegypto ne per transitum quidem in terram sanctam concederent, in hoc uiolantes misericordiam ut fratres esse nescirent. Hoc totum faciunt illi qui odiunt fratres suos, qui nõ sunt pauperes spiritu, & ideo mittet dominus ignem ghennæ in Theman, quod interpretatur auster, id est in illos qui tempore mundanæ prosperitatis disoluuntur, & deuorabit ædes Bosre, quod interpretatur mu-

rita,

rita, id est illos qui excusationibus se muniunt ut remaneant in peccatis. Moraliter. Edom interpretatur sanguineus, & significat carnem nostram, quæ gloriæ, & luxuriæ sanguine delectatur. Hæc persequitur in gladio concupiscentiæ fratrem suum Iacob, id est spiritum nostrum, & uult uiolare misericordiam eius a Deo debitam, & ideo orat ad dominum, dicens Gene. Erue me de manu fratris mei Esau, quia eum timeo &c. Spiritus carnem timet, & ideo de eius concupiscentiæ manu erui orat, quæ si ad consensum peruenit, percutiet matrem cum filiis, id est rationem cum affectibus, uel ipsam animam cum bonis operibus. Item illi mitis est, qui nec afficit nec afficitur opprobrijs, non scandalizat nec scandalizatur, qui cum bono latrone, immo confessore audire merebitur, Hodie mecum eris in paradiso, quæ est terra uiuentium, quam possidet mitis. Hanc terram non possidebunt auari, qui tanquam bestiæ immites mentem suam dilaniant, in acquirendo, alios scandalizant in rapiendo, & ideo non sibilum auræ tenuis, scilicet Hodie mecum eris in paradiso, sed tonitruum diuinæ maledictionis, scilicet Ite maledicti in ignem &c. audire merebuntur. Vnde de talibus dicitur Zacha. Leua oculos tuos (inquit angelus) & uide quid est hoc quod egreditur. Et dixi, quidnam est? Et ait. Hæc est amphora egrediens. Et dixit. Hic est oculus eorum &c. Per amphoram intelligitur auaritia, cuius os non clauditur, sed semper est apertum in ambitu temporalium. Hic est oculus in uniuersa terra, quia omnes scientes sunt & cognoscentes auaritiam, & ad illam habent oculos. Comes auaritiæ est massa plumbi, siue globus in ore, scilicet pœna æterna, quæ nec transglutiri, nec eijci potest. Duæ mulieres sunt rapina, & furtum. Rapina attenditur in altis personis, furtum in minoribus, hæ dicuntur habere alas milui, qui rapinæ intendit. Miluus dicitur quasi mollis auis, & uiribus & uolatu rapa-

Gene. 32

Zach. 5.

rapacissimus & domesticis insidiatur auibus. Et ideo significat rapacem elatum. Ista amphora leuatur inter cælum & terram: quia auarus nec in cælo cum angelis, nec in terra cū hominibus, sed in aere cū Iuda proditore & dæmonibus elegit sibi locū. Hæc mulieres nō dimittunt auarū donec constituant in campum Sennar id est in loco foetoris id est in inferno. Sennar interpretatur foetor. Item qui pro peccatis suis uel proximi, uel miseria huius exilij, uel dilatione regni luget, a dño consolatur: qui matrem suam de passione sua lugentem consolatus est, dicens. Mulier ecce filius tuus. Vnde Naum, Bonus est dominus, & confortans in die tribulationis, & sciens sperantes in se. Vnde dicit Zacha. Ego ero ei murus ignis in circuitu, & in gloria ero in medio eius &c. Christus est murus defensionis suis, ignis comburens aduersarios, & in medio gloria, refrigerans iustos. Item qui esuriem & sitim habet iustitiæ, reddet unicuique quod iustum & suum est, scilicet Deo & proximo dilectionem, sibi ipsi pro commissis afflictionem. Hæc triplex iustitia in illis tribus uerbis notatur. Deus Deus meus, ut quid me dereliquisti, id est quare me tantæ pœnæ exposuisti? Dicit filius ad patrem de his tribus uerbis Abach. Iustus ex fide sua uiuit. Iustus dicitur quia iura custodit. Iustus refertur ad se: Ex fide, ad Deū: Viuit, ad proximum. Qui iustus est in seipso iura custodiens, seipsum iudicans & condemnans ex fide Dei uiuit in amore proximi. Qui uero non diligit (ut dicitur. 1. Ioan. 3.) manet in morte. Item qui misericors est, Deus erit misericors in illo. Hoc immisericordes Iudæi non fecerunt, qui Christo sitienti in cruce non calicem aquæ frigidæ, sed acetum felle mixtum obtulerunt, qui cum gustasset, noluit bibere, quia amaritudinem, id est culpam pœnæ gustauit nostræ, sed culpam non sibi incorporauit. Hoc idem faciunt Iesu Christo falsi Christiani peiores Iudæis, ideo misericordiam non inueniunt in tempore tribulationis. Nota quòd in aceto

tria

tria sunt consideranda. Primo enim fuit acerbum. Secundo, uinum depuratum. Tertio, deterioratum fuit in acetum. Sic falsus Christianus ante baptismum fuit una agrestis & acerba, quia infidelis. Omnes (inquit Apосто. Ephe.) nati sumus filii iræ. Suscepto baptismo factus est quasi uinum odoriferum, scilicet per fidem, sed postea deterioratus est in acetum, scilicet per mortale peccatum, quod quantum in se est propinat Christo non Deo in cruce pendenti, sed iam in cælo regnanti. Vnde conquerens dicit Isai. Expectaui ut uinea mea faceret uinas & fecit labruscas. Quod exponens ipse ait. Expectaui, ut faceret iudicium, & ecce iniquitas &c. Labrusca dicta eo quòd in labiis uiarum pendeat. Opera enim auaritiæ, iniquitas, & clamor luxuriæ, sunt quasi labruscæ in uia, quæ ab omni diripiuntur transeunte in uia. Vnde Ezech. Ad omne caput uia edificasti signum, prostitutionis tuæ, & abhominabilem fecisti decorem tuum. Et diuisti pedes tuos omni transeunti. Item qui munditiam habere uult cordis ut Deum uideat, necesse est ut omni peccato finem imponat, ut dicat cum Iesu, Consummatum est. Sed iniquitates Amorreorum nondum consummatæ sunt, ideo dicitur Isaiæ decimo. Consummationem & abbreviationem dominus Deus exercitum faciet in medio omnis terræ. Item qui pacem habet peccatoris, uere meretur uocari filius Dei patris. Cui cum ipsius unigenito dicit in hora suæ mortis. Pater, in manus tuas commendo spiritum meum, quia a pace peccatoris ad pacem transit æternitatis. Vnde ipse Isai. quinta. In lætitia egredimini, scilicet corporibus, & in pace deducemini. Montes, & colles, id est maiores & minores angelicæ potestatis cantabunt coram uobis laudem, & omnia ligna regionis, id est omnes sanctorum animæ quæ sunt in cælesti beatitudine, plaudent manu &c. Hæc sunt septem lucernæ & septem infusoria, qui-

Ser. Do. S. Ant. de Pad.

Qq

bus

Eph. ii.

Isa. 5.

Ezech. 16

Isa. 55.

bus illuminatur candelabrum, & signantur imagine regis denarius, idest anima. Sequitur. Et duæ oliuæ super illud &c. Lampas est gratiæ illuminatio. Duæ oliuæ, spes & timor, quæ gratiam infusam conseruant, spes ueniat a dextris, timor pœnæ a sinistris. De his duobus Mich. 6. Indicabo tibi homo quid sit bonum? &c. Vriq; facere iudicium, ex quo timor, & facere misericordiam, idest opera misericordiæ, ex quæ spes, & sollicitè ambulare cum Deo tuo. Ibi Glossa. In his nihil aliud præmij quæras nisi ut Deo placeas, & cum Deo ambules sicut Enoch, & per eum cum Enoch transferaris. Vbi timor & spes, ibi sollicita conuersatio est Deo. Et nota quod oleum superenatat omni liquori, & in hoc significat spem, quæ est de æternis quæ supereminet omni transitorio. Vnde spes dicta, eo quod sit pes progrediendi ad dominum. Spes est bonorum futurorum expectatio, quæ exprimit humilitatis affectum, & sedulum seruitutis obsequium. Oleum etiam cibos condit, & nos omne opus quod agimus, timore condire debemus.

Psal. 2. Psal. Seruite domino in timore. Vt qui stat uideatur ne cadat. Et ne misera seruitus uideatur, addit. Et exultate ei. Sed ne iterum in temeritate eant, subdit. Cum timore dicamus ergo. Cuius est imago &c. Super-scriptio in denario est nomen Christi, quod est super omne nomen in Christiano. A quo non ab alio denominatur.

DO-

DOMINICA XXIII. post Trinita.
De filia Archysinagogi resuscitata,
& de Muliere profluuio sanguinis obnoxia.

Ecce princeps unus accessit &c. Matthæi. De duobus loquitur Euāgelium istud. Nota historiam. Nota quod mors puellæ & fluxus sanguinis, peccatum mortale significant in consensu mentis & executione operis. De primo, [*Ecce princeps &c.*] Marcus & Lucas dicunt nomine Jairus qui interpretatur illuminans, & significat quemlibet Christianū, qui debet illuminari & illuminare illis lucernis, de quibus dicit Sophon. In tempore illo scrutabor Hierusalem in lucernis &c. Nota quod sunt quatuor lucernæ. Prima est uerbum Dei. Psalm. Lucerna pedibus meis uerbum tuum &c. Et nota quod prius dicit pedibus deinde semitis, quia cum uerbum domini audimus prius corde clarificamur, ut postea rectis gressibus ambulemus. Secunda lucerna est bonorū operū, de qua Luc. 12. Sint lūbi uestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus uestris. Nota Greg. dictum. Tertia intentionis, quæ illuminat cognitionem bonorum operum, de qua Matth. 6. Lucerna corporis tui est oculus tuus, idest intentio tua. Quarta, humilitas Iesu Christi. Lucæ. Quæ mulier habens drachmas &c. Dicat ergo dominus. In tempore iudicii scrutabor Hierusalem, idest quemlibet Christianum inuestigabo, in lucernis, idest si secundum uerbum prædicationis quod audiuit, uitam suam emendauit, si lucem bonorum operum aliis ostendit, si recta intentione in opera processit, si exemplo paupertatis & humilitatis Christi uitam suam reformauit, & tunc uisitabit super uiros, idest confidentes in uiribus sensu.

Qq 2 defixos

*Matth. 9.**Mar. 5
Luc. 8.**Soph. 1.**Psal. 118**Luc. 15.*

defixos in facibus, id est iniquitatibus. Iste Iairus dicitur princeps Synagogæ, quia quilibet Christianus debet esse princeps sui corporis, quod est quasi quædam Synagoga. Stupa collecta dicitur Eccles. synagoga peccantium &c. Sunt quinque corporis sensus quasi stupa collecta, quam de facili igne concupiscentiæ succendunt, & ideo Iairus debet illis principiari, ut dicere possit cum Abachuch. Super custodiam meam stabo. Quod fit cum quis omni diligentia custodit cor suum. Supermunitionem gradum figit, qui sensus carnis reprimit cum proposito perseverantiæ finalis, & sic contemplatur uideat quid ei dicatur &c. Hoc est quod dicit Iob. Ponam coram eo iudicium, & os meum implebo increpationibus &c. Grego. ibi. Coram Deo iudicium ponere, est intra secretum mentis per fidei contemplationem ad intuendum examen illius oculos nostræ considerationis aperire. Os suum implet increpationibus, qui examen iudicis contra se contemplatur. Si talis fuerit princeps Synagogæ, poterit accedere fide, & adorare deuotione Iesum, dicens. Dñe filia mea modo &c. Hæc filia est cuiuslibet Christiani anima, consensu peccati in domo conscientie mortua. Amos. Virgo Israel projecta est in terram, non est qui suscitaret eam. Virgo Israel est anima, uirgo per fidem, Israel per spem. Quæ tunc projecta est in terram suam, cum suæ miseræ carnis consentit concupiscentiæ. Sed ueni, impone manum super eam, & uiuet. O bone Iesu, ubi manus tua, ibi uita nostra. Manus (inquit Ezechielis capitu.) domini erat me confortans. Nota ista tria, Veni, impone manum, & uiuet. O domine Iesu ueni, & subueni gratiam infundendo, ut filia mea, id est anima conteratur. Impone manum ut confiteatur. Hieremias primo. Misit manum suam & tetigit os meum, ut scilicet confiteretur peccatum, & sic uiuerem uita gratiæ in præsentibus, & uita gloriæ in futuro. Super hoc Zach. 2. Leuaui oculos meos & uidi, & ecce uir, & in manu

in eius funiculus mensorum. Et dixit ad me, ut metiam Hierusalem, & uideam quanta sit longitudo eius, & quanta sit latitudo eius. Vir est Christus, de quo Zach. Vir oriens nomen eius. Iesus & uir bene consonant. Iesus saluator. Ecce uir qui uirtute sua saluum fecit populum suum. Christus a chrismate dictus. Ecce oriens qui illuminat sedentes in tenebris. Illius uiri manus ipsius est misericordia, de qua Marc. Deprecabantur eum ut imponeret illi manum. Sequitur. Funiculus mensorum, qui est confessio peccatorum. Vnde Salomon Ecclesiast. Funiculus triplex difficile rumpitur. Nota quod peccator in confessione tria debet facere, scilicet de peccatis dolere, firmum propositum non relabendi habere, sui confessoris præceptis in omnibus obedire. Si tali funiculo manus mea ad lignum crucis dominicæ alligata fuerit, nequaquam abrumpi poterit. Iste funiculus est in manu Christi, qui gratiam confessionis cui uult dat ex misericordia suæ inspirationis. Hoc funiculo ipse metitur Hierusalem, id est animam cuiuslibet penitentis, ut uideat ipsum, id est uideat quanta sit longitudo perseverantiæ, & quanta sit latitudo geminæ charitatis. Quisquis mortaliter peccans offendit Deum, lædit seipsum, scandalizat proximum. Cum uero poenitet & confitetur cum finalis perseverantiæ proposito, tunc placat Deum, sanat seipsum, ædificat proximum. Hæc est longitudo & latitudo Hierusalem, quæ metitur uel mensuratur funiculo confessionis, ut poena respondeat culpe, & sicut exhibuit membra sua seruire iniquitati, ita exhibeat membra sua iustitiæ in sanctificationem. Veni ergo o uir oriens & funiculo quem habes in manu metire Hierusalem. Veni o domine Iesu, & impone manum, & uiuet uita gratiæ in præsentibus, & uita gloriæ in futuro. Sequitur. [*Et surgens sequebatur eum & discipuli eius.*] O ineffabilis pietas, o admirabilis humilitas. Rex angelorum

lorum sequitur archisynagogum . Tu sequeris Iai-
Hier. 7. rum, & quis sequitur te Dei filium? Abierunt (inquit
 Hieremi.) in uoluptatibus suis &c. Et cum uenisset in
 domum principis &c. Nota tibicines sunt sensus corpo-
 ris, qui canunt carmen lugubre illis quatuor cornibus,
 quibus concordat Zach. Leuaui oculos meos & uidi, &
Zach. 1. ecce quatuor cornua, & quæ uentilauerunt Iudā & Israel
 & Hierusalē. Ista quatuor cornua, sunt quatuor uitia,
 quæ sunt superbia & luxuria in oculis, pruritus audiēdi
 in auribus, detractio in lingua, rapina uel usura in ma-
 nibus. Hæc sunt quæ uentilauerunt oēm uentū munda-
 næ uanitatis. Iudam, idest laicos, & Israel, idest clericos,
 & Hierusalem, idest religiosos. In istis cornibus corpo-
 ris scilicet sensibus, cantant carmen lugubre, idest nū-
 di gaudium in morte nostræ animæ. Iob uigesimo pri-
 mo. Tenent tympanum & citharam, & gaudent ad soni-
 tum organi. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad
 inferna descendunt. Tympanum quæ est pellis extensa
 in ligno, tunc tenent superbi, cum erigunt oculos & pal-
Prui. 6. pebras in altum. De quibus Prouerb. 30. Generatio cuius
 excelsi sunt oculi, & palpebræ eius in alta surrectæ.
 Vel luxuriosi extendunt oculos in pulchritudinem mu-
 lieris. Prouerbiorum. Non concupiscat pulchritudinem
 mulieris cor tuum, ne capiaris nutibus illius. Tunc te-
 nent tympanum & citharam & gaudent ad sonitum &c.
 Lingua detractoris uel adulatoris est quasi cithara, quā
 dum percutit sonum detractiois uel adulationis red-
 dit. Qui prurientes aures habent, gaudent ad sonitum
 organi, idest propriæ laudis. Væh nobis miseris qui gau-
 demus ad sonitum proprii organi, quod cum sonat ri-
 det oculus, hilarescit facies, gaudet auris, lingua tripu-
 diat, cor exultat. Gaudent ergo &c. Utinam uersa esset
Iob. 3. (ut dicit Iob.) in luctum cithara mea &c. Ecce qualiter
 tibicines maledicti carnē lugubre canūt, sed credat mihi
 quia in puncto, quod eos punget usque ad interiora ie-
 coris & pulmonis, in infernum ubi canitur carmen lu-
 gubre

gubre, scilicet fletus oculorum, & stridor dentium,
 descendunt. Item turba tumultuans est turbatio tu-
 multus malarum cogitationum. Cum tibicines ex-
 terius carmen lugubre canunt, tumultuosæ cogitatio-
 nes intus in mente perstrepunt. Vnde sponsa Cantic. *Can. 6.*
 Anima mea conturbauit me propter quadrigas Aminadab,
 qui interpretatur spontaneus uel urbanus, & si-
 gnificat corpus nostrum, quia sponte sua se impellit in
 temporalia, in quibus urbane & delicate semper uult
 uiuere. Quadrigæ Aminadab, sunt sensus corporis
 quæ dum circunuoluuntur per lutum & sterces tempo-
 raliū, anima, idest animalitas uel sensualitas contur-
 bat rationem tumultu malarum cogitationum.
 [Cum ergo uenisset in domum cuiusdam principis.] Prin-
 ceptus est quilibet homo, qui sibi debet principari, cuius
 domus est conscientia eius. In eam tunc uenit domi-
 nus cum ei gratiam infundit ut culpam suam cognoscat
 & cognoscens erubescat. [Et cum uidisset tibicines &
 turb. tu. di. recce. non &c.] Cum Iesu gratia hominis con-
 scientiam uisitat, tunc sensuum delectationi & cogita-
 tionum tumultui imperat ut recedant. Imperat enim
 uentis, idest uanitati sensuum, & mari, idest fluctua-
 tioni cogitationum, & obediunt ei. Recedite ergo;
 non est mortua &c. Dicit, dormit, eo quod ita facili-
 ter potest eam suscitare, sicut de somno. Ideo nota
 quod est animæ duplex mors, scilicet peccati & in-
 ferni. Mors peccati dicitur dormitio, quia quilibet
 peccator in hac uita a peccato tam facile potest re-
 surgere sicut qui a somno. Vnde Apostolus Ephe. 5. *Eph. 5.*
 Surge (per contritionem) qui dormis, & exurge (idest
 extra surge per confessionem) a mortuis (scilicet ope-
 ribus) & illuminabit te Christus. Nota etiam quod di-
 xit puella non ueterana. Anima enim quæ nondum diu-
 tinitate malæ cōsuetudinis, est oppressa, sed quasi puel-
 la & nouella in peccato est sopita, de facili uita potest
 resurgere. In domo enim fuit defuncta & resuscitata, nō

extra portam delata uel sepulta . Quia anima in domo conscientiae est defuncta, & nondum ad operis partem uel consuetudinis sepulturam delata, de facili potest ad uitam redire . Et deridebant eum tibicines . Cum Iesu Christi gratia animae inspirat ut doleat de peccato & surgat, tibicines idest exterior sensuum delectatio, & turba tumultuans, idest interior cogitationum tumultus, derident . Iob . Deridet equum & ascensorem eius, scilicet Strhutio, in qua significatur pomerosa carnis delectatio, quae deridet equum, idest spiritum, & ascensorem eius, idest gratiam, dum ipsum uult dirigere in uiam uitae ad capiendum brauium caelestis gloriae, deridet inquam fragilitatem naturae, & rigorem abstinentiae, & asperitatem poenitentiae ei obijcit, & quod in ipsa perseverare non possit, ostendit . Et cum eiecta esset turba, intrauit . Super hoc habetur concordantia . Osee . Arcum, gladium, & bellum conteram de terra, & dormire eos faciam fiducialiter . In arcu, diaboli suggestio dolosa . In gladio, cordis cogitatio tumultuosa . In bello, sensuum delectatio lasciuens & uaga designatur . Haec dominus de terra tunc conterit, cum turbam tumultuantem de domo conscientiae eijcit, qua eiecta intrat intrans pacificat, & hoc est dormire, idest requiescere eos faciam fiducialiter . [Et tenuit manum eius .] Manum manu tenet, cum misericordia sua dat uelle, nosse, & posse . Vnde Zach . Manus (inquit) Zorobabel fundauerunt domum istam & perficient eam . Zorobabel interpretatur iste magister Babylonis, significatque Iesum Christum qui uenit mundum restaurare . Luc . Filius (inquit) hominis uenit saluum facere quod perierat . Cuius misericordiae manus templum fundat, cum dat nosse uelleque perficit cum dat posse & uelle, perficit cum dat posse . [Et dixit puella . Surge .] & surrexit puella . Super hoc Miche . ubi anima iam ad gratiam resuscitata carnis insultus contemnit, dicens . Ne lateris inimica mea

mea super me, quia cecidi consurgam, quia cum sedero in renebris, dominus lux mea est . Sequitur .

Ecce mulier quae sanguinis fluxum patiebatur &c.] Mulier a mollitie dicta, animam peccatricem significat, quae dicit Osee . Vadam post amatores meos &c . Amatores sunt daemones, uel affectus carnales, post quos uadit quando eis consentit, qui dant ei panes, & aquam, & lanam, & linum, & oleum, & potum, &c . In panibus gloriae temporalis pompa, in aquis, luxuria & gula, in lana, hypochrysis & fallacia, in lino, pecuniae amor, in oleo, adulationis nitor, in potu, dignitatis ardor significatur . De panibus Proverbiorum . Suavis est homini panis mendacij, idest pompae secularis, quae se mentitur aliquid esse cum nihil sit . Sed postea os eius implebitur calculo, idest poena aeterna . De aquis Naum . 2 Quasi piscina aquarum, aquae eius, scilicet Niniues, quae interpretatur spaciosa . In qua caro hominis figuratur, cuius aquae, idest gula & luxuria carnis non sicabuntur . De lana, Matth . 7 . Attendite a falsis prophetis qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium &c . De lino, Exo . 9 . Grando laesit linum . Grando enim diuinae sententiae, Ite, scilicet maledicti, &c . laedet & destruet auaritiam & usuram . De oleo, Psal . Oleum peccatoris non impinguet caput meum . De potu, Apocalypsis . 17 . Mulier quae sedebat, super bestiam coccineam erat circumdata purpura & coccino, & inaurata auro & lapide precioso & margaritis, habens poculum aureum in manu sua plenum abominatione & immunditia fornicationis eius &c . Mulier est uanitas mundi, quae sedet super bestiam, idest diabolum, qui habet in manu poculum aureum, idest claritatem dignitatis transitoriae, plenum abominationibus & immunditia fornicationis . Conscientia & opera eorum qui hac impuritate offuscantur, perhibent testimonium sibi & nobis quanta sit abominatio ibi & fornicationes & immunditia . Quicumque

que hoc poculo potatur, sitiet iterum, & utinam non arderet cum purpurato epulone in aeternum. Heu heu, omnes fere uideo currere ad potandum de hoc poculo.

Hier. 2. Hier. Cursor leuis explicans uias suas: Onager affluens in solitudine in desiderio animæ suæ, sed attraxit uentum amoris sui. Sicut uentus ore aperto attractus non extinguit sitim sed magis accendit, sic dignitatis uanitas aliquando potatorem suum ipsa siti interficit. Qui his uitijs inficitur, est tanquam mulier quæ fluxum sanguinis parit. Fluxus sanguinis, est manifestatio immunditiæ peccati. *Osee. 4.* Sanguis sanguinem tetigit, id est immunditia mentis, immunditiam corporis uel operis.

Ezec. 23 Fluxus (inquit Eze.) eorum ut fluxus equorum. Patiebatur fluxum sanguinis duodecim annis. Denarius ad decem præcepta ueteris testamenti, binarius ad duo noui refertur. Duodecim ergo annis fluxum sanguinis patitur, quicunque apertæ iniquitatis malitia contra utriusque testamenti præcepta coinquinatur. *Osee. 4.* Fornicati sunt, & non cessauerunt &c. Dicit Lucas, quod hæc mulier omnem substantiam erogauerat in medicis, nec ab aliquo potuit curari, sed ut dicit Marcus, deterius habebat. Medici, sunt carnales affectus. De quibus *Psal. 87.* Nunquid mortuis facies mirabilia, aut medici suscitabunt, & confitebuntur tibi? Carnales affectus animam non suscitant a peccato, sed suscitata occidunt & sepeliunt in inferno. Quot molles & effœminati in his medicis utriusque scilicet hominis animæ & corporis omnem substantiam expendunt, & curari ab infirmitate animæ non possunt, immo deterius habent. Vnde *2. Paral. 16.* Aegrotauit Afa dolore pedum uehementissimo, & nec in infirmitate sua quæsiuit dominum, sed magis in medicorum arte confusus est, dormiuitque cū patribus suis & mortuus est. Afa interpretatur attollens, & significat huius mundi diuitem, qui se attollit in diuitiis, & ambulat in mirabilibus super se. Ille ægrotat uehementissimo dolore pedum. Anima duos habet pedes quibus


sustentatur.

sustentatur, spem, scilicet & timorem, quorum uirtute huius mundi diues est priuatus. Spem tantum suam ponit in transitorijs, quæ timet amittere, & sic magis confidit in arte medicorum, id est industria sagaci scientia, & experientia carnalium affectuum, quam in domino, ideo dormit in inferno. Non ergo est in medicis confidendum, sed in illius uestimenti fimbria, de qua sequitur. *[Accessit & tetigit fimbriam uestimentis eius.]* Vestimentum Christi ipsius est caro, de qua *Isaiæ. 63.* Quare rubrum est indumentum tuum &c. Iesus torcular, id est pressuram crucis solus sustinuit, in quo uestimentum sanguine rubricauit. Huius uestimenti fimbria est ipsa passio, quæ animam liberat a peccato, & sanguinis profluuio. Contra enim carnis uitia summe ualet memoria passionis Christi. In fimbria, id est in ultima parte uitæ Christi super terram, tota plenitudo decurrit. *Zach. 8.* Homines ex omnibus linguis apprehendent fimbriam &c. *[Si tetigero fimbriam &c.]* Plures enim fimbria, id est passio Christi quam tota uita eius reliqua traxit ad ipsum. Vnde cum exaltatus fuero omnia traham &c. Si ergo anima tuæ sanguinis profluuio uis curari, tange fide, apprehende opere, fimbriam passionis, quod si sic apprehenderis, audire poteris. *[Confide filia, fides tua &c.]* Nota, fides componitur ex duplici uerbo, facio scilicet & dico. Si enim facio quod dico, & apprehendo quod tango, tunc est fides, & talis fides saluat. Rogemus &c.

F I N I S.

I N D E X
S E R M O N V M
D O M I N I C A L I V M,
S A N C T I A N T O N I I D E

P A D V A, I N E V A N G E-
l i j s, p e r t o t i u s a n n i d e c u r-
f u m, o c c u r r e n t i b u s .

	D O M I N I C A I. Aduentus de Quadru- plici Aduentu Domini Ser. 1	car. 1
	Dominica 2. Aduentus, de profectu ope- rum Christi Ser. 2	c. 14
	Dominica 3. Aduentus, De lætitiæ Chri- stianæ causa Ser. 3	c. 23
	Dominica 4. Aduentus, de Catholici concionatoris mu- nere Ser. 4	c. 28
	Dominica infra Octauam Natiuitatis Domini, De Quatuor Sanctorum Virtutibus sequendis Serm. 5.	c. 35
	Dominica prima post Epiphaniam, de tempore, loco, & modo quærendi Christum Ser. 6	c. 45
	Dominica 2. post Epiph. De spiritualibus animæ nu- ptijs Ser. 7	c. 56
	Dominica 3. Post Epiph. De Potentia Christi in Lepro- si, & Paralytici curatione Ser. 8	c. 64
	Dominica 4. post Epiph. De Fidelium nauigatione Ser- mo. 9	c. 72
	Dominica 5. post Epiph. De Hæreticorum deceptione ac eorum extirpatione require in appendice Massæi Serm. 1	
	Dominica 6. post Epiph. De felici successu Euangelij Require ut supra in append. Ser. 2	
	Dominica Septuagesimæ. De sex animæ uirtutibus. Sex dierum operibus respondentibus Ser. 10	c. 78
	Dominica	

I N D E X

Dominica sexagesimę. De ui, & efficacia uerbi Dei. Ser. 11.	c. 94
Dominica Quinquagesimę. De Triplici cęcitate Ser. 12 car. 103	c. 103
Dominica 1. Quadragesimę. De uictoria Christi cōtra diabolum Ser. 13	c. 111
In eadem Dominica. de confessione Ser. 2	c. 115
Dominica. 2. Quadragesimę, De Transfiguratione Do- mini Ser. 14	c. 129
Dominica. 2. Quadragesima. Secundum nonnullorum ritum de Cananea Ser. 15	c. 141
Dominica. 3. Quadragesimę. De fructibus peccati, quos diabolus in suis operatur Ser. 16	c. 152
Dominica 4. Quadragesimę. De septem panibus, & duo- bus piscibus, quibus mens humana saturatur Ser. 17	c. 179
Dominica 5. in Passione Domini De Christi innocen- tia, & sanctitate Ser. 18	c. 185
Dominica in Ramis Palmarum. De ingressu Christi in Hierusalem, ubi ostenditur, qualis, & quantus Rex sit Christus, & in quibus dominatur Ser. 19	c. 191
Feria 6. in Parolceue. De Passione Domini, & quomodo mysticę etiam crucifigatur Ser. 20	c. 200
In Die Sancto Paschę. De pietatis sanctarum mulierū officijs, in resurrectione Domini, & de Decem appari- tionibus Christi Ser. 21	c. 204
Dominica 1. post Pascha. De uarijs Christi Donis, post resurrectionem, Apostolis collatis Ser. 22	c. 219
Dominica 2. post Pascha. De Christo Pastore Serm 23	c. 226
Dominica 3. post Pascha. De uero gaudio, quod sine Christi crucis acerbitate nō degustatur Ser. 24	c. 245
In eodem Euangelio, De fecunditate, & partu spiritua- li Ser. 2	c. 253
Dominica 4. post Pascha. De Christi redditu ad patrem impios de peccato arguentis, & pios de ueritate, per spiritum sanctum instruētis Ser. 25	c. 264
Domi-	

S E R M O N U M.

Dominica 5. post Pascha, De Christiani oratoris fidu- cia Ser. 26	c. 277
Dominica 6. post Pascha, De Sanctissimę Trinitatis fi- gnaculo, quod mens humana dicitur Ser. 27	c. 287
In Die Sancto Pentecostes. De dono spiritus sancti Ser mo. 28	c. 296
Dominica 1. post Trinitatem. De diuitis, & Mendici in equali conditione Ser. 29	c. 308
In eadem Dominica. De fine, & exitu bonorum, & ma- lorum Ser. 30	c. 314
Dominica 2. post Trinitatem. De duplici cęna, scilicet pœnitentię, & beatorum Ser. 31	c. 320
Dominica 3. post Trinitatem. De ineffabili Christi cle- mentia, in peccatoribus recipiendis Ser. 32	c. 329
Dominica 4. post Trinitatem. De Misericordia in proxi- mum exercenda Ser. 33	c. 337
Dom. 5. post Trin. De Cathedra Christi cōcionantis, & feruore plebis, in audiendo Dei uerbo Ser. 34	c. 349
Dominica 6. post Trinitatem. De uerę, ac falsę iustitię discrimine Ser. 35	c. 369
Dominica 7. De spiritali inedia, ac fame Ser. 36	c. 280
Dominica 8. post Trinitatem. De cautela contra Pseu- doprophetarum deceptionem, & quomodo cogno- scantur Ser. 37	c. 390
Dominica 9. post Trinitatem. De uita rectius instituen- da Ser. 38	c. 402
Dominica 10. post Trinitatem. De Christi commiser- atione super excidio Hierosolymitano Ser. 39	c. 413
Dominica 11. post Trinitatem, de his qui sanctitatis ostensione alios carpunt Ser. 40	c. 429
Dominica 12. post Trinitatem. De surdo, & Muto a Christo sanato, & de decem iustorum conditionibus quę Beatę Virgini applicari possunt Sermo. 41.	c. 440
Dominica 13. post Trinitatem. De temporis gratię fœ- licitate, ac Dei dilectione Ser. 42	c. 454
Dominica 14. post Trinitatem. De Decem leprosis, & de	de

INDEX SERMONVM

- de his, quæ necessaria sunt, ad salutem consequendâ.
- Ser. 43 c. 473
Dominica 15. post Trinitatem, De seruitio uni Deo im-
 pendendo, & abstinentia, a nimia temporalium solici-
 tudine Ser. 44 c. 490
- Dominica 16.** post Trinitatem, De filio viduæ a mortuis
 excitato. Ser. 45 c. 504
- Dominica 17.** post Trinitatem. De Hydropisia sabbato
 curata, & de humilitate sub magnæ cœnæ exemplo
 Ser. 46 c. 520
- Dominica 18.** Post Trinitatem. De Christi æterna ac tē-
 porali generatione Ser. 47 c. 536
- Dominica 19.** post Trinitatem. De Animæ paralyfi, &
 paralytici curatione Ser. 48 c. 544
- Dominica 20.** post Trinitatem. De Tribus nuptijs, & tri-
 plici templo Ser. 49 c. 548
- Dominica 21.** post Trinitatem. De filio Reguli in quo
 fidei initium, progressus, & finis indicatur. Serm. 50.
 c. 562
- Dominica 22.** post Trinitatem, de Rege uolente cum ser-
 uo rationem ponere, & de indigni serui repetitione
 Ser. 51 c. 575
- Dominica 23.** De insidiosa Phariseorum quæstione,
 qua suis ipsorum laqueis phariseos captos confun-
 dit Ser. 52 c. 584
- Dominica 24.** De filia Archysinagogi, & de Muliere pro-
 fluuo sanguinis obnoxia Ser. 53 c. 599
- Dominica 25.** De Antichristi aduentu, & de signis præ-
 currentibus extremi iudicij Diem Ser. 3. Require in
 Appendice Maffei.

Sermonum Sancti Antonij de Padua, super Euang-
 gelia Dominicalia totius anni finis.